caestus (ce-, coe-), -us *m.* **1** *instrumentum pugilationis (ex corio et plumbo factum) – Schlagriemen (aus Leder und Blei) beim Faustkampf:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 494,23 non cestibus carnem et sanguinem caedebat *apostolus.* RATHER. epist. 30 p. 177,20 qui pugnis vel potius cestibus . . . dimicantes *eqs.* *in imag.:* ALCUIN. epist. 145 p. 231,19 Entellus senior *(cf. Verg. Aen. 5,472sqq.)* . . . dudum cestus deposuit suos (RATHER. Metr. 10 p. 464^{B} *miles Christi* non dubitavit insurgere Entellinis ac te [*sc. diabolum*] coestibus fatigare). **2** *clava plumbata – Bleikeule (cf.* GLOSS. II 654,29 St.-S. -u plicholpun [*spectat ad Verg. Aen. 5,69, sc. prave versum*]. III 683,8 cestus coluo. *al.; v. Ahd. Wb. I. p. 1212)*: ODO Ern. duc. 1 p. 315^{E} -bus et parmis isti committere pugnas ardent.

caesura (ce-), -ae *f. script.:* cens-: *p. 48,10.* -essu-: *p. 48,3.* **1** *iur.:* **a** *de arboribus i. q. actio vel ius caedendi – das Fällen oder das Recht zum Fällen:* COD. Lauresh. 33 p. 317, 19 (a. 866) utilitatem sive ad exstirpandum sive in ce-a ligni (FORM. Sangall. 9 lignorum materiarumque -am . . . habere. CHART. Sangall. A 701 dotavi ei . . . -am lignorum). *meton. i. q. pars silvae ad caesionem lignorum destinata – zum Holzeinschlag bestimmtes Waldstück, 'Schlag', 'Hau' (cf. Schweizerisches Idiotikon. II. 1891. p. 1801sq.)*: CHART. Sangall. A 727 p. 330,9 (a. 903/08) quicquid proprietatis visus est habere . . . aquis aquarumque decursibus, -is lignorum, cultis et incultis. **b** *de hominibus i. q. truncatio – das Abschlagen:* WILH. APUL. gest. 1,83 si capitur *Melus*, capitis fieri -a iubetur. **2** *metr. (et gramm.: l. 8):* **a** *incisio – Einschnitt, Zäsur:* **α** *de versu:* ALDH. ad Acirc. 10 p. 95,10 -a (cess- F^{3}. P^{1}) pentimemeris. PAULIN. AQUIL. carm. epil. p. 130,18 cum . . . indiscretas membrorum ce-as . . . inspexeris. ABBO SANGERM. bell. praef. p. 78,13 per omnia currunt ce-ae (gloss.: divisiones). HEINR. WIRZ. cur. 829. *al.* **β** *de sententia:* ADALB. SAMAR. praec. dict. p. 46,1 (ed. F.-J. Schmale. 1961) comma, id est ce-a, ubi quantum dictum est de sententia, tantum restat. **b** *pars versus – Versteil:* ALDH. ad Acirc. 9 p. 78,17 exametri versificatio vel -arum (cens- *var. l.*) scansio. **c** *metrica dictio – Versbau:* HUGO TRIMB. registr. 551 si pro concinnancia rithmica ce-a fit cum discrepancia, careat censura. **3** *eccl. i. q. divisio, schisma – Teilung, Spaltung:* WALTH. CAST. carm. 2,5,3 (MG Lib. Lit. III p. 559) ex re nomen habet: ce-e cesar origo; ecclesie vestis cesare cesa fuit.

caeterus *v.* ceterus. **caethus** *v.* coetus.

caetra (sce-, ce- *sim.*), -ae *f.* *pelta (ex corio facta) – Schild (aus Leder; cf.* GLOSS. II 712,3 St.-S. scetra litherin): ALDH. virg. II 2631 moderata gestat cetram (ceteram, scedram, cethram *sim. var. l.*) Patientia. *in imag.:* ALDH. virg. II 2672 constantia mentis, quae cetra (cethra, creta, screta *sim. var. l.*) Christi gestit defendere vitam. HUMB. WIRZ. epist. (MGEpist. V p. 441,3) sit tibi cetra Deus, tibi cassida Christus Iesus.

caetus *v.* coetus. ***cafadia, *cafagium** *v.* *gahagium.

***cafarus** *vel* **-um** *v.* *camphora.

***cafassus** *vel* **-um**, -i *m. vel n.* *(orig. inc., ni cohaeret c. ital. vet.* cafagnare, *cf. S. Battaglia, Grande Dizionario della lingua italiana. II. 1962. p. 499)* *ascia, dolabra – Hacke, Beil:* GLOSS. III 656,25 St.-S. martello tangol, -o thesla.

***cafezatus** *subst.* *(arab.* qafaz, *cf. ed. p. 1661)* *species serpentis – Schlangenart:* ALBERT. M. animal. 25,22 -us, ut dicunt Avicenna et Semeryon, serpens est.

1. *caffa (-scha), -ae *f.* *(arab.* kaffa, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 994)* *testa – Schale:* Ps. AVIC. anim. 6,15 p. 296 accipiant de -schis avellanis. 6,18 p. 333 fac in modum de -schis ovorum . . .; quod remanet, mitte in cucurbita et imple -as illa de pulvere.

2. caffa *v.* capsa. **caffata** *v.* cavo (cavata).

caficem *v.* capsa. **cafinita** *v.* capnitis.

***cafitium,** -i *n.* *(arab.* ḳafīz, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 998)* *mensura olei quaedam – ein Hohlmaß für Öl, 'Kafis':* ACTA imp. Winkelm. I 230 p. 212,10 (dipl. Frid. II.) pro octo -is olei annuatim . . . persolvendis.

cafnas *v.* capnos. ***cafora** *v.* *camphora.

***cafugium** *v.* *gahagium.

***caga,** -ae *f.* *(cf. ital.* gaggia *a* cavea) *receptaculum, scrinium – Behälter, Schrein:* ANNAL. Ceccan. a. 1196 (MGScript. XIX p. 293,10) XII cruces argenteae et IV -ae cum reliquiis.

caganus (ga-, ka-, cha-, -abua-, -aca-, -apca-, -gon- *sim.*), -i *m.* *(turc.* ḫān, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 808)* *rex, princeps – König, Herrscher, 'Khan':* **1** *usu strictiore de Avarorum aliarumque eiusdem originis gentium principe:* CHRON. Fred. 4,48 Sclavi . . . contra Avaris . . . et regem eorum gagano ceperant revellare. LIBER hist. Franc. 30 p. 289,28 Chuni . . . cum -o (chag-, gag-, canago *var. l.*), rege suo. RHYTHM. de Pipp. 6,2 (MGPoet. I p. 116) tu cacane perdite! PAUL. DIAC. Lang. 4,37 p. 161,15 rex Avarum, quem sua lingua cacanum appellant. ANNAL. regni Franc. a. 805 capcanus (captc-, capp-, cag-, capt-, cap- *var. l.*). ANNAL. Emm. Ratisb. I a. 805 (MGScript. I p. 93,11) cabuanus venit ad domno Carolo, et Abraham cagonus baptizatus. EINH. Karol. 13 p. 16,5 regia kagani (ca-, kanagi, kaga *var. l.*). HINCM. annal. a. 864 p. 72,15 obviam Bulgarorum -o. LUDOW. II. ad Basil. (MGEpist. VII p. 388,15) chaganum . . . nos praelatum Avarum, non Gazanorum aut Nortmannorum, nuncupari repperimus. BENED. ANDR. chron. p. 104,4 chagangu. TRACT.

[Heßler]

de invest. (MG Lib. Lit. II p. 498,3) filia chaiani (cahiani, caiani, gaiani *var. l.*). SIGEB. GEMBL. chron. a. 520. *al.* **2** *usu laxiore de duce Nortmannorum q. d. Rus:* PRUD. TREC. annal. a. 839 p. 20,1 misit *Graecorum imperator* . . . quosdam, qui se . . . Rhos vocari dicebant, quos rex illorum chacanus vocabulo ad se . . . direxerat. *cf.* *canesius. *v. ThLL. s. v.* gaganus.

cagarrum *v.* catarrhus. **cagonus** *v.* caganus.

cagrios *v.* cachry(s). **cahos** *v.* chaos.

***caiolum** *v.* *gagiolum.

***cairos** (carios) *subst.* (καιρός) *tempus congruum – rechter Augenblick:* ALBERT. M. eth. 1,5,14 p. 78ª,25 carios . . . vocatur tempus omnino congruum ad id, quod est in tempore relatum.

***caitor,** -oris *m.* *(fort. cohaeret c.* γάιος, *nisi corruptum ex* cultor, *cf. DuC. III. p. 18sq.) cultor, colonus – Bebauer, Bauer:* DIPL. Loth. I. 79 p. 198,27 (ed. Th. Schieffer. 1966) villam . . . una cum campo . . ., cum -bus suis . . . concedimus.

***caitus** (cha-, ga-, ka-, -ayt-, -ayc-), -i *m.* *(arab.* ḳā'id, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 1006) de Arabibus i. q. praefectus – Befehlshaber, 'Kaid':* ANNAL. Bar. a. 1003 (MGScript. V p. 53ª) obsessa est civitas Bari a Saphi apostata et caiti. LUP. PROT. chron. a. 972 caytus (caycus *2*) eorum *(Saracenorum).* a. 998 Busitu -us (kay- *2*, chay- *3*). ACTA imp. Winkelm. I 97 p. 86,13 (dipl. Frid. II.) duo paricla, que fuerant quondam gayti Aymar. 261 p. 238,18 gaitos et seniores de omnibus montanis Sarracenorum Sicilie. ANNAL. Ianuens. III p. 56,21 ad offensionem cuiusdam -i (cay- *var. l.*) sive domini Septe. *al.*

***cakabit** *v.* *cacabre.

calacantum *sim. v.* chalcanthum.

***caladrellus** *vel* **-um,** -i *m. vel n.* *(orig. inc., ni cohaeret c.* chamaedrys, *ital.* calamandrea) *fort. i. q. trixago – viell.: Gamanderlein (Teucrium chamaedrys L.):* Ps. AVIC. anim. 2,4 p. 97 anisi, -i, caltas ana unciam unam.

caladrius *sim. v.* charadrius.

***calafates,** -ae *vel* ***calafatus,** -i *m.* *(arab.* ḳafr, ḳalafa, *gr.* *καλαφάτης, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 999. 1022) qui rimas navium pice explet, stuppator – Kalfaterer:* LIUTPR. antap. 5,15 p. 138,10sq. τοὺς καλαφάτας, tus -as, hoc est navium compositores. ANNAL. Ianuens. II p. 129,1 cum -i bruscarent . . . navem. III p. 138,26 magistros lignaminis et -os.

calaicum *v.* callaicum. **calaina** *v.* callainus.

calamandita, -dra *v.* chamaedrys.

***calamaris** (kalomalis), -e. (calamarium) **1** *adi.: scriptorius – Schreib-:* CHART. Pomm. B 1099 (a. 1278) nisi celte kalomali . . . solidetur *memoria.* **2** *subst. neutr.: lolligo – Tintenfisch (Loligo vulgaris Lam.):* ALBERT. M. animal. 8,124 tanris, qui vocatur -e latine. 14,18. *ibid. al.*

calamarium, -i *n.* *vasculum calamorum et atramenti – Schreibzeug, Tintenfaß (cf. Wattenbach, Schriftwesen. p. 224sqq.):* PETR. CAS. (?) chron. 4,13 -um aureum margaritis et gemmis . . . adornatum. CHART. Ital. Ficker 179 p. 224,14 pontifex dat ei *(scriniario)* pennam cum -o sic dicens: 'accipe potestatem condendi chartas publicas *eqs.*' (DIPL. Karoli M. 316 p. 478,10 [spur. s. XIII.²] ut de penna et -o [calamanno *B*] . . . possint . . . investire eosdem [*notarios*]. ALBERT. M. anim. 2,3,2 p. 233ᵇ,1 potentia esse scriptorem eum, qui novit p. et -um).

calamaucus (galam-, galom-, camal-), -i *m.* *galerus, pileus – Kappe, Mütze (de re v. P. E. Schramm, Herrschaftszeichen und Staatssymbolik. I. 1954. p. 53sqq.; cf.* GLOSS. IV 198,12 St.-S. -us darnhod): CHART. Sangall. A 221 p. 211,24 (a. 816) habeam . . . II manices et I camalaucum. EGBERT. fec. rat. 1,127 (gloss.) galerus et g-us pillei sunt. *in imag.:* CARM. Salisb. 11,9 mensis Agenoreus -o . . . opertus. *iron. de capite cruento:* EGBERT. fec. rat. 1,1186 huius *(lupi)* . . . rubeus galomaucus.

***calamel** *subst.* (calamus) *os surae – Wadenbein (Fibula):* GLOSS. III 9,31 St.-S. tibia pein, -l uuidarpeini.

***calamella, -us** *v.* *canamella.

***calamellus** (-mil-), -i *m.* *tibia fistularum – Schalmei:* OLIV. hist. Dam. 28 p. 212,4 Venetiani . . . cum tubis et -illis (-ellis *PM*, calamis *NK*) et signis multis progressi.

calament(h)um *sim. v.* calamites, calamitis.

***calamiaris** *v.* *calaminaris. ***calamilla** *v.* 1.*calamella.

***calamina, -um** *v.* cadmia.

calaminaris (-mia-), -e. (*calamina) **1** *adi.:* **a** *strictius i. q. ex cadmia constans – Galmei-:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 382ᶠ lapis -is, frigidus et siccus (ROSIN. interpr. 3 p. 311,13 recipe . . . hunc lapidem animalem . . . et magnetis et -em. GLOSS. Roger. II 259). **b** *latius:* **α** *ex magnete constans – Magnet-:* ALPHITA I p. 296,27 lapis magnetis et -is et giur idem. *v. et l. 16. cf.* 1. *calamita. **β** *ex haematite constans – Blutstein-, Hämatit-:* ALPHITA I p. 296,24 lapis -is, emathites idem (II p. 90,1 l. -iaris, emachites, quo vel magnes, et guit idem). **2** *subst. masc. per confusionem i. q. chalcanthum – Kupfervitriol:* Ps. GERH. CREM. sal. II 72 colcotar et sory et calcythis et -is. *v. ThLL. s. v.* caliminaris.

calamiscus, -i *m.* (καλαμίσκος) *tubulus – Röhrchen:* ARS med. 6 p. 424,12 ut universorum feramentorum nomina describam: . . . parasias, olamices (calamiscos *var. l.* p. 147,2), ciasticos.

calamistro, -are. *ornare – schmücken:* NARR. Ebr. (NArch. 6. 1881. p. 529,13; c. 1200) tercia *(sc. virga Iesse)* regale caput et faciem -at.

adi. **calamistratus,** -a, -um. *calamistro crispatus – mit dem Brenneisen gekräuselt:* ALDH. ad Acirc. 111,47 plus -is se comunt quae *(caesaries)* calamistro. 135 p. 189,18 calamistrum, unde dirivatur -us epithetum. GUNZO epist. 7 p. 33, 11 -os capillos.

calamistrum (-lom-), -i *n.* **1** *instrumentum ad crispandos crines aptum – Brenneisen:* ALDH. virg. I 58 p. 318,4 antiae . . . cincinni -o (-lom- *O*) crispantur. EPIST. Bonif. 72 p. 145,25 -um argenteum et mappam . . . transmittere. *v. et l. 28. remissius:* ALBERT. M. animal. 15,44 sericum . . . non . . . poterat reduci ad continuitatem filorum per aliquod genus -i sive instrumenti. **2** *?ornamentum capitis quoddam – ?ein Kopfschmuck:* ODO Ern. duc. 7 p. 362ᴮ et succinit ista purpureo fidicen caput indutus -o (-a *ed.*).

1. *calamita, -ae *f.* *(ital.* calamita, *cf. S. Battaglia, Grande Dizionario della lingua italiana. II. 1962. p. 512) magnes lapis – Magnetstein:* Ps. ARIST. lap. I p. 197,1 expositio lapidis, qui vocatur elbeneg i. magnes aut -a attrahens ferrum. p. 199,36 si ponatur *lapis* super ungues eradicatos, trahit eos ad se . . ., sicut faciunt alie -e. *Heßler*

2. calamita *v.* calamites. **3. calamita** *v.* 1. calamitis.

calamitas, -atis *f.* *etym.:* ALBERT. M. Iob 5,21 (ed. M. Weiss. 1904) -s componitur a calamo et linos . . . et significat . . . impedimentum, quod incurrit homo ex defectu calamorum *eqs.* (*cf.* 30,3).

res adversae, miseria, pressura, vexatio – Unglück, Not, Elend, Bedrückung (cf. GLOSS. II 58,19 St.-S. -bus missebu-rinon. 207,29 -is leiduuentigi. 315,10 -s harmida. III 615,20 harmisunga. IV 59,19 freisa. 315,23 -em palo. *al.):* **1** *gener.:* CONC. Karol. 46ᴮ,5 absentia episcopi . . . fit -s plebis. HRABAN. epist. 17ᵇ ad relevandas populi . . . -es. CAND. FULD. Eigil. I 10 p. 228,48 ne . . . abiciaris . . . in locum miseriae et -is. VITA Magni Fauc. 57 quamvis tantas iniurias et -es ab eis sustineret. RIMB. Anscar. 17 cum . . . episcopus . . . in multis esset pressuris et -bus (*cf.* DIPL. Arnulfi 32 praessurae -em inger⟨e⟩re). EPIST. Col. 5 p. 248,23 sacris privilegiis vestris *(sc. papae)* nostras -es roborari dignemini. LIUTPR. leg. 1 accessit ad -em nostram, quod *eqs.* DIPL. Otton. II. 167ª p. 189,28 si . . . pauperum -bus . . . succurramus. LAMB. HERSF. Lull. 11 p. 321,23 gloria et -s . . . aecclesiae. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 319,28 variis . . . adversitatum -bus confecta *regina. saepe.* **2** *c. colore quodam:* **a** *clades, pernicies – Niederlage, Verderb(en):* BEDA hist. eccl. 1,22 p. 41,26 memoria -is et cladis. WIDUK. gest. 2,20 exercitus eos *(hostes)* . . . in ultimam pene -em perduxit. **b** *damnum, messis ingrata – Verlust, Mißernte:* CHART. episc. Hild. II 947 p. 475,5 (a. 1254) nisi forte per grandinem et mures plaga -is evenerit. *v. et l. 48.*

[Rudolph]

c *nefas – Frevel:* LEG. Wisig. 3,5,3 p. 161,12 apostatice -is obprobrium . . . extirpari conpellimur. **d** *vitium – Leiden:* WALAHFR. Gall. 2,42 pro . . . -bus . . . ad . . . Galli patrocinia . . . pervenire. TRACT. de aegr. cur. p. 237,32 -s *stomachi* cognoscitur ex dolore pungitivo *eqs.* **e** *casus – Zwischenfall:* THIETM. chron. 6,9 sedatis . . . Papiae -bus. **f** *poena contumeliosa – entehrende Strafe:* GLOSS. III 408,12 St.-S. -em harnschare. *Rudolph*

calamites (-is), *acc.* -en (-in) *subst. vel* ***calamita,*** -ae *f. vel* ***calamitum,*** -i *n.* (καλαμίτης) *script.:* ga-: *l. 25.* scalmit-: *l. 28.* calconit-: *l. 26.* calim-: *l. 27.* -menth-: *l. 16.* -mitat-: *l. 19.* *usu attrib.: l. 21sq.25sqq.*

de storacis suco siccato i. q. resina (calamis involuta) – (das in Rohr verpackte) Harz (cf. André, Lex. bot. p. 306): **1** *de natura:* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 351,24 styrax duobus modis est, liquidum . . . et dicitur sigia, est et -menthum (ALBERT. M. veget. 6,227 duplex autem est storax: una . . . egreditur per se ut gumma . . . et vocatur hoc genus a Constantino -um [-mitatum *J*] et est siccum). DYASC. p. 164^{b} alia est storax, que -is appellatur, et Indica. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 368^{g} styracis tria sunt genera: styrax -a, liquida et rubea. IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 35b^{r} storax -a non a calamo dicitur, sed a calo, quod est bonum, et myrrha, quod est gutta; inde -a, id est bona gutta. **2** *de usu:* ANTIDOT. Bamb. 46 cardamomum, storace ga-e, opium (ANTIDOT. Berolin. app. p. 76,29 s. calconiti. RECEPT. Bamb. 24 s. -en. FRAGM. mul. II 2 storice calimitin. TRACT. de aegr. cur. p. 338,15 accipiat storacem scalmitam. TRACT. de chirurg. 909 storacis -ae, sanguinis draconis). ALBERT. M. veget. 6,227 Constantinus autem dicit, quod superposita -a aperit vulvam clausam. *al.*

1. calamitis (-a: *l. 46*), -is *f. vel* **calamentis,** -is *f. vel postea* **calamentum,** -i *n.* (καλαμίνθη, καλάμινθος) *script.:* galla-: *l. 41.* -amti-: *l. 43.* -minth-: *l. 72.* -th(um): *l. 47.57.60.* *form.: acc. sg.* -en: *l. 39.69.* -in: *l. 38.*

1 *mentastrum – Minze (Mentha L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. III. p. 136sqq.):* **a** *in univ.:* PAUL. AEGIN. cur. 181 p. 107,1 addendum sucis porrum aut -mentin (*3,35,2* καλαμίνθην) aut glichona. AESCULAPIUS 21 p. 31,14 -miten teres cum pipere. RECEPT. Sangall. I 58 herba artemisia et gallamentis. ANTIDOT. Glasg. p. 101,23 -mitis tesmatis dr. VIIII. p. 133,28 levistici semen I, -mites XVIIII. DYNAMID. Hippocr. 2,37 calamtis genera sunt tria: unum montanum . . . flore purpureo; aliud genus pulegii foliis simile . . .; tertium genus foliis mentae agresti similibus (*cf.* ALPHITA II p. 31,25 sqq.). 2,48 mentastrum a Graecis -mita vocatur. CONSTANT. AFRIC. grad. p. 376,40 -thum tribus modis est; est etiam quoddam semper nascens in ripa fluminum . . .; est aliud, quod invenitur in siccis locis . . .; est et aliud nascens in montanis locis; quod . . . diversis nominibus nuncupatur petrosum, terrestre, aquosum. ALBERT. M. veget. 6,309 est . . . -um substantiae subtilis, sive sit montanum sive fluviale; has enim duas habet species. *al.* **b** *de speciebus:* **α** *menta montana – Bergminze (Calamintha officinalis Moench vel sim., cf. Marzell, op. cit. I. p. 712):* GLOSS. III 553,57 St.-S. -um steynmynce. CONSTANT. AFRIC. grad. p. 359,16 sylvestre sisymbrium dicitur esse -thum, quod magis ad medicinam pertinet. IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 11a^{v} -um montanum melius est, quod magis est siccum (WILH. SALIC. chirurg. 1,60 p. 323^{A} recipe . . . -thi montani, flores chamomillae). *v. et l. 43.49.52.* **β** *sisymbrium – Bachminze (Mentha aquatica L. vel sim., cf. Marzell, op. cit. III. p. 139):* GLOSS. III 567,41 St.-S. timentum *(i.* calamentum *ed.)* vissemynce *(a),* vischmintze *(b).* 604,35 -mitem ficminza. ALPHITA II p. 27, 21 -um aquaticum sive colomen . . ., nepta maior, crescit in locis aquosis, stipitem habet in longitudinem hominis et assimilatur in foliis canabo. *v. et l. 48.52.* **γ** *menta alba – Katzenminze (Nepeta cataria L. vel sim., cf. Marzell, op. cit. III. p. 164. 309):* GLOSS. III 495,30 St.-S. -miten nebita. 539,8 -um wiztoste. ODO MAGD. herb. 593 herbam, quam nepetam vulgari more vocamus, hanc medici Graeco -i (-minthi, -thes *var. l.*) nomine dicunt. ALPHITA I p. 281,12 -um vel -mentis, nepita idem. II p. 27,9 -um . . . habet . . . florem album. *al. v. et p. 51,45.49.* **2** *vulgago – Haselwurz (Asarum europaeum L.):* ALPHITA II p. 106,17 matricaria aquatica secundum quosdam azarabaccara idem, -um silvestre idem. *v. ThLL. s. v.* calamintha. *Heßler*

2. calamitis *v.* calamites.

calamitosus, -a, -um. **I** *adi.:* **A** *usu act. i. q. calamitatem vel malum afferens – unheilvoll, -bringend (cf.* GLOSS. IV 41,55 St.-S. -i lethvventigi. 133,64): **1** *gener.:* SISEB. Desid. 4 nihil virum Dei -a nequitia nocuit. ALDH. virg. I 38 p. 290,10 -a famis atrocitate. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 303, 3 ad . . . facinorosas et -as simultates componendas. a. 1079 p. 316,46 devastationis -as . . . miserias. *al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *luctuosus – Trauer-:* WIDUK. gest. 2,41 annus notabilis casu -o. **b** *funestus – unheildrohend:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 292,1 iniuriarum -issimis proclamationibus . . . regem accusabant. **B** *usu pass. i. q. calamitatem patiens, miser – vom Unheil heimgesucht, unglücklich, elend:* ALDH. virg. I 52 p. 309,4 -um vulgus . . . trucidabatur. EPIST. Hann. 27 p. 62,24 videmur . . . Ixione rotę volubili astricto -iores (calumniores *cod.*).

II *subst.: qui miser vel infelix est – ein Elender, Unglücklicher:* RUOTG. Brun. 8 -is patrocinari. WIPO gest. 5 p. 26,28.

calamus, -i *m. (?n.* -um: *l. 55. p. 53,59)* (κάλαμος) *script.:* ka-: GLOSS. I 509,27 St.-S. cha-: CHRON. Pol. 2,3 *(var. l.).* -lom-: *l. 59.* *form. nom. sg.* -os: *l. 66.*

I *de planta i. q. arundo, canna, arundinetum – Schilf, Rohr, Röhricht (cf.* GLOSS. I 623,46 St.-S. -us sciemun. III 496,29 rora. IV 168,45 -us zeinahi vel rorahi. *al.):* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *proprie:* AESCULAPIUS 16 p. 21,34 adhibere . . . folia pampini, myrti aut -i. ANTIDOT. Glasg. p. 152,34 ad dolorem caucolis . . . -i sperma lib. I. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 116,18 sunt . . . nemora, -i et canne. ALBERT. M. veget. 2,54 plantas in toto concavas sicut fistulas quasdam et -os. *al.* **b** *in imag.:* BRUNO QUERF. Adalb. A 14$^{ex.}$ de hinc, quę duplo -o texit divę caritatis, aurea tecta superposuit. **c** *alleg.:* HRABAN. univ. 19,6 p. 521^{B} -us praedicatio sanctorum est ut in Isaia *(35,7).* WOLFHARD. Waldb. 1,1 (prol.) qui *(philosophici viri)* in prophetiis -i nomine designantur. **d** *translate i. q. infirmitas – Schwachheit:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,18 -um sexus . . . oblitę fragilis malunt problemata mortis *(v. notam ed.).* **2** *spec.:* **a** -us (aromaticus) *i. q. calamiscus – Kalmus (Acorus Calamus L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 110):* HRABAN. cruc. 2,2 p. 267^{C} -us aromaticus et pinus . . . honori tuo *(sc. crucis)* se subiiciunt. GLOSS. III 540,1 St.-S. -us aromaticus hemelzitwar (552, 68 heime scidwar. *cf.* 527,45). CONSTANT. AFRIC. grad. p. 357,20 -us aromaticus subtilis est et concavus, . . . in India et Persia nascitur. p. 381,23 quidam dicunt *chelidoniam* esse radicem -i Indię. ALBERT. M. veget. 6,77 -us aromaticus -us vocatur propter -i similitudinem, aromaticus autem dicitur propter odoris eius nimiam fragantiam. *de radice exsiccata ex regionibus orientalibus importata:* FRAGM. mul. VI p. 604 f⟨um⟩igacio . . . sic est: canion, -us (-um *cod.*) et carbones molles esse debe⟨n⟩t *eqs.* PAUL. AEGIN. cur. 211 p. 149,6 petroselini, -i aromatici (*3,48,3 p. 256,24* καλάμου ἀρωματικοῦ) *eqs.* AETHICUS ISTER 106 p. 80,11 India gignit . . . -um quoque aromaticum et ebur. ANTIDOT. Sangall. p. 98,19 calomo lib. V. ANTIDOT. Augiens. p. 40,27. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 370^{C} -us aromaticus . . . est . . . radix fruticis, . . . per III annos potest servari. LAMB. LEOD. Matth. I 466 quis odor . . . surgit, si . . . -us . . . teratur. *al.* *meton. de Maria:* MILO carm. 3,4,2,10 myrra, storax, -us. **b** *donax – Pfahlrohr (Arundo donax L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 261):* DYNAMID. Hippocr. 2,96 -os agrios, hoc est -us agrestis, id est ferca, tunsus . . . tumores tollit. *fort. huc spectat:* ANTIDOT. Sangall. p. 99,25 de . . . -o Greco cinus dublum cum mel inungue. **B** *latius i. q. culmus, festuca – Halm, Stengel (cf.* GLOSS. IV 213,47 St.-S. -us halm. *al.):* **1** *natur.:* ALBERT. M. veget. 6,77 -us arundinis. 6,348 est *frumentum* . . . herba habens -um concavum album et magnum et longum; . . . -us

[Rudolph]

. . . ex duabus componitur substantiis *eqs. ibid. al.* **2** *iur. (usu symbolico):* CHART. scrin. Col. A I p. 19,17 (c. 1135/42) heredes . . . suam partem manu et -o abdicarunt (CHART. Eberb. 441 p. 225,22. CHART. episc. Spir. 400 p. 363,38 ore, m. et -o. *al.*). CHART. Rhen. med. II 70 p. 112,10 -um proiciendo, ut mos est, . . . respuerunt. CHART. Argent. I 617,16 si quis iudici -um porrexerit pro emendatione et in manu iudicis de oblivione -um dimiserit (CHART. Heist. 108 p. 196, 5). *al.* **3** *usu communi:* VITA Godefr. Cap. I 7 p. 522,49 putris -i pretium. CAES. HEIST. hom. exc. 223 a sompno surgens . . . cepit . . . iactare culcitram et cervicalia, -os hinc inde dispergere.

II *de rebus ex -is confectis:* **A** *instrumentum scriptorium, penna scriptoria – Schreibrohr, -feder (cf.* GLOSS. I 24,23 St.-S. -o scripisarn. 516,49 -us fedara [*c*], rorra [*h*]; *de re v. Wattenbach, Schriftwesen. p. 222sqq.):* **1** *proprie:* **a** *gener.:* ALDH. epist. 7 p. 497,2 cursim -o perarante caraxatum *carmen.* CARM. Aldh. 2,9 stili -o stridulo. CHART. Fuld. B 145[b] ad eam . . . villam vertamus -um. WALAHFR. imag. Tetr. 262 hic -um placuit . . . figere. CARM. Cent. 167,2 ludere . . . non trocho infantum, sed -o iuvenum. WIPO gest. prol. p. 8,8 gesta . . . -is pingentibus . . . effigiabo. CHART. Heinr. Leon. 19 p. 27,37 -o et atramento concambium . . . commendare notitie (CHART. Burgenl. I 90). *saepe.* **b** *techn.:* COMPOS. Luc. N 2 in alumine liquido -um tingues (THEOPH. sched. 1, 37[med.]). MAPPAE CLAVIC. 38 scribe . . . -o aut pincello pictorio. *al.* **2** *in imag.:* EPIST. Wisig. 14 p. 682,18 tinguente in noticia -o. ALCUIN. epist. 86 p. 129,21 qui *(Aristoteles)* . . . dicitur in mente -um tinxisse ([*ex Isid. orig. 2,27,17*]. *cf.* BRUNO QUERF. fratr. prol. dum intingimus, quae loquimur, in -o mentis). FORM. Salisb. 12 mellifluo -o. CARM. libr. III 27 exacuit -os studium. EPIST. Ratisb. 6 p. 292,22 linguam procacem -o mordacitatis intinctam . . . habere. 20 p. 344,33 ut -um verborum intinguas in liquore karitatis *(v. notam ed.). al.* **3** *translate:* **a** *sermo, stilus – Ausdrucksweise, Stil:* GODESC. SAXO carm. I 7 prol. 9 -o . . . impolito. ANAST. BIBL. epist. 12 rusticus ex tomo -us quae vertit Achivo. EPIST. Teg. I 52 scintillantis -i. THEOD. TREV. mirac. Celsi 1 sermone . . . impolito -oque silvestri. CONR. HIRS. dial. 638 metricus. *al.* **b** *descriptio, argumentum – Beschreibung, Darstellung, Inhalt:* SMAR. carm. 3,3 egregii -um perquire libelli. ADAM gest. 4,10 p. 238,4 quae ille per compendium dixit, pleniori -o nostris scienda proponens. LAMB. LEOD. Matth. I 69 ne sacro livida pestis obcrocitet -o. *al.* **B** *avena – (Rohr-)Flöte (cf.* GLOSS. I 275,8 St.-S. -i suuegalun roor. *al.):* **1** *proprie:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,85 -os inflare Minerva coeperat. EPIST. Hildeg. 164,17 quod et -us quassatus . . . non melodiam, sed stridoris dissonantiam emittat. ABSAL. serm. 30 p. 179[D] -us musicum instrumentum est et ideo praelatorum figuram tenet *eqs. al.* **2** *in imag.:* PAUL. DIAC. carm. 19,12 -os inflare labello ([*ex Nemes. ecl. 1,4*]. *cf.* MILO carm. 3,2,3). VITA Alcuini 10 -um labris quassatum . . . ad finem eius *(vitae)* . . . pertrahere conabor. HROTSV. Bas. 11 fragili modulos -o cantaverat. **3** *alleg.: v. l. 49.* **C** *sagitta – Pfeil (cf.* GLOSS. II 528,9 St.-S. -os strala. *al.):* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,174 sagittiferę -os iactare Dianę . . . soliti. *in imag.:* ALCUIN. epist. 172[tit.] Flaccus caritatis -o vulneratus. **D** *virga piscatoria, hamus – Angel(rute oder -haken):* GLOSS. II 401,7 St.-S. -um angul. 486,11 -um hamon. *ibid. al.* **E** *pertica (mensorum) – (Meß-)Rute:* CHART. Wessof. 3 p.374,9 (c. s. VIII.) pertica . . . est x pedum ad star *(an* instar *leg.?)* -i in Ezechielo templum mensurantis (*spectat ad Vulg. Ezech. 41,8 ut* GLOSS. I 650,64 St.-S. -us rorra). TRAD. Fuld. II 3 p. 163,39 fecit ponte⟨m⟩ . . . longum CXX -os mensure virilis cub⟨iti⟩ in longitudine habentem. *alleg.:* ALEX. MIN. apoc. 11 p. 225,20 intelligitur per -um similem virgae rectitudo veteris testamenti.

III *de rebus -orum similibus:* **A** *radius, scapus, regula – Stab, Schaft, Schiene (cf.* GLOSS. I 329,34 St.-S. -os zeina. 49 -i zuogun. II 486,43 -is soasten [scaften *ci. ed.*]. *al.):* AETHICUS ISTER 50 ex aere -orum repagula in utrisque partibus *navis* conlocata. ADREV. Bened. 26 p. 490,44 armillas cum -is eis fabre adiunctis exportant *latrones.* THEOPH. sched. 2,25[capit.] de fundendis -is (*cf.* 2,27). TRACT. de chirurg. 205[5] si . . . intestina lesa fuerint, in directo -o et hec suantur, sic quidem, quod in suendo -us abstrahatur. *al. later – Barren:* CAPIT. reg. Franc. 128,6 de plumbo tabule III et una massa et -i CLXX. **B** *canaliculus – Röhre, Röhrchen:* HERACLIUS I 16,4 -o . . . sperge liquorem fellis. LIUTPR. leg. 10 armiger . . . sagitta -o immissa aeram in ecclesia ponit. CHRON. Noval. 5,3 more scurrarum per -os fossos ad invicem loquentes. GEBER. clar. 2,72 sulfur . . . in -is eneis sive ferreis funditur. *al. fistula – Trink-, Saugröhrchen:* CATAL. thes. Germ. I 24,4 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; c. s. XI.[med.]) argenteus -us I. ROGER. SALERN. chirurg. 1,349[16] qui labium habent vulneratum, . . . bibant con -o. *al.* **C** *brachium candelabri – Arm eines Leuchters:* ARDO Bened. 17 p. 206,14 quorum *(candelabrorum)* stipite procedunt . . . -i ac sciphi in nucis modum *(cf. Vulg. exod. 25,31sqq.).* METELL. Quir. 6,45 caudex aureolus sex -os habens. ABSAL. serm. 30 p. 179[D] hastili . . . -i inhaerentes sursum eriguntur et lucernas portant. *al. alleg.:* ABSAL. serm. 30 p. 178[A] per -os praelati . . . figurantur. *ibid. al. v. et* triscalamus.

calandae *v.* kalendae.

1. *calandra, -ae *f.* (*ital.* calandra, *francog. vet.* c(h)alandre *a* κάλανδρος) *script.:* ga-: *l. 31.* -ri(a): *l. 35. form. nom. sg.* -is: *l. 32.*

maxima ex familia alaudarum – Kalanderlerche (Melanocorypha calandra L., cf. H. Suolahti, Die deutschen Vogelnamen. 1909. p. 101): FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 23,14 avicule . . . terrestres sicut sunt alaude, cozardi, -e. p. 88,16. *al.* ALBERT. M. animal. 21,29 quasdam aves . . . inter musicas . . . videmus facere valde diversos sonos . . . sicut g-a et alauda. 23,37 -is est avis colore et figura per omnia alaudae similis, sed quantitate maior *eqs. al. fort. huc spectat:* HILDEG. phys. 6,20 p. 1297[B] accipient sperwere et . . . ad ignem incendat . . . et tunc de -ia quaere *eqs.* p. 1297[C] si -iam . . . habere non poterunt *eqs.*

2. calandra *v.* chelandium.

***calandria, -dris** *v.* 1. *calandra.

calandrus *v.* charadrius. ***calanganum** *sim. v.* *galanga.

***calans,** -antis *adi. (cf.* *calarius *?) ?praestans – ?vortrefflich:* AETHICUS ISTER 72 p. 55,23 -es opes suavesque et dulces.

***calapagius,** -i *m.* (*orig. inc., nisi cohaeret c.* καταπάγιος) *qui corio duro circumdatus est – ein Harthäutiger, -schaliger:* ALBERT. M. animal. 12,137 quaedam animalia . . . habent coria dura circumdantia ipsa sicut ea, quae -i Graeco vocantur ydyomate.

calapoda *v.* calopodia.

***calaris** (kalarcheon) *subst.* (κάλαρις) *avis quaedam parva (passeris similis) – ein kleiner (sperlingsähnlicher) Vogel:* ALBERT. M. animal. 8,17 colyeuz . . . comedit avem, quae vocatur kalarcheon (*p. 609[a],27* τὸν κάλαριν), quod est quaedam species passeris.

***calarius,** -a, -um. (*orig. inc., nisi cohaeret c.* καλός, *cf.* *callistus, *calans) *?praestans – ?vortrefflich:* AETHICUS ISTER 90 Cyprus amica, multimoda dape vicina butrionum ophinum -a fercola falernum in visione amplecti tua cur⟨r⟩ile sella.

***calasnus** *vel* **-a** *vel* **-um,** *abl. pl.* -is *subst.* (*orig. theod., cf.* LEX Baiuv. 22,11 commarcanus . . ., quem calasneo dicimus) *confinium – Nachbargebiet:* TRAD. Frising. 550[a] p. 472,21 (a. 827) quicquid . . . proprii habere visus sum in silvis, in pratis, . . . in aquarum decursibus, in omnibus -is et in terminis.

calasticus *v.* chalasticus. **calastrum** *v.* colostra.

calathus, -i *m. (?n.* -um: *p. 55,8)* (κάλαθος) *script.:* ga-: *l. 70. p. 55,4.9. al.* cha-: *l. 71.* cel-: *l. 70.* catalus: GLOSS. IV 214,2 St.-S. -t(us): *l. 70sq. p. 55,4.11. saepe.*

I *qualum, corbis (viminibus contextus) – (geflochtener) Korb (cf.* GLOSS. I 631,6 St.-S. -i [ga-, ce-, -ti *var. l.*] zeinnun [sumbir *sim. var. l.*]. III 149,62 chalatus ceinna. 158,61 zeina vel crezzo. 324,38 -tus hezenne. 331,39 -tus ceinuaz. *saepe):*

[Rudolph]

A *proprie:* **1** *gener.:* WALAHFR. hort. 159 donec . . . messoris -os (gloss. L: zeinun) matura fruge replerit *pepo.* WANDALB. martyr. 609 Octimber . . . quis *(sanctis)* pateras -osque (ga-, -tos *var. l.*) ferat. mens. 150 in -is yachinti iungere florem. NIVARD. Ysengr. 5,697 non mea me mater -o incunavit Iprensi. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 136,32 ponet eos *(falcones)* in -o. *al. qualum ad caseos figurandos destinatum – Käsekorb:* GLOSS. II 534,65 St.-S. -tum chasichar. 552, 19 -o casiuaz. III 670,28 g-o chaesichar. *ibid. saepe.* **2** *iur. de mensura:* CHART. Lux. III 130 p. 133,19 (a. 1252) de cultu vinearum nonum -tum vel mensuram . . . solvent. **B** *in imag. vel per compar.:* HRABAN. epist. 34 p. 468,13 in -o pectoris. AGNELL. lib. pont. 38 antiqua verba . . . velut diversa holera -is posita. THEOD. TRUD. Bav. 17 athleta Dei Baro merito computandus in illo admirabili -o (catalogo *var. l.*), qui et lilio confessionis decoratur.

II *vas potatorium – Trinkgefäß:* GLOSS. II 676,51 St.-S. -is stouffilinen. IV 42,1 -us . . . sumbere poculi genus.

calator, -oris *m. servus – Knecht:* PETR. CAS. (?) chron. 3,59 reddidit . . . focem . . . cum tota piscaria et -bus suis tam intus quam foris.

calatus *v.* calathus. ***calaum** *v.* *chalaum.

calca *v.* caltha.

calcabilis, -e. *qui pedibus calcari potest – betretbar:* ANSO Ermin. 7 (MGMer. VI p. 467,27) aggrediuntur . . . vastam paludibus solitudinem . . . sibi . . . tunc quidem -em, postea . . . pene inremeabilem. ORD. iud. Dei A 19[e] adiuro te *(sc. aquam)* . . . per . . . nomen Christi . . ., sub cuius pedibus te -em praebuisti (ANNAL. Fuld. II a. 874 p. 81,27. ACTA pacis Sangerm. 1,14. *al.*). THIOFR. Willibr. I A 31 p. 478[B] accidit, . . . ut . . . pontus . . . solum ante -e efficeret navigabile. *al.*

calcadippa *v.* calcatrippa. **calcadis** *sim. v.* chalcitis.

calcamen *sim. v.* chalc-. **calcande** *v.* chalcanthum.

calcaneum, -i *n. vel* **calcaneus,** -i *m. script.:* -con-: *l. 42.* -ni(um): *l. 46.*

I *spectat ad homines:* **A** *strictius i. q. calx – Ferse (cf.* GLOSS. III 178,60 St.-S. calx vel -us versna. 296,31 calx -um fersina. *saepe):* **1** *proprie:* **a** *gener.:* VITA Pard. 10 (MGMer. VII p. 30,28) -os erentes renibus. ARBEO Corb. 36 dextra flexebatur crura, -um natie tenus rigebatur. CHART. Friberg. 605 p. 398,7 tunica non descendat ultra calconeum. SALIMB. chron. p. 391,13 -os ceci mordebat *corvus. al. nom. propr.:* CHART. Turic. 701 (a. 1247) R. C-o. **b** *spec.:* **α** *medic.:* AESCULAPIUS 47 p. 77,14 incipit dolor a . . . -o. RECEPT. Sangall. II 108[capit.] ad perniones, quae in -io fieri solent. CONSTANT. AFRIC. grad. p. 356,9 fissuris -orum proficiet *galla.* WILH. SALIC. chirurg. 3,15 si contingat os -i frangi. *al.* **β** *anat.:* ALBERT. M. animal. 1,496 huius *(pedis)* ulterius minor pars est -us (*p. 494[a],11* πτέρνα). 2,71 quo *(ungue fortiore) posterius* utitur loco -i (*p. 504[a],11* ἀντὶ πτέρνης). *ibid. al. expressius i. q. os calcis – Fersenbein:* ALBERT. M. animal. 1,297 os, quod vocatur -um. **2** **a** *in imag.:* CONST. I 391,7 p. 557,37 (a. 1080) Heinricus . . . contra vestram -um erexit ecclesiam *(spectat ad Vulg. Ioh. 13,18 ut* PAUL. BERNR. Greg. 60 ecclesiam superbienti -o supponere calcandamque praebere. *al.).* MEGINFR. Emm. 7 (PL 141, 977[D]) quatenus . . . eum fraus inimica -o calceatum et cautum offenderet (*spectat ad Vulg. gen. 3,15 ut* HELM. chron. 80 p. 150,11 duci . . . invisus . . . insidiabatur -o eius). CHRON. Reinh. a. 1208 p. 575,36 -is eius *(regis)* inclines . . . quasi procidunt Ethyopes. **b** *alleg.:* HRABAN. univ. 6,1 p. 178[B] -us supplantatio vitiorum est sive extremus cursus vitae. NICOL. I. epist. 96 p. 550,11 -o vestro, id est perfectioni bonae operationis vestrae. p. 550,15 in -o . . . finis est corporis, quo . . . consummata virtus exprimitur. **3** *translate:* **a** *insidiae, dolus – Hinterlist, Betrug (cf.* GLOSS. I 816,21 St.-S. -um hintarscranch): CHART. civ. Erf. 220 p. 138,1 (a. 1267) contra inpeticionis -um et timorem . . . sigillo . . . litteram roboravi. **b** *?cardo – ?Türangel:* GLOSS. IV 124,6 St.-S. cardo, extrema pars valve vel ubi vertitur ianua, scerdir t., quod -um dicitur. **B** *latius:* **1** *calcar – Sporn:* CHRON. Fred. 4,64 Aeraglius aecum -um vehementer urguens. *in imag.:* CARM. Bur. B 121,4,8 non ferreo, sed carneo calcanda est -o. **2** *latitudo pedis – Fußbreit(e):* CHART. Argent. IV 159 (c. 1250) a qua *(fide)* numquam nec -o vel ad solam scintinnulam excessisse dinoscimini. **3** *ictus calcis – Tritt mit der Ferse:* GLOSS. IV 182,55 St.-S. -us versentrit. **4** *vestigium – Fußspur:* GLOSS. III 52,50 St.-S. -us wospor. **5** *planta – Fußsohle:* GLOSS. I 517,7 St.-S. -i . . . versina vel sola. *ibid. al.*

II *spectat ad bestias:* **A** *pes, ungula – Pfote, Huf:* ALBERT. M. animal. 22,117 si aliquis in lancea -um lupae feminae deferat. ANNAL. Scheftl. II a. 1267 princeps . . . -o equorum occubuit. **B** *talus – Sprungbein, Knöchel:* ALBERT. M. animal. 2,24 in utrolibet pede *(sc. cameli)* est chahab sive -us (*p. 499[a],22* ἀστράγαλον) et hoc est simile -o vaccae, et est parvus -us eius respectu totius corporis eius. 2,28 additamentum, quod est sicut medietas -i (*p. 499[b],25* ἡμιαστραγαλίῳ). *ibid. al.* *Rudolph*

calcantum *sim. v.* chalcanthum.

1. calcar, -aris *n. script.:* carc-: *l. 30.51sq.* -cear: *l. 23. form.:* *abl. sg.* -e: *l. 28.* *?nom. pl.* -rer: GLOSS. III 635,22 St.-S. *?gen. pl.* -rum: *l. 38.* *abl. pl.* -iis: *l. 40. stimulus metallicus calci alligatus – Sporn:* **1** *proprie (cf.* GLOSS. III 162,39 St.-S. -r [-cear *E*] sporo. 637,46 -ia sporun. *saepe):* **a** *gener.:* ALDH. virg. I 2 -bus cruentatum *cornipedem.* FUND. Werth. app. p. 168,14 carnifices . . . diripuerunt . . . hosos, -ia. VITA Ludow. Pii 28 p. 622,26 coeperunt . . . ab episcopis . . . -ia talos onerantia relinqui. LIUTPR. antap. III 14 p. 80,4 uno uti . . . -e (VITA Heinr. IV. 8 p. 28,22 ferreis -bus). STATUT. ord. Teut. p. 110,13 frater . . . dabit . . . corrigias ad -ia. IOH. CODAGN. trist. p. 44,32 equis cum carcaribus tactis. CHRON. rhythm. Col. 5,12 aurea . . . -ia stringunt. **b** *spec.:* **α** *publ.:* ORD. coron. imp. 13,1 imperator . . . accintus ense cum -bus aureis (BENZO ad Heinr. 1,9 p. 602,28 rex . . . terribilis -bus a.). 14,49 -ia sancti Mauricii. **β** *iur.:* CHART. select. Keutgen 144,13 (c. 1221) de herwede datur optimus equus, . . . -ia, frenum. *fort. add.:* ACTA imp. Winkelm. I 404 p. 350,41 (a. 1248) sine . . . exactionibus et -rum impositionibus. *cf. l. 54sqq.* **γ** *eccl.:* RATHER. epist. 25 p. 131,3 nullus cum -bus *cantet missam (cf.* p. 131,15 [admon. synod.] cum -iis, quos sporones rustice dicimus). WILH. HIRS. const. 2,18 p. 1062[D] cavet . . . ecclesiam cum -bus et cappa indutus intrare *frater* (CHART. Lux. II 413 p. 453,6). *al.* **δ** *techn.:* THEOPH. sched. 3,90[in.] cum . . . ferrum praeparaveris et inde -ia . . . feceris *eqs.* 3,90[med.] cum . . . limaveris -r unum aequaliter *eqs.* STATUT. ord. Teut. p. 110,20 reficere . . . -ia stagno. *al.* **2** *translate vel in imag. i. q. incitamentum, irritamentum – Ansporn, Reiz, Antrieb (cf.* GLOSS. II 338,24 St.-S. -r sporo, ponitur pro incitamento studii): ALDH. virg. I 44 p. 298,4 adulterinae titillationis -r. HEIRIC. Germ. I 1,48 studiis . . . addebat gloria -r (gloss.: incitamentum). ALBERT. STAD. Troil. 4,591 -ia (car- *cod.*) dat dolor ire. 4,643 militiae -r (car- *cod.*) in plata, -r (car- *cod.*) honoris in fama.

2. *calcar *v.* *calcatar.

***calcaraticum,** -i *n. exactio equestris – Reitersteuer, 'Sporengeld' (cf. A. Schaube, Handelsgeschichte der romanischen Völker. 1906. p. 504):* ACTA imp. Winkelm. I 794 (a. 1231) quod ecclesia . . . totum plateaticum et -um civitatis . . . debeat recipere. *ibid. iterum. cf.* *calceaticum.

calcaria (-ra), -ae *f.* **1** *fornax ad calcem coquendam facta – Kalkofen:* GREG. CAT. chron. II p. 218,39sq. (chart. a. 1097 ?) statuimus de -is, ut homines de Petra Dęmone faciant in uno anno -as II . . .; quarum calces factas . . . in montem . . . ferant. CHART. Bund. 564 campum citra -am subtus viam. *in nominibus locorum:* GREG. CAT. chron. II p. 75,1 in C-a . . . casalem unum. p. 183,17 ad C-ram modia III. *ibid. al. (v. ind.).* **2** *exactio pro coctione calcis solvenda – Steuer für den Betrieb von Kalköfen:* LEG. Lang. p. 220,29 ut nulla nova eis *(tertiatoribus)* . . . imponatur excepto antiqua consuetudine, hoc ⟨est⟩ responsaticum . . . et -as.

***calcariator,** -oris *m. fabricator calcarium – Sporenmacher, 'Sporer':* CHART. Worm. 228 p. 155,3 (a. 1251) quinque denarios de domo Waltheri . . . inter -es. CHART. Wirt. VI

1701 testes . . . Wernherus -r, dictus Sanzo *eqs.* *?in cognomine:* CHART. Mulh. Thur. 277 (a. 1279) Hermannus C-r.

***calcariatus,** -a, -um. *calcaribus ornatus – mit Sporen versehen, 'gespornt':* CAES. HEIST. Engelb. 1,8 p. 247,3 ita, ut erat capatus et -us, stetit *episcopus.*

***calcarifex,** -icis *m.* *fabricator calcarium – Sporenmacher, 'Sporer':* CHART. Bern. III 113 (a. 1275) testes sunt . . . Heinricus Sprengen et Uolricus -x seu Sporarius, burgenses de Burgdorf *(an subest nom. propr. ?).*

***calcarium,** -i *n.* *lorum ad calcaria pedibus aptanda destinatum – Sporenriemen:* GLOSS. III 162,41 St.-S. -um sporleder. 216,48. 374,25. *cf. supra p. 56,40.*

calcarius, -i *m.* *coctor calcis – Kalkbrenner:* CHART. Tirol. 557 p. 38,40 (a. 1205) Wizardus -us, Enverrardus . . . iuraverunt.

calcas *v.* 2. calx.

***calcata,** -ae *f.* *(a* 2. calx *? cf. Corominas, Dicc. etim. castell. I. p. 578)* *via strata – Fahrstraße, 'Chaussee':* LAMB. ARD. hist. 143 p. 634,20 viam . . . transmeabilem terrea mole et lapidibus facere et in -am construere. 154 p. 642,3 iuxta -am, que duxit apud Nivennam. *ibid. al.*

***calcatar** (colcot-, coka-, -carrar, -thar *sim.*) *n.* *(arab. ḳulḳutār a* χαλκάνθη, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 1236)*

compositio e ferro (et cupro) confecta, atramentum – (kupferhaltiges) Eisensulfat, -vitriol (cf. RE II 2. 1896. s. v. 'Atramentum'): ANON. secret. p. 22,14 -r (-thar *R*) est atramentum croceum (*cf.* ALFRED. ANGL. miner. p. 51,11 quod [*atramentum*] . . . accepit vim ferream, erit rubeum et croceum ut calcar). RICHARD. ANGL. correct. 8 p. 390,29 chalcanthum et colcotar, quae generantur ex maioribus granis atramenti. Ps. AVIC. anim. 5,15 est vitreolum, quod dicitur -arrar. Ps. ARIST. lap. I p. 191,6 cokathar et magnesia . . ., et isti lapides sunt ex multis coloribus. *al. v. et vol. I. p. 1131, 71.*

calcatio, -onis *f.* **1** *actio calcandi – das Treten:* HEINR. LETT. chron. 16,3 p. 105,10 Lyvones et Letti . . . gladiorum -e coniurationem suam pagano more confirmaverunt. **2** *conculcatio – das Zertreten, Zerstampfen:* **a** *proprie:* FUND. Mur. 30 p. 92,31 post . . . vindemiationem ac uvarum -em. **b** *translate i. q. eversio – Zerstörung:* AGOB. epist. 7 p. 182,21 publica -o sanctae civitatis *(cf. Vulg. apoc. 11,2).*

calcator, -oris *m.* **1** *proprie i. qui (uvas) prelo premit, calcat – (Wein-)Presser, Kelterer:* CARM. anon. (SB München. 1873/III. p. 715; s. XI.[2]) -r presserat uvas. HONOR. AUGUST. gemm. 4,75 quae *(lectio)* comprehendere . . . messorem et -em uvae . . . dicit *(cf. Vulg. Amos 9,13).* COD. Wang. Trident. 263 p. 490,10 Bertoldi -e *ager.* *in imag.:* GERHOH. psalm. 64 p. 471,37 -r uvae primus Nero botros electos, Petrum et Paulum, . . . calcavit (*cf.* p. 471,39). **2** *translate i. q. contemptor, spretor – Verächter, 'einer der mit Füßen tritt':* RADBOD. carm. 5,38 vitii -r avari. BERNH. CONST. can. 17 p. 490,1 -r canonicae legis. ANNAL. Pegav. a. 1150 -r et contemptor . . . honoris apparuit *Heinricus.*

calcatorium, -i *n.* *torcular – Kelter(haus):* GLOSS. III 131,3 St.-S. -um kelterhus. 297,46 -um torcular i. truta. *ibid. al.* *cf.* *caltorium.

calcatrippa (ka-, -apr-, -adi-, -repa, -ipa, calca tripa *sim.*), -ae *f.* *(orig. dub., a* calcare *et germ.* *trippon *derivat v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 66)*

1 *labrum Veneris – Schuttkarde (Dipsacus silvester L. vel sim., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 146. 150sq.):* GLOSS. III 105,6 St.-S. -a (-apr- *E*) zeisala. 479,25 -dippa carto. 514,2 -a (-trirpa *a*) cardo. 553,12 -a (cartarupa *b*) karte. 554,37 -dippa kart. V 35,82 -ipa zeisela. 43,2 k-a karda. *ibid. al. cf. l. 68.* **2** *carduus – Distel (Cirsium Mill., cf. Marzell, op. cit. I. p. 1008):* GLOSS. III 472,22 St.-S. -a distil. 519,20 -a distel. 602,28 -am distil, zeisiba (*i.* zeisila), qui iuxta ⟨viam *?*⟩ nascitur; qui calcat, trippat, id est ludit, id est carta. *al.* **3** *?Delphinium consolida (L.) – ?Feldrittersporn (an spectat ad l. 61sqq. ? cf. Ahd. Wb. I. p. 54sq. 59):* GLOSS. III 526,52 St.-S. -epa ageleye. 539,25 -a agleie. 551,43 -epa agabere, agen. **4** *anchusa – Alkannawurzel (Alcanna tinctoria Tausch, cf. André, Lex. bot. p. 30):* RECEPT. Sangall. I 187 ancusa, hoc est calca tripa *eqs.* **5** *?sanguinaria – ?Vogelknöterich (Polygonum aviculare L. vel sim., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 279):* GLOSS. III 680,35 St.-S. -dippa sporegras.

calcatrix, -icis *f.* *contemptrix – Verächterin:* WANDALB. martyr. 662 regni -x iuxta et Triphonia claret.

calcatura, -ae *f.* *actio calcaribus stimulandi – das Sporengeben:* BERTH. RATISB. serm. 17 p. 90,15 si nihil pati vellet *equus,* . . . nec sellaturam . . . nec -am.

calce *v.* 2. calx.

***calcea** (-cia, -za), -ae *f.* (calceus, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 72)* *tibiale – Strumpf, Beinbekleidung* (*cf.* GLOSS. III 651,17 St.-S. calza hoso tra⟨bucna *?*⟩ chnehosa): THEODULF. carm. 17,25 follicat ampla . . . turgenti -ia panno. ANSELM. BIS. rhet. 5 p. 171,5 quam *(manum)* ut mantonem in -a abscondisti.

***calceamentorius** (-cia-), -a, -um. *sutrinus – Schuhmacher-:* FOLCUIN. Lob. 35 calci-am (sutoriam *3*) artem.

calceamentum (-cia-), -i *n.* *script.* -ltia-: *l. 31. p. 59,3. metr.* -ceă-: *l. 37. p. 59,15. adde* EKKEH. IV. bened. I 1,56.

I *de indumento hominum:* **A** *strictius i. q. calceus – Schuh (sing. interdum sensu collectivo i. q. calcei – Schuhe, Schuhwerk, e. g. l. 28sq.42.62.64):* **1** *gener. (cf. G. Girke, Die Tracht der Germanen. II. 1922. p. 77sq., A. Dopsch, Die Wirtschaftsentwicklung der Karolingerzeit. II. [3]1962. p. 151):* **a** *proprie (cf.* GLOSS. I 90,29 St.-S. -iamento kiscohi. III 152,15 -iamenta giscûhe. *al.):* VITA Arnulfi 21 -iamenta a pedibus *leprosorum* detraens adque detergens *episcopus.* EINH. Karol. 23 pedes -iamentis (-lti- *var. l.*) constringebat. RADBERT. Arsen. 1,16 p. 46,12 -iamenta . . . parare . . . iuxta ritum patriae, quos ruhilingos dicunt. FORM. Augiens. C 12 mittimus . . . ad -iamenta conficienda hyrcinas pelles sex. NOTKER. BALB. gest. 1,34 p. 46,17 -iamenta (-im-*M1*) forinsecus aurata. EKKEH. IV. pict. Sangall. 132 astat contractus . . ., induit ut sanctis caligas cum -iamentis. LAMB. TUIT. Herib. 2,17 reficiendorum -iamentorum . . . artem. THEOD. TRUD. Bav. 10 ferrea diversi sexus et aetatis -a. HERBORD. Ott. 2,28 p. 739,3 -iamenta picturata. TRAD. Udalr. August. 220 cubiculum -orum. ALBERT. M. pol. 1,7[b] p. 54[a],20 -um (*p. 1257[a],12* ὑπόδημα) factum est propter calceationem. princ. 7,2 p. 361[a],31 similiter est de -is, quae non quaeruntur ad tegimen pedis tantum *eqs. saepe. v. et p. 77,53.55.* *de reliquiis:* ADEMAR. hist. 3,60 p. 185,25 promiserat . . . fidelitatem super reliquias sanctorum -iamentorum (sanctarum caligarum *C*) sancti Eparchii. DEDIC. Brunw. (MGScript. XXX p. 776,33) de -iamentis Clementis. *de superstitione:* CAPIT. reg. Franc. 108,24 de pagano cursu, quem yrias nominant, scisis pannis vel -iamentis. HARIULF. Arnulf. 1,20 ut quasi mori non posset, cuius -iamentum in altum proiectum ultra trabem supervolasset. **b** *alleg.:* HRABAN. univ. 1,2 p. 23[B] -a Domini, mysterium incarnationis (*sim.* BERENG. TREV. serm. 2 [PL 160,1018[B]] pro terrenorum salute -um suae i. extendit *filius Dei* [*cf. Vulg. psalm. 59,10*]. RUP. TUIT. off. 1,24). 21,26 p. 586[A] -a . . . significant praedicationem pacis *eqs.* HONOR. AUGUST. cant. 7,1 p. 456[C] -a . . . fiunt de pellibus mortuorum animalium et sunt exempla iustorum in Christo mortuorum. *al.* **2** *spec.:* **a** *publ.:* EINH. Karol. 23 in festivitatibus . . . -iamentis gemmatis . . . ornatus incedebat. LIUTPR. leg. 3 ante Nicephorum sum deductus . . . Sicioniis -is calceatum (COSMAS chron. 1,7 p. 17,12 calciatus -iamento regali . . . arator). **b** *iur.:* FORM. Marculfi 2,13 ut . . . -iamentum mihi . . . procures. MIRAC. Richar. 1,1 (MGScript. XV p. 916,23) quae *(villa)* erat in sorte fratrum deputata ad -iamenta. CHART. Sangall. A 572 trado . . . eo pacto, ut . . . -iamenta . . . accipiam. REGISTR. abb. Werd. p. 133,17 unusquisque . . . v hominum -iamenta *solvat.* CHART. Oelsn. 11 p. 27,21 ad -iamenta . . . fratrum . . . concessi meam pensionem. CHART. civ. Erf. 211 p. 131,27 de -is hiemalibus . . . visum est arbitris, quod . . . non debeant dari ulterius. *al.* **c** *eccl.:* CAPIT. reg. Franc. 23,24 de -iamentis secundum Ro-

manum usum *(de re v. W. Gericke, ZRGKan. 74. 1957. p. 52)*. 252 p. 248,17 ut . . . clerici non utantur . . . ineptis -tiamentis. CONSUET. Eins. 22 p. 85,11 exuant se diurnalibus -iamentis et induantur nocturnalibus *fratres*. CONSUET. Trev. 37 -iamenta quatuor nova . . . accipientes *fratres*. CHART. Stir. III 192 p. 276,7. *al.* **d** *medic.:* WILH. SALIC. chirurg. 1,54 -iamenta larga et calida (1,55). *ibid. al.* **B** *latius:* **1** *caliga tibialis – Halbstiefel* (*cf.* GLOSS. II 673,37 St.-S. -iamenta i. nechala. 725,44 -iamento venatricio, quod alii dicunt periscelidas aut hoson): VISIO Godesc. 3 (QuellensSchleswHolstGesch. IV. 1875. p. 93,30; c. 1190) -iamenta . . . ad suram usque operiendam alta corrigias longas . . . sibi insertas habebant. *ibid. al. (de re v. H. Bächtold-Stäubli, Handwörterbuch des deutschen Aberglaubens. VII. 1935/36. p. 1337).* **2** *tegimen – Hülle:* ALDH. ad Acirc. 43,3 -iamenta mihi tradebant tergora dura *(spectat ad pugillares; de re v. E. Erhardt-Siebold, Die lateinischen Rätsel der Angelsachsen. 1925. p. 63sqq.).*

II *de parte pedis boum i. q. ungula – Huf:* ALLEG. super turb. p. 494b,12 sume taurum cum . . . cornibus pedumque -metis *(sic ?)*.

calcearia (-lza-), -ae *f.* *census pro calceis comparandis solvendus – Zins zur Beschaffung von Schuhwerk, Schuhzins:* REGISTR. Trident. I 3 p. 20,33 (a. 1220) solvere . . . bestiam cum lacte pro calzaria (p. 21,16. 16 p. 29,12. 33 p. 42,31 b. . . . pro calzaria, et quando solvitur hec de calzaria *eqs.*).

κύων – *Hund (cf.* ALBERT. M. eth. 1,5,17 p. 81^{b},15 unum nomen dantes coelesti et marino et latrabili, quod est -is): **I** *strictius de animali domestico (Canis familiaris L.; cf.* GLOSS. III 17,19 St.-S. -is hunt. 201,60 cynos vel -is hunt. *al.): A proprie:* **1** *in univ.:* **a** *gener.:* ALDH. ad Acirc. 131 p. 180,4 -es baubantur vel latrant vel ganniunt *eqs.* HRABAN. hom. I 11 p. 25^{A} videntur . . . nitidi et crassi -es discurrere *eqs.* epist. 41 p. 479,37 de eo, quem -is furens morsu in pede laceravit *eqs.* CARM. de Tim. 107 -um ad pastum . . . abuti lymfa. ANNAL. Xant. a. 869 -um carnibus . . . vesci. GERH. AUGUST. (?) Udalr. II 13 ille signa facere non potest plus quam unus -is. THIETM. (?) chron. 4,34 nimie ferocitatis -es habuit. ADAM gest. 3,69 p. 210,14 vidimus ecclesiam porcos violasse -esque. EKKEB. HERSF. Heimer. 9 p. 601,31 cum -bus eum expulit de locis illis. THEODER. carm. 1 (NArch. 39. 1914. p. 161) flete, -es, si flere vacat *eqs. saepe. in effigie armorum:* CONR. MUR. clip. 36^{a} Toggenburg cum torque -is pilosus habetur gilvo, pro preda qui semper hyare videtur. **b** *natur.:* HILDEG. phys. 7,20 -is valde calidus est. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 57,26 -is inter . . . bruta est illud, quod facilius et amplius potest ad diversa doceri. ALBERT. M. animal. 6,111 -es . . . sunt valde multorum modorum. 7,109 -bus . . . accidunt quaedam infirmitates, rabies . . ., squinantia et podagra. 7,129 -is profecit in speciem leporarii ex coitu cum vulpe et ex coitu cum lupo profecit in speciem magni -is, qui mastinus vocatur. 22,27 -is omnis hoc habere videtur, quod urinas . . . odorant, ac si iuvamentum ex hoc habeant. 22,31 regimen . . . sanitatis -um. *al. (v. ind.).* ALBERT. M. (?) animal. quaest. 4 app. 9 post morsum -is rabidi sequitur insania. THOM. TUSC. gest. p. 492,22 vidimus . . . -es edoctos se ad nutum erigere, candelam vel baculum ore tenere. *al.* **c** *iur. et publ.:* **α** *de furto, occisione:* LEG. Burgund. const. I 58 -em si aliquis . . . occiderit, solidum det, cui -is est. LEX Sal. Merov. 6$^{capit.}$ de furtis -um. LEX Frision. 4,2. *al. v. et p. 164,37sqq.* **β** *de damno a -bus effecto:* LEG. Burgund. Rom. 13,2 si quis saevum -em habens . . . in legamen . . . non redegerit *eqs.* LEG. Wisig. 8,4,20$^{capit.}$ de -e damnoso. LEX Baiuv. 20,10 si . . . -is per vestimentum aut per membrum hominem tenuerit *eqs. al.* **γ** *de praestatione, servitio alendi sim.:* CAPIT. reg. Franc. 40,18 de -bus, qui in dextro armo tunsi sunt, ut homo, qui eum habuerit, cum ipse -e (-o *var. l.*) in praesentia regis veniat. 293,78 ut ipsi decimas accipiant et inde -es . . . pascant. CHART. Lamb. Leod. 26 p. 40,9 incrassare . . . v -es per annum integrum. CHART. Wirt. VII 2568 p. 424,2sqq. monachos . . . nullo modo gravabimus in postulatione . . . animalium, -um . . ., nec precipue gravabimus venatoribus -bus. *al. v. et p. 164,49sqq.* **δ** *de poena ignominiosa:* WIDUK. gest. 2,6 rex . . . condempnavit . . . principes militum . . . dedecore -um, quos portabant usque ad urbem *(cf.* ARNULF. MEDIOL. gest. 1,19 marchio -em baiulans. COSMAS chron. 3,32 p. 203,11 *Privitan* super humeros alligato maximo -e scabioso et hesterno iure crapulato . . . ter circa forum ductus est. OTTO FRISING. gest. 2,46 p. 154,13 consuetudo pro lege aput Francos . . . inolevit, ut . . ., antequam mortis sententia puniatur, ad . . . ignominiam nobilis -em . . . gestare cogatur. *al.).* ADAM gest. 3,8 p. 149,10 per tybiam suspensus inter duos -es efflavit (*sim.* PASS. Karoli Boni 9 [MGScript. XII p. 622,54]). **ε** *de usu provocatorio:* WIDUK. gest. 1,38 p. 56,7 pinguissimum pro munere eis proiciunt -em. THEOD. PALID. annal. a. 934 p. 61,50 cesar . . . -em brevem et spissum, auribus et cauda decurtatis, per ipsos *(legatos)* Ungaro transmisit. **d** *canon.:* CONC. Merov. p. 170,7 volumus . . ., quod episcopalis domus . . . -es non habeat *eqs.* CAPIT. reg. Franc. 22,71 ut . . . non sit domus Dei . . . pervia -bus. HRABAN. epist. 41 p. 480,4 de eo . . ., qui -i feminę inrationabiliter se commiscuit. **e** *de prodigiis, superstitione:* SERMO de sacril. 9 qui . . . aves vel latratus -um . . . per sibelos . . . auguria colit. ANNAL. Corb. a. 857 in Treveris in eclesia -is in sede pontificali visus. *de diabolo:* MIRAC. Ursm. 2,5 transiens . . . inter nos et eos nigerrimus -is ostendit se duce discedere eos a nobis. **f** *de ritu pagano:* THIETM. chron. 1,17 diis . . . homines et . . . equos cum -bus et gallis . . . immolant (HEINR. LETT. chron. 16,4 p. 108, 25 -es et hircos). ADAM gest. 4,27 p. 260,5 *in luco sacro* -es et equi pendent. **2** *de bestiis ad speciales usus aptis vel edoctis:* **a** *de -bus venatoribus (cf.* GLOSS. II 404,17 St.-S. -e rudo vel sius. 671,9 venator -is iagahunt): **α** *gener.:* WANDALB. mens. 43 -bus cervas . . . agitare. NOTKER. BALB. gest. 2,9 p. 63,11 -es . . . agilitate et ferocia singulares, quales . . . ad capiendos . . . leones et tigrides postulavit. THIETM. chron. 7,28 fugientem . . . -bus precepit inquiri. ECBASIS capt. 329 Vosagina -is, lustrosis conscia silvis. EPIST. Reinh. 19 p. 19,28 ut . . . -em mihi . . . ad lupum valentem mittas. CHRON. Reinh. a. 1226 p. 604,2 invitans eum ad ludum avium et -um, ut moris est nobilium. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 58,1 de -e dando pro adiutorio *falconis.* ALBERT. M. animal. 22,28 in -bus venaticis non leverariis illi nobiles sunt, quorum aures magne . . . ad maxillas dependent. *saepe. de bestia sagaci:* EPIST. Ratisb. 7 p. 295,26 non sumus -is syllogisticus Augustini, ut cervi . . . vestigia reperientes . . . argumentose dicamus *eqs. (de re v. notam ed. p. 284^{7}).* **β** *iur. de furto, occisione, praestatione sim.:* LEG. Burgund. const. I 97 si quis -em (-um *var. l.*) veltravum aut segutium vel petrunculum praesumpserit involare, iubemus, ut . . . coram omni populo posteriorem ipsius -is osculetur. LEX Alam. 78,4 bonus -is porcaritius, ursaritius vel qui . . . taurum prendit, si occiderit aliquis. LEX Baiuv. 20,4 de eo -e, quem bibarhunt vocant *eqs.* 20,5 de -bus (-is *var. l.*) veltricibus, qui leporem non persecutum, sed sua velocitate conprehenderit *eqs. (cf.* GLOSS. II 353,28 St.-S. -is veltricis uuind). 20,6 de eo -e, qui dicitur hapuhhunt. LEX Frision. 4,4 -em acceptoricium vel braconem parvum . . . IV solidis componat. INSTIT. regal. 3 (MGScript. XXX p. 1452,15) mittere ad palatium in Papia . . . omni tercio anno . . . duos magnos -es veltrices (*cf.* DIPL. Otton. I. 453 p. 614,33 [spur. s. XII.] ut non amplius . . . ab eo [*abbate*] exigatur quam duo -es pares aut unicoloris bestias et feras bene persequentes. ANNAL. Ottenb. a. 1180 [MGScript. XVII p. 316,22] inperatori duos -es pariles in libertatis testimonium afferre). CHART. Rhen. med. II app. 15 p. 425,16 forestarius recipiet advocatum ville . . . cum XII -bus et uno -e leidehunde. *al.* **γ** *canon.:* CAPIT. reg. Franc. 10,2 venationes et silvaticas vagationes cum -bus omnibus servis Dei interdiximus *(cf.* 23,31 ut episcopi et abbates et abbatissae cupplas -um non habeant nec falcones. STATUT. ord. Teut. p. 47,22. *al.).* EPIST. var. II suppl. 10 p. 633,29 quod . . . a -e captum fuerit, non computamus inter suffocata. **b** *de -bus custodibus domus (cf.* GLOSS. II 577,67 St.-S. -e houa uuarde): **α** *gener.:* HUGO FLAV. chron. 2 p. 496,10 *in Lundonia* cum essent multi canes ad observandas domos. ALBERT. M. animal. 22,30 accipiat rufum -em de hiis, qui custodes sunt. **β** *iur. de furto, occisione:* LEX Sal. Merov. 6,3 si quis -em, qui ligamen novit, post solis occasum occiderit. LEX Baiuv. 20,9 -em, qui curtem domini sui defendit, quem houauuart dicunt. *al.* **c** *de -bus custodibus gregis:* LEX Sal. Merov. 6,4 si quis pastoricialem -em . . . occiderit (LEX Sal. Pipp. 6,3). LEX Alam. 78,5 -em (-um *var. l.*) pastoralem, qui lupum

[Payr]

mordit *eqs.* LEX Frision. 4,7 -em custodem pecoris solido componat. ACTA imp. Winkelm. I 876[I] p. 668,38 -is deputatus ad custodiam animalium, qui morantur in pascuis. *al.* **B** **1** *proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1,78 ignavum mordere -em haud vereare latrantem. 1,91 quid -is ad sacram colaphos nisi queritat ędem ? 1,239 confidens animi -is est in stercore noto. 1,265 res commissa -i; -is it committere caudę. *al.* WIPO gest. 28 p. 47,4 raro -es rabidi foeturam multiplicabunt. AMARC. serm. 3,773 quis mutare -em vel aqua vel pectine possit ? **2** *alleg.:* HRABAN. univ. 8,1 p. 224[A] -is . . . aut diabolum vel Iudaeum sive gentilem populum significat *(cf. Eucher. form. 4 p. 21,1).* p. 224[B] -es intelliguntur muti sacerdotes vel improbi (ABSAL. serm. 27 p. 158[B] per -es ecclesiarum rectores . . . intelliguntur. *cf. l. 57sqq.*). *ibid.:* -es *intelliguntur* haeretici. p. 224[C] -es homines rixosi vel detractores. ABSAL. serm. 27 p. 158[C] lingua -is medicina poenitentialis . . . est. *al.* *de symbolo aetatis mundi:* HILDEG. scivias 3,11 p. 710[C] quarum *(bestiarum)* una est ut -is igneus, sed non ardens *eqs.* **3** *per compar.:* CARM. var. III 1,20 ut -is ad veteres vel sus trahor improba sordes *(cf. Vulg. II Petr. 2,22).* BRUNO QUERF. fratr. prol. mortuus -is . . . feteo *eqs.* WOLFHER. Godeh. II prol. p. 197,35 more . . . sagatioris -is . . . laborare. *al.* **4** *in imag.:* CARM. pro schola Wirz. 90 cunctis ostendis . . ., talem cum reprehendis, temet . . . lesisse -em furiosum. CHRON. Pol. 1,10 p. 28,16 in sanguine venatoris -umque tuorum, id est ducum et militum, pedes equorum meorum inficiam (*sim.* 2,25). COSMAS chron. app. 1 p. 243,3 contra -es viciorum . . . pugnare. CHRIST. cal. Mog. 9 (MGScript. XXV p. 243,16) -es Maguntini mordere non norunt *eqs.* (*cf.* p. 243,21). *al.* **5** *in nominibus:* **a** *hominum:* HIST. Aret. 4 (MGScript. XXX p. 1476,2; c. 1095/99) Iohannem presbiterum C-em dictum propter iracundiam. TRAD. Scheftl. 85 Witele, qui cognominatur C-is de Brunne. CHART. Rhen. med. II 90 Radulfo C-i. ANNAL. Mell. Lamb. a. 1231 Heinrici C-is de Chunringe. *al.* **b** *plantarum:* GLOSS. III 489,27 St.-S. lingua -is hundezunga (ALPHITA I p. 284,31 cinoglossa, l. -is idem). ALBERT. M. veget. 6,459 testiculus . . . -is est . . . species satiriae. **c** *lapidis:* IOH. sacerd. 158 (gloss.) marchasita appellatur lapis -is per operarios quosdam. **d** *loci:* NOTAE Stab. (MGScript. XV p. 966,43; c. 1232) C-is vicus. **e** *sideris* (*cf.* ALBERT. M. meteor. 3,1,17 p. 601[b],26sq. cum . . . sit duplex -is, scilicet -is, qui lucet ad pedem Orionis et alius -is, qui lucet ad pedes geminorum versus cancrum ad meridiem. p. 602[b],6 duorum -um): **α** *de -e maiore vel Sirio:* CARM. cod. Vat. (5330) 11,1 Syrius est, -em quod vulgus nuncupat, astrum *(ex Isid. nat. 26,14).* OTTO FRISING. gest. 2,34 p. 142,31 -is ad morbidum pedem Orionis micans. 2,37 p. 145,17 excandescente . . . in exercitum -is rabie. NOTULAE Wilh. Cong. 1435 sub -e et anticane *non est aperienda vena. al.* **β** *de -e minore vel Antecane: v. l. 42.44.* **f** *litterae (sc. 'r'):* THIOFR. Willibr. II 1,72 sonat ultima sillaba *(nominis Willibrordi)* panem, littera si cędat -is. **g** *alch. in nomine ficticio (cf. J. Ruska, Arabische Alchemisten. I. 1924. p. 49):* Ps. CALID. secret. 8 accipe -em masculum Corascenem et caniculam Armeniae et iunge insimul et parient -em coloris coeli. *ibid.:* voluit dicere Hermes pro -e et caniculo res, quae conservant corpora a combustione. **6** *meton. de hominibus:* **a** *in bonam partem de pastoribus ecclesiae, sacerdotibus (cf. Vulg. Is. 56,10; v. et l. 12sq.):* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,21 qui *(vir)*, Christe, tuorum more -um . . . gentiles prędterit aras. HUMB. Sim. 3,20 p. 223,45 cum simus -es caelestis patrisfamilias, non solum nullo . . . latratu . . . a . . . caulis eius raptores arcemus *eqs. al.* **b** *in malam partem:* **α** *c. respectu immunditiae, vilitatis:* SALOM. III. carm. 1,75 -is ipse domum Christi spurcissimus *(sc. Hungarus)* intrat. THIETM. chron. 7,36 ut . . . immundis -bus *(sc. Danis)* . . . censum . . . solverent. SCHOL. Adam gest. 27 consanguineam ducis . . . non dandam esse -i (*cf.* HELM. chron. 16 p. 34,31 quia Saxonum voce Sclavi -es vocentur). VITA Norb. I 14 p. 686,48 coram Norberto . . ., albo -e. ANNAL. Mell. Cremif. a. 1192 Sabladinus . . . a -bus suis, idest Turcis, . . . occiditur. CONST. II 336 contra -es Tartareos. *al.* **β** *c. respectu voracitatis, mordacitatis:* GERB. epist. 190 p. 228,20 (ed. F. Weigle. 1966) me pene accusatum palatinis -bus obieci ([*e Boeth. cons. 1,4,13; cf.* GLOSS. II 67,4 St.-S. palatinę -es houeman]. ANSELM. LEOD. gest. 34 p. 208,29 mimos caeterosque palatinos -es ditare. COD. Lauresh. 155[c] p. 438,18 palatinę [-i *cod. a. corr.*] -es, quibus ab omnibus defertur. *al. cf.* SIGEBOTO Paulin. 29 p. 923,40 aulicis -bus). THIETM. chron. 3,17 Dodilo . . . e tumulo eruitur et . . . ab avaris -bus predatur. RUD. TRUD. gest. 4,9[ex.] tu . . ., inveterate dierum malorum canus -is. CAES. HEIST. hom. exc. 181 -es, id est de cardinalibus quidam. HEINR. WIRZ. cur. 559 ille -es (gloss.: i. advocatos latrantes) multos pro se conduxit. *al.* **C** *translate de iactu aleae:* GLOSS. III 216,54 St.-S. unio vel -is essi.

II *latius:* **A** *de animalibus feris vel caninis:* **1** -is silvester *i. q. Canis aureus (L.) – Schakal:* THIETM. peregr. 8,27 papiones, quos appellant -es silvestres, lupi ad modum vulpium magni . . . hic *(sc. in monte Carmelo)* habundant *(cf. Iac. Vitr. hist. Hieros. p. 101).* **2** -is Ponticus *i. q. castor – Biber* (*Castor fiber L.; cf.* GLOSS. V 46,25 St.-S. fibri castores Pontici -es beueres): GESTA Font. 17 p. 53,34 *(de pelle) cappam* ex -e Pontico, quem vulgus bevurum nuncupat. **3** -is marinus: **a** *galeos (caninus) – (Hunds-)Hai (Scyllium canicula L. vel sim., cf. RE VII. p. 595sq.):* ALBERT. M. animal. 6,62 in piscibus, qui marini -es (*p. 565[a],16* σκυλίοις) vocantur. 6,67 omnes alii galeon bis in anno generant praeter id solum, quod cameni (*p. 566[a],19* σκυλίου; *Mich. Scot.* canem) vocatur. 6,68 generatio . . . galeon . . . est, sicut si generetur ex permixtione -is *(p. 566[a],31* κύων, *sc. prave versum)* et vulpis marinorum. *huc spectare vid.:* GLOSS. III 84,23 St.-S. marini -es merihunda (202,32). **b** *phoca – Seehund (Phoca vitulina L. vel sim.):* ALBERT. M. animal. 1,99 huius . . . generis *(sc. quod natat et ambulat)* sunt -es marini et ursi albi marini. 24,26 -es sunt marini irsuti sicut -es *eqs.* **B** *de animalibus fabulosis:* **1** *proprie:* NOTKER. BALB. carm. 4,4,3 p. 150 navis . . . per manum sancti Stephani retracta aut -es Scyllae rabiem aut Carybdis salva refugit. HONOR. AUGUST. imag. 1,126 Procyon . . ., qui -is Orionis fertur et ob insigne interitum inter sidera locatus. 1,127 *canicula* fuit . . . -is Erygones. *al.* **2** *in imag. et per compar.:* CHRON. Clus. 22 (MG Script. XXX p. 970,13; s. XI.[2]) *Taurinenses* tanquam Scyllei -es semper oblatraverunt. UDALSC. Egin. 2 p. 433,19 *fideles* transcursis obturata aure Scillaeis -bus hiis dictis intendant. CARM. Bur. B 41,9,1 -es Scylle possunt dici . . . advocati curie, qui latrando falso fingunt *eqs.*

2. *canis *v.* *camis.

canistellum, -i *n.* *sporta – Korb:* GLOSS. II 416,24 St.-S. canistris -is zeinun.

canistrum, -i *n.* (κάναστρον, κάνιστρον) *script.:* cami-: *l. 72.* -sdr-: GLOSS. I 317,30 St.-S. -nes-: *l. 57.* **1** *strictius i. q. sporta, quasillus, vas sportae similis – Korb, korbförmiges Gefäß (cf.* GLOSS. I 308,20 St.-S. -um chorp. III 296,58 cartallum -um i. cratto. 372,65 -um ceina. 411,13 -um satte aut sumberin. 718,35 -um vel calathus scineuaz. *al.):* **a** *proprie:* VITA Serv. 26 p. 95,1 ille uvas carpebat, pars -is imponebat (*cf.* CHART. Turic. 644 decem sportas sive -a botrorum). GESTA Frid. imp. B p. 86,8 dederunt eis bonum forum, sed porrigebant cum funibus in -is (-nes- *A*) et paneriis. REGISTR. abb. Werd. 7,1 p. 187,7 -um plenum pomorum. REIN. ALEM. phagifac. 78 ceres . . . patulis coram portata -is. *al.* *de vasis sacris:* SYLL. Bern. 4,81 vasa consecrata, patenę, urcei, -a. AGNELL. lib. pont. 143 p. 372,5 -um . . ., in quo erat ymagines hominum et . . . volatilia, ex vitro mundo. **b** *alleg.:* HRABAN. univ. 22,9 p. 604[c] -um . . . significat linguam doctoris, in qua offeruntur . . . panes azymorum. **c** *in imag.:* ROD. GLAB. Wilh. praef. (MGScript. IV p. 655,46) ne simplex contemptui habeatur sermo neve pro vili -o purae respuatur similaginis offa. **2** *latius:* **a** *craticula – Rost:* ALLEG. sapient. 3 p. 470[b],53 sit . . . in camini medio -um de luto perforatum. **b** *favus – Wabe:* ALPHITA I p. 272,20 foramina ad modum -i, id est favi (canterni, id est fani ALPHITA II p. 1,24). **c** *?cribrum – ?Sieb:* GLOSS. III 697,11 St.-S. camistrum temis.

[Payr]

***canita** *v.* *cannita.

1. canities (-cies), -ei *f.* (canus)

1 *proprie i. q. color canus, albedo – weißgraue Farbe, Graufärbung, das Weiß (cf.* Gloss. III 75,57 St.-S. -cies grawi): **a** *in univ.:* Wolfhard. Waldb. 1,13 (11) algoris -ciem perhorrescere. **b** *de capillis:* Albert. M. veget. 6,162 oleum ... olivae ... prohibet velocitatem -ciei. 3,86 in ipso *(homine)* ... generaliter apparet -es alba pilorum. 19,18 homo ... albescit in pilis ...; -es (*p. 780b,6* πολιότης) ... haec ... modus quidam est debilitatis in cerebro. 19,37 quod ... -es quidam sit modus putrefactionis *eqs. al.* **2** *meton.:* **a** *capilli albi – graues, weißes Haar:* Liutg. Greg. 10 *Bonifatium* ipse vidi candida -cie et decrepita senectute. Cand. Fuld. Eigil. II 12, 43 -e ... conspersus Aegil. Hist. Hirs. 10 Rupertus ... pulchra venerandus -cie. *al.* **b** *caput canum – graues, greises Haupt:* Carm. de Quint. 237 lactea -cies tum a corpore vellitur. **3** *translate:* **a** *aetas – Alter:* **α** *de senectute:* Alcuin. epist. 181 p. 300,14 si mane primae aetatis non fecisti, vel modo vespere ultime -ei facias. Thangm. Bernw. 34 a primaeva iuventute usque ad -ciem scolari studio intentus. Wibald. epist. 12 p. 90,25 veneranda -es, quae cesariem capitis ut lanam candidam dealbat. *al. expressius de sene:* Hrotsv. Pel. 161 ne tua -es vinclis intercidat artis. **β** *de moribus veteribus, paganitate (cf. Vulg. Eph. 4,22):* Walth. Spir. Christoph. II 2,238 turma ... -e posita viruit pollente iuventa *eqs.* **b** *maturitas animi, sapientia – geistige Reife, Weisheit:* Carm. var. I 13,15 -e cordis iuveniles vicerat annos. Hrotsv. Gong. 45 -em ... senum membris meditando tenellis. Vita Ger. Bron. 1 splendida mentis -es. Paul. Fuld. Erh. 1,2 intellectus spiritualis convalescens robore sensus perfecti consenuit -cie *(cf. Vulg. sap. 4,8). al.*

2. *canities (-cies), -ei *f.* (canis) *(canina) rabies – (Hunde-)Tollwut:* Albert. M. animal. 7,109 *canum rabiem* quidam -ciem sive caninam insaniam vocant.

canivarius *v.* canabarius.

***canlus** *vel* **-um,** -i *m. vel n. et* ***canla,** -ae *f. (theod. vet. dial.* kanle *a* canale, *cf. A. Wrede, Neuer kölnischer Sprachschatz. II. 1958. p. 9; v. et J. A. Schmeller, Bayerisches Wörterbuch. I. 1872/77. p. 1254) canalis (patellae) – Abflußrinne (der Salzpfanne):* Chart. Rhen. med. I 135,41 (a. 893) in -o. *ibid.:* de -a ... debet ... de sale exire de ina una modii c. *cf.* 3. *callus. *Payr*

canna, -ae *f.* (κάννα) *script.* ka-: *l. 47.49. p. 168,20.30. 169,47.59. ?form. abl. sg.* -o: *l. 64.*

I *de planta:* **A** *gener. i. q. arundo, calamus, arundinetum – Schilf, (Schilf-)Rohr, Röhricht (cf.* Gloss. III 469,10 St.-S. arundo idem -a rora. 489,14 k-a rorra. 540,22 -a [cauma *a*] ror. *saepe):* **1** *strictius:* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* Aethicus Ister 67 p. 49,6 desuper k-a arundinea tecta contignatia. Egbert. fec. rat. 1,1629 cantabunt carmina -ę *(cf. Schol. Pers. 1,119).* Dyasc. p. 53b -a est sicut triticum ascendens *eqs.* Otto Frising. gest. 1,32 p. 50,15 vilissima ..., id est ex -is tantum, ... habitacula. Albert. M. veget. 1,170 quaedam *plantae* habent nodos ... sicut -ae omnes. 6,323 -ae ... sunt multarum specierum, sed in India ... magnae sunt ita, quod fiunt inde naves *eqs. al. v. et p. 168,13.58.172, 30. fort. add.:* Hariulf. Arnulf. 2,24 duas partes decimae totius annonae, lini et -ae *(an* cannabae *leg.?),* ... contulerunt. **β** *pharm.:* Aesculapius 12 radices -ae ... colliges mense Augusto (Brunus Long. chirurg. 1,13 p. 111c). Fragm. mul. VI p. 604,32 f⟨um⟩igacio ... sic est: -a *(cod.,* canion *ed.),* calamus et carbones molles esse debe⟨n⟩t *eqs.* Antidot. Glasg. p. 153,42 seminis -e. Wilh. Cong. chirurg. 1513 balneum particulare de -o, plantagine *eqs. al.* **b** *per compar.: v. p. 169,1.38.63.* **2** *latius i. q. (arundineus) caulis, culmus, festuca – (röhrenförmiger) Stiel, Stengel, Schaft, Halm:* Hugeb. Willib. 4 p. 101,8 tollit unam -am, que fuit concava et habuit imum, illam replevit de petre oleo. Antidot. Glasg. p. 117,7 *antidotum* -as filicis strait. Marc. Graec. ign. 2 r(ecipit) ... medullae -ae ferulae (Brunus Long. chirurg. 1,15 p. 113c). Albert. M. animal. 3,50 crescit ex hoc *(ramulo grani ordei)* -a calami magna. veget. 6,20 haec *(arbor)* ... -am habet pro stipite. *al. in nom. propr.:* Anselm. Gembl. chron. a. 1131 Hugo C-a Avenae. **B** *spec.:* **1** -a (mellis) *i. q. saccharon – Zuckerrohr (Saccharum officinarum L., cf. E. v. Lippmann, Geschichte des Zuckers.²1929. p. 206.285):* Epist. Worm. I 65 p. 110,20 crescit -a in similitudinem ferulę et habet medullam de albo melle. Constant. Afric. theor. 5,29 p. 22ar -a mellis ... valet asperitati pulmonis. Bernh. Prov. comm. 7,2 p. 295,33 que *(humiditas)* est in radice -e mellis, non est bona. Thietm. peregr. 11,28 -a mellis, unde zucarum conficitur. Albert. M. veget. 1,142 fructus est ... inter corticem inclusus, sicut est in -a mellis, quae fert zucarum. Burch. Sion. descr. 12,2 -e mellis ... sunt similes -is communibus. *al. cf.* *canamella. **2** *arundo Indica – Bambus (Bambusa arundinacea Retz):* Frutolf. chron. p. 73,19 in ... ripa erant -ae altae sexaginta pedibus ..., ex quibus fiebant tabulae ad faciendas casas. p. 73,32 in naviculis rotundis de -a factis. *al. cf. p. 167,55.* **3** *cicuta – Echter Schierling (Conium maculatum L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1119):* Gloss. III 49,9 St.-S. -a schernig. V 42,34 cicuta, coniza vel k-a scierlinc. *ibid. al.* **4** *per confusionem ut vid. i. q. alcanna, cyprus – Hennastrauch (Lawsonia inermis L.):* Albert. M. veget. 1,154 aliud *genus plantarum* est sicut -ae arundinum magnarum *(v. notam ed.).*

II *de rebus ex -is confectis:* **A** *calamus scriptorius, penna scriptoria – Schreibrohr, -feder (cf. Wattenbach, Schriftwesen. p. 222sqq.):* Milo carm. 1,6,3,433 caram claustris concludito -am (Hucbald. carm. 2,97). Mappae Clavic. 35 ungue ... -am liquido alumine *eqs.* Waldr. carm. 2,1,17 vera manent ..., quę scribit k-a poetae. *al. in imag.:* Heiric. Germ. I 6,289 qualiter ad vitam ... subiit, liquida percurrere -a. **B** *pertica mensorum – Meßrute, -stab:* **1** *proprie:* Anon. geom. I 4,14 -a, cum qua mensuratur. Ryccard. chron. a. 1232 p. 179,6 (epist. Frid. II.) sub eisdem ponderibus et ... sub eisdem -is, quas ... curia nostra dederit, vendere ... merces. Acta imp. Winkelm. I 818 p. 635,34 de hiis, qui -as ... minuerunt. *al.* **2** *meton. i. q. mensura quaedam longitudinis – ein Längenmaß, 'Rute' (cf. A. Schaube, Handelsgeschichte der romanischen Völker. 1906. p. 814sqq.):* **a** *spectat ad agros, spatia sim.:* Greg. Cat. chron. II p. 28,25 sq. res ... habentes in longitudine -as XX et in latitudine ... -as X ad -am pedum X legitimi cubitalis. Acta imp. Winkelm. I 1005 p. 774,30 in pede -as quinque et desuper erina a cantone muri -as quinque. Chart. Basil. C II 103 que *(ecclesia)* ... distet ad spacium ... centum -arum. *al.* **b** *spectat ad pannos:* Bernh. Mar. annal. a. 1174 p. 265,34 vendebatur ... -a scherlatti libris v. Iordan. Ruff. equ. 7 p. 107,7 -a una panni ... canapacii. **C** *baculus arundineus – Rohrstock:* Gisleb. Eln. inc. prol. 16 vertex exili -a contunditur. Salimb. chron. p. 510,23 cum una -a, id est cum baculo arundineo. **D** *avena – (Rohr-)Flöte (cf.* Gloss. III 665,35 St.-S. -a ... suegili dicitur): Alcuin. carm. 1,1270 Davidis ... alios *(ministros)* fecit concinnere -a, qui ... resonent ... hymnos. Albert. M. animal. 9,9 si mulier in ... -a ... aut fistula sufflet. **E** *canaliculus arundineus – Schilfröhrchen (huc spectare possunt nonnulla exempla infra allata, e. g. p. 169,35):* Wilh. Salic. chirurg. 1,21 p. 310g excipiatur lignum ... de -a ... et ... imponatur -ae extremitas una ori ... et tunc inmittatur per -ae foramen ferrum. *ibid. al.* **F** *scapus (sagittae) – (Pfeil-)Schaft:* Wilh. Salic. chirurg. 2,3 p. 328H conare ponere in -a sagittae tentam ... et imprime uncum in foramine -ae *eqs. ibid. al.* **G** *theca calamaria – Federbehälter:* Gloss. I 24,22 St.-S. arundine raore, -a (-ae *a*) fedarfotar. 25,22.

III *de rebus -arum similibus:* **A** *fistula – Röhre:* **1** *anat.:* **a** *de viis spiritus, cibi, potus:* **α** -a (pulmonis, vocis *sim.*) *i. q. gurgulio, arteria – Luftröhre, Trachea:* Matth. Platear. gloss. p. 376F -as pectoris et pulmonis emundat *antidotum.* Ps. Galen. anat. 3 p. 172A intrinseca ... IV *membra,* epiglottis, gula, -a, intestina. Frid. II. Imp. art. ven. 1 p. 92,3 -a ... gruum. Albert. M. animal. 1,419 unus *canalis* est in anteriori colli et ille vocatur -a vocis (*p. 492a,6* λάρυγξ). 1,421

[Erb]

haec *(trachea arteria)* . . . -a vocatur . . . propter -ae similitudinem. 1,540 inferior . . . pars -ae, quae ad pulmonem pertingit. 1,547 dispositio -ae (*p. 495b,16* ἡ ἀρτηρία) et pulmonis: . . . -a . . . est via hanhelitus. 13,5 nulla via ex -a (*p. 664b,11* τοῦ πλεύμονος) procedit ad ventrem. 24,14 spirat *delfinus* . . . per -am fistularem (*p. 537b,1* τὸν αὐλόν). veget. 6,126 succus eius *(liquiriciae)* lenit -am. WILH. SALIC. chirurg. 4,1 p. 23,24 continuatur *ysophagus* versus gulam cum -a pulmonis vel trachea arteria. *saepe. v. et l. 13 et vol. I. p. 988,2.7. remissius:* SEDUL. SCOT. carm. 2,55,11 piceus rivus per -am gutturis exit. EKKEH. IV. bened. I 20,145 dent . . . volucres modulamina -is. *bronchion – Luftröhrenast, Bronchie:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 91,29sq. -a . . . pulmonis . . . dividitur in duas minores -as. ALBERT. M. animal. 1,541 istae -ae . . . perveniunt in multa ramificatae ad diversas partes pulmonis. **β** -a stomachi *i. q. gula – Speiseröhre (Oesophagus):* WILH. SALIC. chirurg. 2,7 p. 331D propter viam et -am stomachi, quae meri vocatur aut aesophagus, quae -ae in gula locatae sunt manifestę (*cf.* 4,1 p. 23,21). 4,1 p. 24,9 super istas *(stomachi et pulmonis)* -as ordinati sunt nervi. *ibid. al. v. et p. 168,68.* **b** *de ossibus i. q. os fistulatum cruris – Röhrenknochen des Unterschenkels (cf. J. Hyrtl, Onomatologia anatomica. 1880. p. 440.581):* ALBERT. M. animal. 1,352 tertia . . . corda . . ., quae est a silvestri duarum extremitatum, quae in -ae domestica parte existunt, et inter duas descendit -as. *os surae – Wadenbein (Fibula):* ALBERT. M. animal. 1, 352 qui *(musculus)* oritur a capite -ae. 1,418 silvestris *ramus* super -am extenditur sive harundinem minorem. *v. et l. 25.* **c** *de parte pennae i. q. caulis (pennae) – (Feder-)Kiel:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 94,24 quoniam inter cannulas plumarum et inter -as pennarum sunt intervalla spatiosa. 3 p. 45,31 -a de penna anseris. ALBERT. M. animal. 4,69 in alis pennatorum sunt -ae (*cf. p. 532a,25* καυλόν) pennarum. *al.* **2** *medic. i. q. fistula parva, canaliculus – Röhrchen, Kanüle:* RECEPT. Sangall. II 25 fac pulvis et ex eo per -a in nares insuffla. TRACT. de chirurg. 201 -a subtilissima intus posita. ROGER. SALERN. chirurg. 1,717sq. instrumentum concavum factum in modum -e: . . . per ipsam . . . -am ferream . . . ferrum . . . mittatur. *al.* **3** *mus. i. q. fistula organi – Orgelpfeife:* AEG. ZAM. mus. 15 p. 388b instrumento ex multis composito fistulis sive -is (HIER. MOR. mus. 18 p. 150,27 proportiones -arum sive fistularum plumbearum . . . in organis). **B** *vas – Gefäß:* **1** *eccl. i. q. ampulla in missa usurpata – Meßkännchen (cf. J. Braun, Das christliche Altargerät. 1932. p. 418):* ANGILB. eccl. Cent. 3 p. 177,23 -a argentea I, eburnea I (GALB. Karol. 16 p. 570,31 argenteam k-am emerat. *al.*). ORDO Rom. 9,22 alius *acolythus* . . . k-am portans, in quam diaconus . . . libamen vini . . . infundat. GALB. Karol. 62 p. 594,42 -am, scilicet argenteum vas vinarium, . . . accepisse. *al.* **2** *techn. i. q. vas fistulatum – röhrenartiges Gefäß:* GLOSS. Roger. III p. 294,6 fac bullire in -a posita in aqua bullienti. ANON. secret. p. 83 -a retroversa. Ps. GERH. CREM. sal. II 15 -am grossam. Ps. CALID. lap. p. 402 cum artificiosa -a ferrea. THADD. FLORENT. cons. 183,14 cannutum . . . -e serpentis. GEBER. clar. 1,28 accipe mercurium et pone in canello -e. *al. v. et p. 172,38.* **3** *usu communi i. q. cantharus – Kanne, Krug:* CARM. Bur. A 174,22,2 p. 235 -a pluit mustum. *meton. de mensura quadam quantitatis (cf. Dt. Rechtswb. VI. p. 1097):* REGISTR. Pant. Col. 17,98 (c. 1225) IV k-e butthiri, aliquando amplius, aliquando minus, . . . conferuntur. **C** *species quaedam concharum – eine Muschelart:* ALBERT. M. animal. 4,35 quod *(ostreum)* vocatur -a propter suae concae similitudinem ad -am. 4,38 quod *(animal)* dicitur coine et hoc puto esse -am. *ibid. al.* *Erb*

***cannabacius** (cana-, -neva-, -apa-, -ava-, -ati-), -a, -um. **1** *adi.:* **a** *ex cannabi confectus – aus Hanf hergestellt:* INSTIT. regal. 2 (MGScript. XXX p. 1452,3; s. XI.in.) gentes . . . debent esse adecimate de . . . pannis laneis et lineis, canevaciis *(an subst.?)*, stagno. 16 (ibid. p. 1457,8) caligas canevacias. IORDAN. RUFF. equ. 6,59 p. 107,8 canna una panni grossi et fortis canapacii. **b** *qui cannabini coloris est – hanffarbig:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 127,10 alii *(girofalci)* sunt medii inter album et griseum, ab aliquibus dicuntur -vacii. p. 127, 21.30. **2** *subst. masc. vel neutr.:* *pannus cannabinus – Hanfgewebe:* ACTA imp. Winkelm. I 1003 p. 765,40 (c. 1278) pro singulis centum libris . . . de -patio est necessarius tarenus unus.

***cannabaria** (cha-, cana-, -aver-, -ber-, -ra), -ae *f. usu attrib.: l. 17.*

1 *ager cannabi consitus – Hanfpflanzung, -feld (cf. Lamprecht, Wirtschaftsleben. II. p. 64):* CHART. Rhen. med. I 135,24 p. 156,4 (a. 893) quod unusquisque solvit minus modios II, eo quod canaveras non habent (gloss. Caes. Heist.: quid sint canavere, ignovimus). CHART. Laus. 443 p. 382,25 (c. 1200) unum denarium de chanaveria. 452 plantare canaveriam. 459 p. 396,5 fecit canaberiam. *ibid. al.* **2** *herba sanctae Kunigundis – Wasserdost, Kunigundenkraut (Eupatorium cannabinum L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 354sqq.):* TRACT. de aegr. cur. p. 153,32 accipe . . . -am herbam. p.195,48 fac unguentum de -a. ALPHITA II p. 30,7 cana-a similis est in foliis canabo.

***cannabicus** (cana-), -a, -um. *ex cannabi confectus – aus Hanf hergestellt:* WALTH. AGIL. med. 7 p. 101,25 intingere stupas canabicas in albuminibus ovorum.

cannabinus (cana-, -api-, -avi-), -a, -um *vel* ***cannabineus,** -a, -um. (καννάβινος)

1 *adi.:* *ex cannabi confectus – aus Hanf hergestellt* (*cf.* GLOSS. IV 227,8 St.-S. -vineus hanafiner): HRABAN. martyr. p. 1145c -nis funibus ([*inde* NOTKER. BALB. martyr. p. 1083c -eis f.]. RICHER. SENON. gest. 1,22 p. 267,39 canabinis). HILDEG. phys. 1,55 canabineum pannum (4,25. 7,11. ALBERT. M. animal. 22,32). 8,17 (cod. G p. 529,14) forti -ea zona circa se liget *pannum.* MARC. GRAEC. ign. app. p. 127 in linoleo . . . nucum aut -num *(sic?).* *per compar.:* CHRON. Noval. 3,21 p. 103,52 confregebat ossa, quasi quis confringeret -na stipula. REIN. LEOD. inept. 1 p. 595,4 vitam . . . Eucherii . . . grossiore et quasi canabineo telam orditus est stamine. **2** *subst. fem.:* *ager cannabi consitus – Hanfpflanzung, -feld:* GREG. CAT. chron. I p. 246,10 tenet . . . canapinas in circuitu . . . castelli. II p. 183,14 concessit . . . canapineam. ANNAL. Ceccan. a. 1196 (MGScript. XIX p. 293,11) qui *(papiliones)* permanebant in -pinis.

cannabis (cana-), -is *f. vel* **cannabus,** -i *m. vel* **cannaba,** -ae *f. vel* **cannabum,** -i *n.* (κάνναβις) *script.:* ha-: *l. 60. adde* GLOSS. III 241,29 St.-S. hannaue. ka-: GLOSS. III 573, 37 St.-S. kanape *(cod. e).* cha-: *l. 66. adde* GLOSS. IV 168,21 St.-S. chanabum. con-: GLOSS. III 513,47 St.-S. coniua (519,13). *al.* -neb-, -nev-: GLOSS. IV 357,21 St.-S. canebus. CHART. Ticin. 32 p. 73,36 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. I. 1929) canevi. *al.* -nip-, -nin-, -niv-: *l. 60. p. 171, 10. al.* -nop-: *l. 61. p. 171,5. adde* GLOSS. III 375,53 St.-S. canops. *al.* -nu(a): *p. 171,18. adde* GLOSS. III 331,56 St.-S. canua. -af(a): *p. 171,22. adde* GLOSS. III 679,57 St.-S. cannafa . . . vel canniva hanif. -ap(is): *p. 171,4.9sqq.29. saepe.* -av(is): *l. 43.60. p. 171,2. saepe.* -avium: GLOSS. IV 198,18 St.-S. -iperus: GLOSS. IV 363,25 St.-S. caniperus *(v. notam ed.). form. nom. sg.:* -e: *l. 43.60.* -aps, -ops: *l. 49.67. al.*

I *planta utilis (sc. ex familia Cannabacearum) – Hanf (Cannabis sativa L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 775sqq.):* **A** *de planta (plerumque de filo vel semine; de planta viridi: l. 64.70sq. al.):* **1** *gener. (cf.* GLOSS. III 269,8 St.-S. -us vel -iva hanif. 276,45 hannave. 324,44 canina. 358,22 canopis. *saepe. v. et vol. I. p. 407,22sq.):* BENZO ad Heinr. 4,13 p. 647,9 disrumpetur -ae funiculus. THEOPH. sched. 1,19 cooperiantur *tabulae* cum panno . . . canabi. HERBORD. Ott. 2,41 p. 745,49 cum canapo et papavere et cuncti generis legumine. CHART. Walkenr. 71 p. 63,27 quaecunque infra septa . . . excoluntur ut chanabum. ALPHITA I p. 281,44 canaps, canabis idem. ALBERT. M. animal. 7,35 aves . . . comedunt . . . semen papaveris et canabi. veget. 6,462. *saepe.* **2** *pharm.:* PULVIS contra febr. p. 23,21 canape sem. ÷ I. RECEPT. Sangall. I 140 teris folia -pi *eqs.* HILDEG. caus. 2 p. 130, 4 pannum de canabo . . . in cera intingat. phys. 1,11 -um in aqua coquat. fragm. 44 ligamine de canabo desuper ligetur

[Pape]

draguncula. al. **3** *iur.:* **a** *de tributis, decimis sim.:* CAPIT. reg. Franc. 32,62 quid de . . . canava . . . habuerint, . . . notum faciant. GREG. CAT. chron. I p. 274,14 solvere . . . mattum canapę I. CONST. I 447,13 ut . . . decem cum XII funibus de canapo (cano- 5) solidos . . . impendant. CHART. Naumb. 391 p. 350,23 dat . . . I scheplum canabi. CHART. Laus. 151 duas partes decime canapis (CHART. Sangall. B 327 p. 253,35. *al.*). CHART. Rhen. med. III 1377 p. 993,13 linum et canapum mundare. REGISTR. Baiuv. A p. 280,12 olei . . . canipi IX libras. **b** *de teloneo sim.:* TRAD. Udalr. August. 2 (a. 1031) currus . . . grani canapi quilibet saccus IIII den. CHART. Argent. I 616,55 theloneum . . . de canapo. CHART. Bern. II 281 p. 307,14 pro tela de canabo obulus datur. RYCCARD. chron. a. 1232 p. 183,10 (decret.). **c** *de mercatu:* ACTA imp. Winkelm. I 793 (a. 1231) -pem totam emant *officiales*, que deferetur ad terram *eqs.* **B** *de rebus ex -i confectis:* **1** *filum vel funis cannabinus – Hanfgarn, Hanfschnur, -strick:* VITA Elig. 2,13 canuam, cum quo camelum . . . ducere consueverat. LIUTPR. antap. 1,26 (vs.) torta . . . captare siluros -e *(cf. Pers. 5,146)*. IOH. CANAP. Adalb. 8 torta canape (canabe *sim. var. l.*) ora strictus incessit *equus*. CHART. Wirt. I 108 p. 124,29 x haspas de canafo. *al.* **2** *pannus cannabinus – Hanfgewebe:* AMARC. serm. 2,496 vestiri . . . vulgari canabe. HILDEG. in reg. Bened. (PL 197,1062C) sagum . . . de grosso lino aut de canabe factum.

II -is agrestis, silvatica *i. q. hydropitia – Hanf-Stockmalve (Althaea cannabina L., cf. André, Lex. bot. p. 68):* RECEPT. Sangall. II 39 herba -pi salvatici cum axungia trita inponis. TRACT. de caus. mul. 16 canape agreste . . . teris.

cannabus *v.* cannabis, hanappus. **cannale** *v.* 1. canalis.

1. cannalis, -e. **1** *adi.: arundineus – aus Schilf, Schilf-:* GISLEB. ELN. inc. 1,30 raptis fomentis -bus in tegumentis . . . inestuat ignis. **2** *subst.: culmus cannae – Schilfstengel:* ALBERT. M. animal. 14,63 quae *(alae)* sunt compositae ex pennis sicut paries ex -bus ita, quod canna sit iuxta cannam *eqs.* *Pape*

2. cannalis *v.* 1. canalis. **cannapa** *v.* canaba.

***cannapatius** *v.* *cannabacius.

cannapis, -um *v.* cannabis.

***cannata** (kantada), -ae *f.* (canna, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 208) cantharus – Kanne, Krug (cf.* GLOSS. III 643,2 St.-S. kantada channa. 643,55 canna<ta ?>s chan-natun): AGNELL. lib. pont. 144 p. 372,37 obtulit . . . -as ex eo *(crystallo)*. WILH. HIRS. const. 1,15 p. 946C vasis, quod vulgo -a dicitur. *cf.* *canneta, cannetum *p. 172,31.34.*

***cannavacius** *sim. v.* cannab-. ***cannella** *v.* *cannellus.

***cannellatus** (cane-), -a, -um. *fistulatus – röhrenförmig:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 368C est cinnamum . . . cane-um, odoriferum. ALPHITA I p. 316,40 est aliud *sulphur* extinctum seu -um (II p. 180,13 cane-um).

***cannellus** (cane-, -ni(l)l-), -i *m. vel rarius* ***cannella,** -ae *f. vel* ***cannellum,** -i *n. (cf. ital.* cannella, cannello *a* canna, *v. S. Battaglia, Grande Dizionario della lingua italiana. II. 1962. p. 638sq.)*

I *strictius i. q. fistula parva – Röhrchen:* **A** *chirurg.:* **1** *canaliculus – Kanüle:* ROGER. SALERN. chirurg. 1,393 canellum aliquem subtilem ferreum vel eneum ad barbulam *(sc. sagittae)* unam apponimus *eqs.* (WILH. CONG. chirurg. 926 per canellum f. vel ligneum. *al.*). 1,660 per . . . canellum ferrum candens immittatur. 3,480sqq. preparetur -us de sambuco ad modum vulneris intestini . . .; canellus . . . ita locetur, ut per ipsum superfluitas intestini valeat transire *eqs.* IOH. IAMAT. chirurg. 1,10 canellam sine dolore . . . immittere. GLOSS. Roger. I A 1,27 p. 568,40 sit . . . canellus de trachea arteria alicuius animalis. BRUNUS LONG. chirurg. 2,9 p. 126A canellum aeneum vel argenteum. IORDAN. RUFF. equ. 6,7 p. 33,16 accipiatur -us unus de canna grossiori. *saepe.* **2** *ferula fistulata – röhrenförmige Schiene:* GLOSS. Roger. III p. 280,51 cum quibus *(fasciis)* ligetur totum cum canellis et virgula. **B** *anat. i. q. canalis, ductus – Kanal, Gang:* WILH. SALIC. chirurg. 4,1 p. 16,9 circa finem canillarum nasi velamen durum . . . perforatur. **C** *techn. i. q. tubulus ad liquorem de vase diffundendum aptus – Abflußrohr (eines Gefäßes):* Ps. AVIC. anim. 6,2 p. 193 videbis . . . currere vinum per -am dolii. GEBER. clar. 1,28 mercurium . . . pone in -o canne, et sit plenum -um de mercurio. *ibid. al.*

II *latius:* **A** *bot. i. q. cortex fruticis cinnami exsiccata et fistulata – getrocknete, röhrenförmig gerollte Zimtrinde:* TRACT. de aegr. cur. p. 140,39 rec(ipe) cinnamomum, id est minutissima canella. GLOSS. Roger. III 353 pul(veris) gallarum et canelle. ANNAL. Ianuens. II p. 49,13 sportulam unam cum pauco canelle. **B** *usu vario:* **1** *?poculum parvum – ?kleiner Becher:* CHART. Tirol. notar. I 805 (a. 1237) dixit, quod haberet duos canilas de stagno. **2** *?filum – ?Faden:* MAPPAE CLAVIC. 141 gluten de canilis *(i.* canalis *J. Svennung, Compos. Luc. 1941. p. 87)* chrisoclabi (*item* 218).

cannes *v.* caro.

***canneta** (cane-), -ae *f.* (*cf.* *cannata) *cantharus – Kanne, Krug:* GLOSS. III 228,31 St.-S. cantarus vel caneta channa. 268,67.

cannetum (cha-, cane-, -nat-), -i *n. arundinetum, locus arundinosus – Schilf, Rohr, Röhricht:* DIPL. Karoli M. 80 p. 115,9 via publica . . . per canetum usque ad pirum agrestem. 243 p. 342,4 cum . . . salectis, -is, aquis *(item in pertinentiis:* DIPL. Otton. I. 262 p. 374,32 cacinetis [*v. notam ed.*]. DIPL. Heinr. II. 400 p. 514,39 olivetis, -is, molendinis. *al.)*. CHART. Ital. Ficker 39 p. 58,33 quinta petia terra, que est mosa et caneto. NIVARD. Ysengr. 5,847 stridula sic urgente notho -a queruntur. ACTA imp. Winkelm. I 82 ut . . . monasterium . . . ortum et -um . . . habeat. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 54,25 nidificabunt *airones* potius in -is inviis et limosis super cannas. 5 p. 165,12. GESTA Hort. Mar. 37 p. 593,16 mittuntur . . . servi ad . . . channeta (channa- *cod.*) et arundineta succidenda. *al. fort. huc spectat:* GESTA Hort. Mar. 37 p. 592,39 stagnum . . . herbas . . . subaquosas -ate et arundinete germinans. *cf.* *cammitum.

***cannina,** -ae *f. (arab.* qinnina, *cf. Siggel, Arab.-dt. Wb. d. Stoffe. p. 99) ampulla collo latiore praedita – Ampulle mit weitem Hals:* ANON. secret. p. 48,37sqq. -ae sunt quaedam ampullae, quae debent esse in canna reversa, et istae occidunt spiritus sublimatos; . . . quod -ae debent alas habere, a quibus capiantur. p. 83.

***cannita** (cani-), -ae *f.* (canna) *avena – (Rohr-)Flöte:* GLOSS. IV 42,50 St.-S. canita swegala (169,42).

canniva *v.* cannabis. **cannon** *sim. v.* canon.

cannula, -ae *f.* **1** *de planta i. q. arundo, calamus – Schilf, Rohr:* DONIZO Mathild. 2,861 *(per compar.)* rector tremulus quasi -a vento. **2** *de rebus ex -is confectis:* **a** *canaliculus arundineus – Schilfröhrchen:* WILH. SALIC. chirurg. 1,21 p. 310G ut ingrediatur uvula in extremitate -ae. **b** *avena – (Rohr-)Flöte:* CARM. Cantabr. 30,2 clare conspirent -e. 30,9 cane -is creatorem. HIER. MOR. mus. 2 p. 12,10 dicitur *hydraula* . . . ab hydor . . . et aule graece, quod est -a vel tibia. **c** *scapus (sagittae) – (Pfeil-)Schaft:* WILH. SALIC. chirurg. 2,3 p. 328E quod inter -am sagittae et circumferentiam vulneris ingrediatur oleum. **3** *de rebus -arum similibus:* **a** *caulis pennae (vel plumae) – (Flaum-)Federkiel:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 94,14 plume habent -as radicales. p. 94,24 inter -as plumarum et inter cannas pennarum sunt intervalla spatiosa. *al.* BRUNUS LONG. chirurg. 2,14 ut accipiatur *formica (sc. tumor)* de -a pennae anseris aut vulturis fortis aut ferri vel aeris. WILH. SALIC. chirurg. 2,3 p. 329A pone in utraque barbula -am aenulam aut -am pennae anseris. **b** *canaliculus – Kanüle:* WALTH. AGIL. med. 69 p. 175,28 cissuram parvam facit et in ea ponit -am. BRUNUS LONG. chirurg. 2,3,9 p. 122D intromittatur -a ferrea vel aerea usque ad propinquitatem gutturis; deinde ferrum ignitum per concavitatem illius -ae intromitte (WILH. SALIC. chirurg. 1,17 p. 308H cum cauterio punctuali posito per -am aeream aut ligneam). *al. v. et l. 59. acumen fistulatum infundibuli – röhrenförmiges Ansatzstück des Trichters:* BRUNUS LONG. chirurg. 2,3,9 p. 122D modus suffumigationis est, ut accipiatur fumus per -am emboti. **c** *de vasis nutriciis corporis i. q. canalis, ductus – Kanal, Gang:* ALBERT. M. animal. 26,1 sanguinem . . . haben-

[Rudolph]

tia *animalia* nutriuntur longis quibusdam can⟨n⟩ulis per modum linearum in membris extensis.

***cannutum,** -i *n. vel* ***cannuta,** -ae *f.* (canna; *sed cf. l. 10*) **1** *tubulus ad liquorem de vase diffundendum aptus – Abflußrohr (eines Gefäßes):* THADD. FLORENT. cons. 183,12 habeat *vas* -um longum sicut brachium vel plus, cuius unum caput recipiat -um distillatorii, aliud . . . recipiatur a -o serpentis. 183,14.30. **2** *vas vel fornax alchimistarum – Alchimistengefäß, -ofen:* ANON. secret. p. 49,14 posuerunt eas *species* . . . in ignem cuiusdam vasis, quod vocatur -a *(vocem arab. subesse ci. Ruska, ed. p. 43)*, quod dicitur fornax rotunda. p. 83 vasa fusionis spirituum: . . . -um. *Rudolph*

cano, cecini, caniturum, -ere. *script.:* *praes.* ka-: *p. 174,22.* *perf.:* caec-: ALDH. ad Acirc. 11,34 *cod. P*^{3}. cecen-: *p. 174,63.* *form:* *praes.:* *inf.* -ire: *l. 35.* *indic.* -et: *l. 21.64.* *?perf.* canu(i): *p. 192,30.* *metr. et rhythm.:* cā-: *l. 21.* -ére: *l. 71. p. 174,17.*

I *proprie:* **A** *spectat ad voces anim.:* **1** *strictius i. q. cantare – singen:* **a** *subi. homines (angeli: l. 43):* **α** *gener.:* HRABAN. carm. 19,17 sic reor, ut sponsa ymnorum in carmine -it (-et *cod. a. corr.*). PURCH. Witig. 544 ut manus hostilis -ret cum voce iocantis: *'eqs.'* CARM. Cantabr. 27,5,4 puer et docta puella -unt (cantant *P*, pangunt *V*) ⟨tibi⟩ cantica pulchra. FROUM. carm. 32,39 si -rem multos dulci modulamine leudos. THIETM. chron. 4,75 p. 218,37 omnis laus in fine -itur. WIPO gest. 3 p. 20,24 clerici psallebant, laici -bant. LAMB. LEOD. Matth. I 2426 puellula . . . notulas et cetera cunis apta -ens. *al.* **β** *eccl.:* ALDH. ad Acirc. 10 p. 87,21 emptus Christo concelebrans -e (-a *K*) carmina mundus (EKKEH. IV. carm. Gall. tit. carmen barbaricum populo in laude sancti Galli -endum [cant(it)andum *var. l.*]. *al.*). LIBER diurn. 96 p. 126,7 ad . . . -endas laudes (HRABAN. epist. 33 p. 466,22 in dominica die . . . l. trium puerorum . . . -untur. *al. v. et p. 174,10*). ARBEO Corb. 45 ymnum -bant Deo (ERMENR. Har. 2 laudes et ymnos. *al.*). ORDO Rom. 15,2 -ire (-ere *var. l.*) de conceptione sanctae Mariae. CAPIT. reg. Franc. 170,81 ut psalmi quinque . . . ante horam primam . . . -antur (WALAHFR. Wett. 306. *al.*). LIBELL. de conv. Baiuv. 11 p. 12,19 licentiam . . . missam -endi (THIETM. chron. 6,87. DIPL. Heinr. III. 345. *saepe*). ORDO Rom. ant. p. 77^{a},17 diurnalem cursum . . . -unt *parentes*. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,253 tacto -it hęc modulamina plectro: *'eqs.'* CARM. Cantabr. 41,2 angelorum sacra -unt in excelsis agmina. THIETM. chron. 4,22 p. 158,7 'kirieleison' -unt (-ant *B a. corr.*). ANNAL. Pegav. a. 1109 p. 248,42 comitissa . . . angelico carmine gloriam . . . agno . . . -itura. CHART. Turg. III 313 p. 43,22 acta sunt hec . . . in dominica, qua -itur 'Invocavit'. *saepe.* **γ** *mus.:* AUREL. REOM. mus. 4 p. 33^{b},34 cantilenae vox, si recto -itur tramite, per ordinem discurrit pedum (16 p. 51^{b},19). REMIG. ALTISS. mus. p. 75^{b},9 qui *(Gothi)* minutissime -unt. SCHOL. enchir. 1 p. 183^{a},9 numerose est -ere longis brevibusque sonis ratas morulas metiri. p. 183^{b},2 sive tractim sive cursim -atur *cantio*. REGINO harm. inst. 6 p. 235^{a},34sqq. nonnulli, qui docte ac suaviter . . . -ere non possunt, sibi tamen aliquid insuaviter suave -unt. Ps. HUCBALD. ton. p. 213,11 quamvis . . . Deo magis placeat, qui corde quam qui voce -it. p. 227,31 os ignobiliter -ens. GUIDO ARET. form. 2 p. 86^{a} si . . . differentias nolueris sic cecinere *(sic ?)*. IOH. AFFLIG. mus. 24,13 *differentia secunda* a quibusdam stultis ad quartum -itur tonum. *al.* **b** *subi. bestiae:* **α** *de avibus i. q. sibilare, fritinnire, gemere – zwitschern, schlagen, gurren:* ALDH. ad Acirc. 33,3 non sum *(sc. acalantis)* spreta -endo: sic non cesso -ens *eqs.* CARM. Cantabr. 23,1,3 -unt . . . palumbes carmina cunctis. 23,4,2 per agros alauda -it (-et *V*) modulos. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 50,8 cum . . . aves proferant . . . voces . . . -endo aut sibilando. ALBERT. M. animal. 1,46 quaedam *(animalia)* . . . sunt musica -entia pulcro sono . . ., quaedam autem non -unt (*p. 488^{a},34* τὰ δ'ᾠδικά, τὰ δ'ἄνωδα). *de gallis i. q. cantum edere – krähen* (*cf.* GLOSS. III 90,16 St.-S. gallus -it krewit): CARM. var. II 15,10 prima gallus ante quam voce alta -ret *(v. notam ed.)*. ALBERT. M. animal. 23,115 nocte -ens se erigit *gallus*. **β** *de ranis i. q. coaxare – quaken:* CARM. Scot. I 9,1,10 -it garrula rana. *cf. p. 175,11.* **γ** *de asinis i. q. rudere – schreien, 'iahen':* ASINARIUS 66 sacciferi vox est feda -entis ya. **2** *latius:* **a** *cantando celebrare, laudare – (preisend) besingen, im Gesang preisen:* DIPL. Merov. I 39 p. 36,2 congregatio Deo -entes (HRABAN. carm. 34,29 Deum per psalmos rite -endo. *cf.* CAND. FULD. Eigil. II 17,66 ecclesia te sacra -it. *al.*). ERMENR. Sval. hymn. 5,3 ut nunc te *(sc. trinitatem)* -ere possimus perenniter. FROUM. carm. 20,19 tempus ut omne modis hunc *(principem)* -at *quisque* ymnisonis, ducamus laudes noctesque diesque -entes. *al.* **b** *cantando exprimere – durch Gesang ausdrücken:* WALAHFR. carm. 56,8 Suevia . . . comptis exilit odis gaudia magna -ens. **B** *spectat ad sonos instrumentorum sim.:* **1** *sonare, clangere – (er)klingen, (er)schallen, (er)tönen:* ALDH. epist. 4 p. 482,17 angelica cecinit melodia: *'eqs.'* (BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 733,5 -entibus angelorum melodiis). RHYTHM. 23, 4,3 usque ad terminos terre ceperit tuba -ere. FROUM. carm. 27,17 sonus . . . meus ceu bos -it et sus. *al.* **2** *(instrumento musico) sonum edere – (auf einem Musikinstrument) erschallen lassen, blasen (cf.* GLOSS. I 798,56 St.-S. cecinit plies. II 344,42 tubis -entes trumpum lutante. *al.):* **a** *in univ.:* PAULIN. AQUIL. carm. 12,10,1 kanendo (c- *var. l.*) venit fistula ingluvies. CONC. Karol. 44^{A} p. 477,21 receptui -ere. WALAHFR. carm. 4,2 non . . . ulla -it *(sc. campana ?)* sine dicta monente vicissim. CARM. Cantabr. 11,4^{a},6 incensi *milites* . . . tubis -unt (CHRON. rhythm. Austr. 662 large tuba -ere scit molendinator). 13,1^{a},4 cunctos plectro tibimet *(sc. Deo)* laudes dulce -entes serva. **b** *c. colore quodam i. q. ludo instrumentorum musicorum celebrare – musizierend preisen:* CARM. Cantabr. 30,8sq. -e corda, -e cordis, -e cannulis creatorem.

II *translate:* **A** *(carmine) componere, scribere, pangere – (in einer Dichtung) darstellen, (be)schreiben, dichten:* **1** *strictius:* HRABAN. carm. 18,4 ut patri carmina grata -am (CAND. FULD. Eigil. II prol. 1 hoc carmen cecinit Candidus). 18,55 sexies en denis cecini has versibus odas. THEGAN. Ludow. 44 p. 600,6 de quo *(Theseo)* poeta in libro sexto Aeneidos -it: *'eqs.'* WANDALB. martyr. concl. 7,1 sanctorum retuli -ens . . . certamina. RHYTHM. 115,1,1 ex novenis atque denis volo annis -ere, per quos luna . . . vagatur. FROUM. carm. 19,40 hoc cecini mihi . . . pariterque nepoti. METELL. Quir. 76,6 de quo *(quaestore)* tristia . . . cecini supra, -iturus adhuc sibi plura *eqs. al.* **2** *latius i. q. (carmine) celebrando referre, celebrare – (in einer Dichtung) preisend darstellen, preisen, feiern:* ALDH. virg. I 4 p. 232,4 *apium* artis molimen . . . catalectico versu . . . -isse. EINH. Karol. 29 p. 33,13 antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella -bantur (CARM. Cantabr. 6,2^{b},1 -amus carorum sotiorumque a.). POETA Saxo 5,120 vulgaria carmina . . . Pippinos . . . -unt (HROTSV. Mar. 890). HROTSV. asc. 150 quae *(Hrotsvitha)* laudando cecinit tua facta stupenda. *al. v. et l. 52.* *c. sensu facultatis:* HROTSV. Mar. 26sq. ut temptem laude te merita -ere, digne . . . quam totus non -it orbis. **B** *vaticinari, praedicere – prophezeien, voraussagen, ankündigen* (*cf.* GLOSS. IV 5,40 St.-S. cecinit forachundit): WALAHFR. Wett. 360 tibi ille *(Isaias)* -at, praesul sacrate, propheta: *'eqs.'* (HRABAN. carm. 16,97. OTTO FRISING. chron. 2,16 p. 86,6. *cf.* ALDH. virg. II 1690 de quo [*Christo*] iam dudum -erunt verba prophetae). Mamm. 2,20 excidii qui *(Iesus)* signa -ens. THEGAN. Ludow. 28 *(iron.)* sic . . . -erunt ei *(comiti)* domestici sui, ut aliquando pedem foris sepe ponere ausus non fuisset. *c. acc. dupl. vel acc. c. inf.:* RHYTHM. 145,6,4 pandere malum in terra universum propheta vaticinandum Isaias *(14,12sq.)* cecenet (cecenit *B2*). WALTH. SPIR. Christoph. II 4,224 quem *(Christum)* patris et famuli cecinit psalmodia David laudibus eximiis dignum. **C** *(sollemniter) pronuntiare, manifestare, clamare – (feierlich) kundtun, (ver)künden, vortragen:* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* VITA Sollemn. 7 (MGMer. VII p. 316,14) magna nobis organa hodie . . . -ent (-unt *var. l.*) auspicia. WALAHFR. Blaithm. 8 scriptura -it . . . pusillis: *'eqs.'* carm. 25^{a},1,1 gloriam nato cecinere Christo angeli. ERMOLD. Ludow. 3,510 haec . . . dicta -unt *legati:* *'eqs.'* (HRABAN. carm. 13,40 quorum [*patrum*] d. . . . pagina sacra -it). CHART. San-

gall. A 760 res, sicut ibidem -itur, illi concessimus (LAMB. mus. quadr. p. 271[a],29 s. prefati -unt versiculi). GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 396,9 bonae voluntatis homines, de quibus angelica -it multitudo dicens: *'eqs.'* METELL. Quir. 80, 17 praesul . . . montis libera iura -entis regis munere sedem . . . nactus. *al. pendet interr. indir.:* POETA Saxo 5,633 lucens epygramma -bat, aedem quis tantam condiderit. **b** *c. colore quodam:* **α** *precandi:* AMALAR. off. prooem. 17 quem *(hymnum evangelicum)* Christus cecinit . . . ante passionem suam. **β** *lamentandi:* IOH. CANAP. Adalb. 22 Willigisus veterem querimoniam -ens *(cf. Verg. georg. 1,378).* **2** *latius:* **a** *narrare, dicere – erzählen, sagen (cf.* GLOSS. II 47,48 St.-S. -atur gisaget vuirdit. 694,59 -it celit): WALAHFR. Wett. 833 cecinit (gloss. R: dixit) narrans ex ordine visum. ERMENR. Har. 6 quod *(miraculum)* ante tibi pollicitus sum -ere. EGBERT. fec. rat. 1,506 mendaci, dum vera -at, vix creditur ulli. **b** *affirmare – behaupten:* RATPERT. cas. 14 quae *(charta)* . . . loca . . . falsissime -bat ad episcopii partes . . . pertinere. **c** *definire – festlegen:* BEDA temp. rat. 20,35 cum vicesima nona secundum argumenti calculationem -atur (cantatur *K*). RHYTHM. 115,36,1 in kalendis Mai -it argumenti ratio fieri debere lunam. **d** *attestari – bezeugen:* BRUNO QUERF. fratr. 1 quem *(Benedictum)* finis -it . . . bene vixisse. **e** *significare – bezeichnen:* CARM. de litt. 15 nonaginta -it, quae sic Θ caput esse videtur. **f** *continere – enthalten:* VITA Karoli M. 2,7 p. 50,34 aliis . . . sciscitantibus, quid carte -rent.

subst. **canens,** -entis *m. qui canit, cantor – einer der singt, Sänger:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,3 consonantis -ium vocibus. HUCBALD. harm. inst. p. 108[a],29 hi *(phthongi)* . . . in usu fuere -bus. CONSUET. Marb. 148 (Spicil. Friburg. X. 1965) secundum paucitatem -ium. *al.* *Erb*

1. canon, -onis *m. (?f.: p. 176,15; ?n.: l. 39sq.)* (κανών) *script.:* ka-: ANAST. BIBL. epist. 5 p. 415,2. IOH. VIII. epist. A 188. 203 p. 163,21. *al. v. et l. 69.72. p. 177,11.* cha-: CONC. Merov. p. 6,9 *(var. l.).* p. 6,14. p. 118,16. *ibid. al. (v. ind.).* qua-: *l. 50.* canno-: CONC. Merov. p. 157,16. EPIST. Desid. Cad. 2,17. CAPIT. reg. Franc. 3,14 *cod. 1. al. form. acc. sg.* -n: *p. 176,46. 177,5. adde* HUCBALD. carm. 2,40. *metr.* cā-: *p. 176,24.*

I *proprie i. q. regula – Lineal:* ALBERT. M. anim. 1,2,12 p. 175[b],1 -n (*p. 411[a],6* κανών) . . ., quod regulam sonat, est id, per quod habetur iudicium de utroque *(sc. recto et obliquo).*

II *translate:* **A** *norma, regula, lex – Richtschnur, Regel, Norm, Gesetz (cf.* GLOSS. I 720,2 St.-S. -es kerihtida. II 343,36 -is rihti. IV 43,27 -es ewa): **1** *gener.:* **a** *strictius:* ALBERT. M. pol. 2,9[1] p. 183[a],35 non . . . securus -n (*p. 1272[b],7* κανών), id est regula vel lex, hominum voluntas. **b** *latius de ordine:* VITA Eptad. 1 (MGMer. III p. 186,29; s. VIII.[ex.]) cum . . . integritas morum qu-e etiam senatoriae vigeret dignitatis. **2** *eccl. i. q. lex ecclesiastica – Satzung kirchlichen Rechts, Kirchengesetz (sing. sensu plur.: p. 176,16.18.24; de re v. Hinschius, Kirchenrecht. III. p. 731):* **a** *strictius:* **α** *de legibus ex sacra scriptura sumptis:* EKKEH. IV. bened. I 19,62 verba decem (gloss.: -is evangelii). 55,17 evangelica (gloss.: -is deni) . . . verba. BERNOLD. CONST. libell. X 52 hi sunt aecclesiastici -es, qui sacerdotum proprie dicuntur, ut lex Moysi. *meton. de collectione:* CATAL. biblioth. Lehm. I 53 p. 258,19 (a. 835/42) -es ex veteri et novo testamento compositi. **β** *de legibus ab ecclesia latis (de decretis tam conciliorum vel synodorum [opp.* epistulae decretales: *l. 70. p. 176,3,* regula: *p. 176,16] quam patrum, pontificum Romanorum in corpore iuris canonici collectis; de decretali: p. 176,14):* CONC. Merov. p. 2,21 quod ecclesiastici -es et lex Romana constituit (CHART. Heinr. Leon. 89 p. 133,29 iuxta formam sanctorum -um et leges imperatorum. *al.*). p. 88,17 statuta -um. LEG. Wisig. 4,5,6 p. 204,13 iuxta -em Toletani concilii *(cf.* AGOB. epist. 3,12 de -bus . . . Gallicanis. NICOL. I. epist. 92 p. 538,2 Latinis k-bus inserti *-es Graeci. al.).* VITAE patr. Iur. 1,5 p. 135,4 extat . . . *Leonis* papae . . . inserta -bus epistola regularis. STEPH. EDD. Wilfr. 30 p. 225,1 *ab apostolico fastigio* normas sacrorum k-um in omnes Christi ecclesias . . . emanare cognosco (CAPIT. reg. Franc. 266 p. 289,17 in sacris -bus sancto spiritu dictatis. CHART. Bund. 240 sacri -es, quod adversus decretales constitutiones . . . fit, nullius momenti sanxerunt. *al.*). LEX Alam. 40 penitentiam . . . secundum -es agat. CONC. Karol. 6 p. 47,16 -um decreta. FORM. extrav. II 7 p. 556,1 constitutiones quatuor . . . conciliorum . . ., -es quoque synodorum. WILLIB. Bonif. 7 p. 39,2 -um sunt iura in Baguariis recuperata. CONC. Karol. 14 p. 88,1 apostolorum -um . . . quinquaginta capita (RATHER. epist. 16 p. 83,16 in -bus a., si tamen eos ut apocriphos non respuis. *al.*). CATAL. biblioth. Lehm. I 16 p. 79,15 liber -um (TRAD. Ratisb. 48. *al. cf.* NICOL. I. epist. 71 p. 395,5 codici. DECRET. Burch. praef. p. 539[B] corpus). IOH. VIII. epist. A 80 *Leone papa* kapitulo tricesimo quinto -um suorum iubente. DIPL. Otton. I. 335 p. 450,18 secundum . . . normam sanctę -is vivere. DIPL. Otton. III. 276 iuxta -um regulęque monachicę auctoritatem. RANGER. Anselm. 3316 iudice Guiberto . . . desipiunt -es. 6744 clerum corrigit ad -em. FUND. Hild. 2 lex -um. COD. Wang. Trident. 151 sciant se incidisse in -em sentencie late per . . . episcopum (SUMMA dict. Saxon. 7,1 p. 217,9 qui manus iniecerit in clericum, exconmunicatus est ipso iure . . ., et dicitur in iure -n l. s. GREG. IX. registr. 754. *al. cf.* CHRON. Reinh. a. 1198 p. 561,13 -em date s.). HEINR. WIRZ. cur. 519 legibus armata est et -e Roma. CONST. II 397, 10 excommunicati tam a -e quam ab homine. *persaepe. meton. de collectione:* CONC. Karol. 19[G],46 quae in -e scripta sunt. CAPIT. reg. Franc. 177,6 -n penitentialis. TRAD. Frising. 646 tradidi . . . -em I. THIETM. chron. 6,92 -es coram se poni . . . precipit. CATAL. thes. Germ. I 6,52 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) IX psalteria, IV -es. CONST. III 49, 5 que in -bus . . . sexagesima tertia distinctione, quorum . . . -um alter 'Ego Lodowicus' . . ., contine⟨n⟩tur. *al.* **b** *latius de ordine clericali (de re et fontibus v. J. Siegwart, SchweizZKirchengesch. 61. 1967. p. 197sqq.):* CONC. Karol. 21 p. 190,7 nullus . . . sacerdotum vel quicumque sub -e sunt constituti. p. 191,21 nullus sub ecclesiastico -e constitutus. **3** *medic. et alch. i. q. praeceptum, ratio – Methode, Verfahren:* BRUNUS LONG. chirurg. 1,3 p. 106[F] in curatione vulneris carnis quatuor -es requiruntur *eqs.* WILH. SALIC. chirurg. 1,37 p. 315[H] secundum regulam et -es tactos in capitulo de apostemate. ANON. miseric. 415 ad -em magisterii. *al.* **B** *de rebus norma quadam constantibus:* **1** *eccl.:* **a** *libri ab ecclesia recepti – von der Kirche als verbindlich anerkannte Schriften, (Schrift-)Kanon:* **α** *strictius de sacra scriptura:* ORDO Rom. 14,1 omnis scriptura sancti -is. CAPIT. reg. Franc. 117,12 ad praedicandum -em. FORM. Ratisb. III 37 ut suum -n iubeat corrigere. ROD. GLAB. hist. 3,27 in veteri ac novo -e. OTTO FRISING. chron. 3,15 p. 155,2 aliorum . . . apostolorum scripta . . . in -e non habentur. SALIMB. chron. p. 461,3 in biblia Hebraici -is. *al.* **β** *latius:* CONC. Merov. p. 133,29 licet libros Ambrosianos habeamus in -e *eqs. (aliter J. Siegwart, op. cit. p. 207).* **b** *liturg.:* **α** *actio, prex canonica – (Meß-)Kanon, eucharistisches Hochgebet (cf. J. Jungmann, Missarum sollemnia. II. 1952. p. 127sqq.):* AMALAR. off. 3,27,4 in medio -e, id est, cum dicitur 'Te igitur'. *ibid.:* finito -e, id est, ubi dicitur 'Per omnia saecula saeculorum'. WALAHFR. exord. 23 p. 502,10 -n . . . actio nominatur, quia ea est legitima et regularis sacramentorum confectio. ORDO Rom. 5,58 *praefationem et hymnum* dum expleverint, surgit solus pontifex et tacito intrat in -em. LIBER ordin. Rhenaug. p. 194,2 ad benedicendum *uvas* infra -em ante illum locum: 'Per quem hęc omnia'. MIRAC. Otton. Bamb. I 12 p. 914[b],15 nomen beati Ottonis in -e et in letaniis in cathalogo confessorum . . . recenseri. HONOR. AUGUST. gemm. 1,45 expansis manibus -em recitat. CHART. Wirt. III 833 ut . . . sacerdos . . . nostri, dum vixerimus, in -e memor⟨iam⟩ nominaliter agat. *saepe. apud Graecos:* WILBR. OLD. peregr. 1,32,3 Epiphanius, cuius memoria habetur in -e. **β** *divinum officium – Stundengebet (cf. J. Siegwart, op. cit. p. 207sq.):* VITA Sadalb. 17 (MGMer. V p. 59,29; s. IX.[in.]) die ac nocte praecepit psallendi -em (canorem *N*) . . . Deo personare. HARIULF. chron. 4,26 p. 247,14sq. de sancto Petro vel omnibus apostolis . . . nocturnalem et diur-

[Payr]

nalem -em excepto claustrali -e. **c** *'catalogus sanctorum' – 'Heiligenkanon':* NIVARD. Ysengr. 2,60 sanctorum multa . . . quę plebeius habet nomina nota -n. **d** *?episcopus – ?Bischof:* WILH. RUBRUQU. itin. p. 318,6 *Serkis* est maior sanctus inter eos, quem Greci dicunt fuisse '-n'. **2** *publ. i. q. pensio, census – Abgabe, Zins:* **a** *strictius i. q. pensio de fundis emphyteuticis, precariis sim. solvenda – (Erb-)Pachtzins:* LEG. Wisig. 10,1,11 qui terras ad -em accipit *eqs.* VITA Desid. Cad. 24 p. 581,23 quod vini anforas in dominico tunc pro -e esset inlaturus. CHART. Steph. Wirz. 197 p. 201,15 (a. 1173) census k-em quicumque . . . dare . . . neglexerit . . ., predio . . . carebit. CHART. Mog. B 84 p. 87,33 curiam . . . habuit in possessione ecclesie . . . pertinentem, quam . . . ad ipsum titulo hereditatis . . . derivaverat, unde fratribus . . . -em constitutum . . . annuatim solvere tenebatur. CHART. episc. Wirz. I 138 p. 128,1 statuimus . . . unumquodque *cubiculum mercimoniale* in -e LX denariorum. CHART. Traiect. 1309 p. 96,14 solvere . . . duas marchas . . . nomine firme sive census sive -is annui. *al.* **b** *latius:* CHART. Turic. 363 (a. 1209) ut . . . episcopi . . . -em sui accessus a plebano de Buschilche . . . pro sua iusticia requirant. CHART. episc. Wirz. I 362 p. 417,17 quicunque canonicus -em de oblatione sua . . . non solverit. p. 418,31 -em debitum. **3** *astron. i. q. tabula – Tabelle:* GERB. (?) astrolab. 1,2 p. 116,12 ad sciendos -es Ptolomaei (13,2. ANON. astrolab. p. 375,2 [πρόχειροι κανόνες *ed. in nota*]). ALBERT. M. epist. Dion. 11[G] p. 1026[a],20 -es, id est tabulas ad aequandum planetas, Philippi Aridei.

2. *canon *m.* *(arab.* qanūn *a gr.* κανών, *cf. Musik in Geschichte und Gegenwart. I. 1949/51. p. 598) species citharae – Trapezzither:* AEG. ZAM. mus. 15 p. 388[b] -n et medius -n et guitarra et rabr fuerunt postremo inventa.

***canonia,** -ae *f.* **1** *munus et praebenda canonici – Kanonikerstelle und -pfründe:* CHRON. Merseb. 4 p. 174,11 *episcopus* habebat ebdomadariam suae -ae (-cae *1.4*) in Magdeburg vicem sic annotatam, ut *eqs.* GESTA Trud. cont. I 13,1 aecclesia posuit eum sine -a, hoc est prebenda. ARNOLD. LUB. chron. 3,13 p. 157,9 per quem *(ducem)* . . . -am (-cam *var. l.*) Bremensem obtinuerat. CHART. Argent. I 378 p. 287,16 nullus in nostra ecclesia canonicus vel prebendarius recipiatur, qui alibi -am sive aliud beneficium ecclesiasticum habere dinoscitur. IV 177 p. 102,2 canonicatus vel -as. CHART. Gosl. II 209 p. 246,38 ius -e acquirit. CHART. Francof. 361 exhibuerunt ei -am ex morte Růdegeri . . . vacantem. CHART. Turic. XII 1757[b] frustrati . . . spe -e et provisionis. *al.* **2** *ecclesia et capitulum canonicorum (cathedralium vel conventualium) – (Hoch- oder Kollegiat-)Stift, (Dom- oder Stifts-)Kapitel:* CHRON. Merseb. 14 p. 188,8 in electionem acceptabilioris personae huius -ae (-cae *1*, ecclesiae canonicae *2.4.5*). GERHOH. Antichr. 1,48 miror . . . Romanos pontifices . . ., in qua potestate . . . episcopis abbatias vel -as (-cas *cod.*) subtrahant. CHART. Eichst. 16 p. 38,20 inter ecclesiam nostram et regularem -am Scamhoubet (14 p. 40,7). CHART. archiep. Magd. 397 p. 522,23 prepositurum et -am Seburgensis ecclesie instituimus.

canonica *v.* canonicus.

***canonicalis,** -e. *metr.* cā-: *l. 66.*

1 *canonici proprius, qui canonicorum est – einem Kanoniker eigen, Kanoniker- (de ordine s. Augustini: l. 68.70):* ANNAL. Lem. a. 848 (MGScript. II p. 251,4) -is habitus in monachalem habitum . . . mutatur. CHART. Epternac. 167 p. 260,11 in Epternaco sub -i norma enutritus monasterio. DIPL. Otton. II. 238 p. 267,6 quatinus omnes -es res sub nostri praecepti confirmatione reciperemus. DIPL. Loth. I. 3 p. 59,6 (ed. Th. Schieffer. 1966; spur.) in -e stipendium. GESTA Camer. 2,31 monasterium. TRAD. Monast. 36 prebendę. CARM. de defens. 71 (MG Lib. Lit. III p. 582) -em adnichilare chorum. FUND. Hild. 3 p. 943,10 religio. CONSUET. Marb. 236 (Spicil. Friburg. X. 1965) propositum. CHART. episc. Halb. 190 p. 160,20 vite. TRAD. Reichersb. 42 p. 298,16 obtulerunt filium . . . in servicium Domini in ordine -i ad altare sancti Michahelis. CHART. Lamb. Leod. 71 p. 116,12 oleum infirmorum . . . sicut ecclesie -es libere accipiant. FUND. Heinrichow. 1 p. 9,23 ubi primum -i sum sede . . . installatus. *saepe.* **2** *canonibus conveniens, canonicus – den Kanones gemäß, kanonisch:* ANNAL. Fuld. Altah. a. 899 p. 133,32 -i iudicio abiectus *est episcopus.* HIST. Walc. 40 p. 523,37 benedictione -i fultus. 42 ab electione -i. 67 p. 531,29 -i auctoritate . . . ventilato negotio (CHART. Port. 53 a. -i . . . menbris Christi prodesse).

***canonicatus,** -us *m.* **1** *munus et praebenda canonici – Kanonikerstelle und -pfründe:* WALTH. TER. Ioh. 5 p. 1142, 22 Autbertum Ambianensem -um ecclesiae Morinensis contra canonum sanxiones . . . adeptum. CHART. Friburg. 45 p. 32,18 episcopus . . . plebano -um . . . contulit et prebendam. INNOC. IV. registr. B 234 p. 201,28 quod vacationem -uum et prebendarum . . . per longa tempora expectarent. CHART. Turic. 944 (privil. papae) quibus de speciali mandato . . . Innocencii pape . . . -us in ipsis ecclesiis est collatus. CHART. cell. Paulin. 81 p. 90,22 Henricum in fraternitatem et -um ipsius ecclesiae recipere. ALEX. IV. registr. 454 episcopus . . . Petrum -u et prebenda . . . privavit. CHART. episc. Halb. 999 p. 229,135 providere . . . episcopo de -u. CONST. III 39 in -us honore. *al. v. et p. 177,41.* **2** *ecclesia cathedralis, capitulum, ecclesiae cathedralis – Hochstift, Domkapitel:* TRAD. Brixin. 160 (c. 1050/65) antistes suo privigno . . . in Brixinensi -u . . . prebendam . . . tradidit.

***canonico,** -atum, -are. *metr.* cā-: *l. 28.38.*

1 *trans. i. q. (aliquem) canonicum constituere, praebenda instruere – zum Kanoniker machen, mit einer Pfründe ausstatten:* EBERH. ALEM. labor. 346 est verbi novitas mihi dulcis, sic ego dico: hic solet affines -are suos. **2** *intrans. et medial. i. q. canonicum esse – Kanoniker sein:* CHART. Mog. B 85 p. 89,5 (a. 1175) dum ibi -ret *canonicus.* CHRON. rhythm. Col. 2,7 ducunt uxores publice, qui -antur.

adi. **canonicatus,** -a, -um. **1** *canonicalis, collegiatus – Kanoniker-, Kollegiat-:* CHART. Zoll. I 169 p. 62,13 (a. 1236) maioris ecclesie -e Spirensis. **2** *canonicus – kanonisch:* NICOL. BIBER. carm. 634 (ed. Th. Fischer. 1870) lex.

subst. **canonicatus,** -i *m.* *canonicus – Kanoniker:* MARB. RED. elog. 22 (MG Lib. Lit. III p. 695) bene nummati sunt ilico -i.

canonicus, -a, -um. (κανονικός) *script.:* ka-: DIPL. Karoli III. 124 p. 197,38. DIPL. Heinr. II. 151 p. 180,14. *al. v. et l. 57.* cha-: FORM. Bitur. 19 p. 179,5. CHART. Lub. II 25. canno-: CONC. Merov. p. 159,6. 215,15. CHART. Sangall. A 20. HIST. Lang. Goth. 7. ANNAL. Ianuens. I p. 43,14. *al.* -nun-: GERH. AUGUST. Udalr. I 28 p. 417,48. 418,2 *cod. 1.* -nec-: *l. 54. p. 179,26.* -nich(us): DIPL. Ludow. Germ. 42 p. 57,15. DIPL. Karoli III. 124 p. 197,38. CHART. Lub. II 25. *al.* *metr.* cā-: ERMOLD. Ludow. 3,508. GESTA Alber. 322. VITA Annon. III 1,4,4. 3,3,4. IUSTIN. Lippifl. 53. *al.*

I *eccl. i. q. ad canonem pertinens – kanonisch:* **A** *spectat ad leges ecclesiasticas:* **1** *strictius:* **a** *legem ecclesiasticam continens, qui canonum est – eine kirchenrechtliche Bestimmung enthaltend, kirchenrechtlich:* CONC. Merov. p. 147,1 -eca institutio admonet. LEG. Wisig. suppl. 3 p. 485,9 -a vestri coetus *(sc. synodi)* sententia (*cf.* CONC. Karol. app. 9[B] p. 848, 20 per . . . legem -am et mundanam). STEPH. EDD. Wilfr. 36 statuta k-a, quae ab apostolica sede missa sunt. CONC. Karol. 21,1 p. 190,7 definitiones. 37,42 -a regula servata. 50[D],11 p. 617,16 apostolicus sermo et -us ordo. 50[D],28 p. 630,32 leges divinae et iura -a (ALBERT. M. summ. theol. II 4,16,4 p. 217[a], 34 secundum i. -a et civilia. *al.*). DIPL. Loth. I. 8 (ed. Th. Schieffer. 1966) secundum auctoritatem -am atque regularem. THEGAN. Ludow. 20 p. 595,36 scripturam -am, quod apostolorum concilium nominatur. RATHER. epist. 26 p. 141,1 sanctione. p. 149,15 quę . . . -a feriuntur machera. DIPL. Conr. II. 41 p. 47,11 lectione. GREG. VII. registr. 2,50 p. 191,10 decreta. *saepe.* **b** *lege ecclesiastica constitutus, canonibus conveniens – durch kirchenrechtliche Bestimmung festgelegt, den Kanones gemäß:* **α** *de rebus:* BEDA hist. eccl. 5,22 p. 346,20 ad ritum paschae ac tonsurae -um. CONC. Karol. 19[G],38 excommunicatio. 36,22 sub custodia . . . -a. 37,7 penitentiae -ae sive regulari. 50[D], 17 iudicio. CAPIT. reg. Franc. 268 p. 294,39 -am et regalem vin-

[Payr]

dictam. 297,15 p. 438,41 tempus. NICOL. I. epist. 138,3 -us numerus et qualitas testium. DIPL. Karoli III. 119 electionem. RATHER. epist. 7 p. 42,22 invasorem . . . ecclesiae meae . . . coram apostolatu vestrae sedis ad certamen -um provoco. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 309,3 -a et legittima traditione. DIPL. Loth. III. 120 p. 196,25 examinatione. CHART. Raitenh. 174 emunitatem. CHART. Hall. I 136 quatenus . . . eam *(causam)* fine -o decidatis. ORD. canc. pap. 2,18 p. 51,2 prepeditus . . . -a prepeditione. *saepe. de epistolis commendaticiis (cf.* GLOSS. II 100,13 St.-S. -as epistulas rehtlicho urlouppoh): FORM. extrav. II 20 p. 563,10 presbytero . . . has dimissorias dedimus litteras, . . . ut his -is munitus apicibus . . . in vestra parrochia . . . degere liceat. FORM. Senon. II 13 in faciendis epistolis -is, quas mos Latinus formatas vocat. CONC. Karol. 61 p. 813,19 litteris. *al. remissius i. q. ecclesiasticus, clericalis – kirchlich, Kleriker-:* BONIF. epist. 78 p. 162,16 in defendendo -os gradus vel plebeos. CONC. Karol. 21,1 p. 190,11 ut nullus -ae deditus dicioni donum sancti spiritus pecunia . . . vendere . . . praesumat. **β** *de clericis (episcopo: l. 37sq.) i. q. ordinatione regulari ad clerum ecclesiae (cathedralis) pertinens, secundum canones ordinatus, ordinarius – dem festbestallten Klerus einer (Bischofs-)Kirche zugehörig, kanonisch eingesetzt, regulär (de vita communi: l. 32sqq.; de re v. H. Schaefer, Pfarrkirche und Stift. 1903. p. 85sqq.):* CONC. Merov. p. 69,2 presbyter adque diaconus, qui neque in civitate neque in parrochiis -ecus *(an subst.?)* esse dinuscitur, sed in villolis habitans in oraturiis . . . celebrat divina mysteria. p. 77,12 si qui clerici ministeria . . . agere . . . detractant . . ., inter reliquos -os clericos . . . nullatinus habeantur neque ex rebus ecclesiasticis cum -is stipendia . . . percipiant (CONC. Karol. 22[c],7 arma non praesumant portare nec laicum vestimentum ullus -us clericus. 38,23 -i clerici civitatum, qui in episcopiis conversantur, consideravimus, ut in claustris habitantes *eqs.* CAPIT. reg. Franc. 273,30 clericis -is ac villanis presbyteris. *al.*). p. 127,22 unus lectorum -orum suorum *(sc. archipresbyteri).* DIPL. Karoli M. 89 p. 129,33 episcopum. CONC. Karol. 50[D],46 p. 640,25 episcoporum et presbyterorum -orum iudicia declinantes. *de abbate:* BEDA hist. eccl. 4,4 p. 214,7 sub regula et abbate -o. **γ** *de locis i. q. sub dicione cleri episcopalis constitutus – vom bischöflichen Klerus verwaltet, Pfarr- (cf. Pöschl, Bischofsgut. I. 1908. p. 78):* DIPL. Karoli M. 253 p. 361,39 cum vicis -is quatuor *eqs.* IDO Libor. 17 in Conedralio vico -o. **2** *latius de congregatione clericorum vel sanctimonialium i. q. institutione canonum pro regula utens, canonicalis – kanonisch bzw. nach der Kanonikerregel lebend, Kanoniker- (de ordine s. Augustini: l. 61.69.72, Praemonstratensium: l. 62.72sqq.):* **a** *de clericis (sanctimonialibus: l. 51sq.) eorumque congregationibus:* CAPIT. reg. Franc. 35,32 ut abbates -i (*opp.* regulares) canones intelligant . . . et clerici -i secundum canones vivant. CONC. Karol. 35,34 ut abbatissae -ae et sanctimoniales -e secundum canones vivant. 37,40 in monasterio aut -o aut regulari (*cf.* DIPL. Otton. II. 95 p. 109,39 abbatias tam -as quam monachicas). 39[A],120 p. 399,23 qui clerici in congregatione -a constituti ecclesiastica accipere debeant stipendia (DIPL. Heinr. II. 81 -a sanctimonialium c. *al.*). 39[A],145 p. 420, 39 in collegio -o. DIPL. Loth. I. 90 p. 221,24 (ed. Th. Schieffer. 1966) certus numerus quatuor -orum sacerdot⟨um⟩. p. 222,2 ad stipendium fratrum -orum. DIPL. Heinr. II. 304[bis] p. 719,19 plebem. CONSUET. Marb. tit. (Spicil. Friburg. X. 1965) in societate -a. CHRON. Sigeb. cont. a. 1131 (MGScript. VI p. 450,37) ordo -us Premonstratensium et monasticus Cisterciensium . . . pietatis lumen . . . mundo ministrabant. *saepe.* **b** *de institutione, consuetudine sim.:* CAPIT. reg. Franc. 22,72 -e observantiae ordines. 22,73 qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus -am vitam (CONC. Karol. 24[A],44 p. 212,28 ubi tonsuratus est, ibi sub -a vel regulari maneat vita. BALTH. Fridol. 28 -am sanctimonialium v. DIPL. Loth. III. 55 p. 87,41 -am . . . v. secundum regulam sancti Augustini. *al.*). CONC. Karol. 34,6 secundum ordinem -um vel regularem vivere (CHART. Neocell. [Frising.] 2 p. 82,24 [QuellErörtBayerGesch. N. F. XIX. 1961] ut ordo -us secundum beati Augustini regulam et institutionem fratrum Premonstratensium . . . conservetur. *al.*). 39[A] prol. p. 313,24 in -a professione. 39[A],115 quod -a institutio . . . caeteris superemineat institutionibus. VITA Liutg. II 1,41 p. 109,19 sub -o habitu. VITA Rigob. 2 (MGMer. VII p. 63,4) non eis dabatur -us panis. DIPL. Otton. I. 82 p. 162,45 -am . . . regulam vertit ad monasticam vitam. *saepe.* **B** *spectat ad canonem scripturae i. q. ab ecclesia (inter scripta authentica) receptus, qui canonis sacrae scripturae est – von der Kirche (als verbindlich) anerkannt, zum Schriftkanon gehörig (accedente fort. hic illic sensu regulae fidei et morum, e. g. l. 18sqq.; cf.* GLOSS. I 527,52 St.-S. -as allihen. 787,2 ⟨-e) auctorales ort frumelih): **1** *strictius de sacra scriptura:* ALDH. virg. I 35 p. 278,24 -is scripturis . . . instruitur (CONC. Karol. 37,1 ut *episcopi* illas scripturas notissimas habeant, quae -ae appellantur. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 22,20 ut -i libri tantum legantur in ecclesia. 128,5 libri VII epistolarum -arum (THEOD. AMORB. comm. p. 30,5 -as . . . iccirco appellatas existimo *epistolas,* eo quod moralem . . . in se sensum contineant *eqs.*). AMALAR. ord. antiph. 72,1 contextus officiorum iuxta ordinem -um currit *eqs.* OTTO FRISING. chron. 2,47 p. 123,17 in Machabeis omnes -ae terminantur historiae. *al.* **2** *latius:* GREG. VII. registr. 2,55[a],17 quod . . . nullus . . . liber -us habeatur absque illius *(papae)* auctoritate. **C** *liturg. i. q. statutus, tempore vel modo statuto celebrandus – festgesetzt, feststehend, zu festgesetzter Zeit oder in feststehender Form zu feiern:* **1** *spectat ad canonem missae:* EMBOLIS Amalar. 60 *actionem* ille orationem -am nominat. **2** *spectat ad officium divinum (cf. L. Eisenhofer, Handbuch der katholischen Liturgik. II. 1938. p. 481sq.):* VITA Elig. 1,10 p. 678, 16 -um adimplere . . . cursum (THANGM. Bernw. 5 -um c. primae horae. *al.*). CONC. Karol. 22[c],8 ut per -as horas cursus in aecclesia debeat canere (39[A],134 p. 411,1 h. -as frequentare. MIRAC. Genes. Hier. 14 horis -is privatisque precibus insistens. STATUT. ord. Teut. p. 34,26 ad h. -as tam nocturnas quam diurnas. *al.*). BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 309,18 -ae Dei laudes. SIGEB. GEMBL. Lamb. 12 (MGMer. VI p. 396,17) vigilias. *al.*

II *usu vario i. q. regulae conveniens, regularis, rectus – der Regel entsprechend, gesetzmäßig, korrekt:* EPIST. var. I 41 p. 564,34 *prisci* multa aliter in eloquentia observasse dinoscuntur, quam moderna urbanitas -um esse adprobat. ANNAL. Quedl. p. 25,18 solis obscurationem non ex -o siderum cursu accidisse. BENZO ad Heinr. 3,26 p. 632,7 si . . . adhibetis k-um capipurgium. ALBERT. M. mot. animal. 2,2,5 p. 300[a],4 -us dicitur esse motus superior.

subst.: **I** *masc.:* **A** *clericus ordinatione regulari ad ecclesiam (cathedralem) pertinens, clericus saecularis – festbestallter Kleriker einer (Dom-)Kirche, Weltgeistlicher:* DIPL. Pipp. 4 in stipendiis monachorum vel -orum, qui ibidem gentiles ad christianitatem convertunt. CAPIT. reg. Franc. 21 monachi . . . et -i unusquisque psalteria tria *cantet.* 22,77 ut illi clerici, qui se fingunt . . . monachos esse et non sunt, . . . videtur . . . emendandos esse, ut vel veri monachi sint vel veri -i. 33,21 ut presbiteros ac caeteros -os, quos comites sui in ministeriis habent, . . . eos episcopis suis subiectos exhibeant. ALCUIN. epist. 258 quid cui conveniat personae, quid -is, quid monachis, quid tertio gradui, qui inter hos duos variatur, superiori gradu -is et inferiori monachis stantes. *al. v. et p. 179,26.* **B** *sodalis (capituli) ecclesiae cathedralis vel collegiatae – Mitglied eines Dom- oder Stiftskapitels, Kanoniker (cf.* ANSELM. LEOD. gest. 41 p. 213,27sq. -o, non clerico debetur claustrum; omnis enim -us clericus, non consequitur, ut omnis clericus -us *eqs.* SUMMA dict. Saxon 7,14 p. 248,20 conventualis ecclesia -orum secularium vel regularium): **1** *de -is secundum canones vel institutionem -orum Aquisgranensem viventibus (huc spectare possunt etiam nonnulla exempla supra allata, e. g. l. 52):* **a** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 102 p. 209,19 ut -i secundum canones, regulares secundum regulam vivant. CONC. Karol. 39[A] prol. p. 312,27 ut, quia -orum vita sparsim in sacris canonibus . . . erat indita . . ., ex eisdem sacris canonibus . . . institutionis formam . . . excerperent

[Payr]

(*cf.* ANNAL. Quedl. a. 816 Ludovicus . . . habuit synodum ibique constituit regulam -orum). 39A,115 quamquam . . . -is . . . liceat linum induere, carnibus vesci, dare et accipere proprias res. 39A,118 ut in congregandis -is modus . . . sit tenendus. 39A,131 ut horas -as -i religiose observent. 50D,37 abbates -orum. WALAHFR. exord. 32 p. 516,9 sunt etiam archipresbyteri in episcopiis -orum curam gerentes. CAPIT. reg. Franc. 257,14 ut -i infra dormitorium dormiant. THIETM. chron. 6,64 erat . . . -us habitu, sed monachus in . . . conversatione. COSMAS chron. 2,26 p. 119,13 inregulares et nomine tantum -i *eqs. persaepe.* **b** *de -is ecclesiae cathedralis* ('*Domherren*', *cf.* GLOSS. III 339,30 St.-S. matricularius -us tûmphapho): FORM. Sal. Lind. 2 p. 267,27 episcopo de monasterio illo . . . una cum turma plurima -orum. TRAD. Ratisb. 30 dedit . . . episcopus . . . una cum consensu . . . -orum . . . ęcclesiam. GERH. AUGUST. Udalr. I 28 p. 416,18 quod in potestate esset -orum eum *(episcopum)* eligere vel refutare. WIPO gest. 36 imperator archiepiscopatum Mediolanensem Ambrosio Mediolanensi -o dedit. ADAM gest. 2,69 p. 131,1 *Bescelinus* mensam -is . . . primus instituit. TRAD. Scheftl. 71 -us maioris ecclesie Frisinge. CHART. Brixin. 38 p. 45,5 cathedrales -i. CHART. Heinr. Leon. 89 p. 134,17 mansi vel villę -orum. CHART. Lamb. Leod. 84 p. 134,25 prebendam conferant . . . illis, qui dimidias habent prebendas, donec omnes sint -i integri. CHART. Babenb. 195 p. 273,1 magister Heinricus Pataviensis -us et plebanus in Probstorf. CHART. Lamb. Leod. 448 p. 544,11 *denarii* -is deservientibus in horis -is . . . exibentur. p. 544,12 -i foranei et alii residentes. 479 p. 584,20 si . . . episcopi seu aliqui prelati maioris Coloniensis ecclesie sacerdotes Leodiensis ecclesie sint -i et prebendas habeant in eadem, vicarios pro se statuere . . . poterunt. p. 584,33 -i . . . parve mense. *persaepe.* **c** *de -is ecclesiae collegiatae* ('*Chorherren*'): ALTFR. Liutg. 1,15 caenobium . . . -orum. DIPL. Ludow. Inf. 78 p. 216,24 -is in capella Radisponensis civitatis . . . Domino . . . famulantibus. DIPL. Otton. I. 427 *Epternacense monasterium* sic fuerat destructum, ut monachi inde expulsi et -i sint intromissi. DIPL. Heinr. II. 3 ut eadem abbatia . . . deferatur ad usum -orum, qui in . . . basilica sancti Iohannis Deo famulentur. DIPL. Conr. II. 201 p. 271,16 expulsis inde inreligiosis -is. DIPL. Heinr. III. 129 p. 161,32 ut . . . monasterium *Beronense* et -i eandem libertatem habeant quam cęteri regales. HIST. de exp. Frid. imp. p. 46,17 -um sancti Victoris Maguntię. CHART. episc. Hild. II 812 p. 411, 28sqq. licet in . . . ecclesia *sanctae Crucis*, in qua solum quindecim -orum numerus est statutus . . ., quilibet -orum ipsorum teneatur personaliter residere. CHART. Ger. Col. 135 p. 139, 16sqq. fructus . . . vinearum . . . dividantur inter -os emancipatos, qui . . . in choro fuerint presentes, sed quilibet -us scholaris medietatem habebit *eqs. saepe. de rege:* ORD. coron. imp. 17,7 a -is sancti Petri receptus in fratrem *rex* (*sim.* 18,7. 19,7). **2** *de -is secundum regulam s. Augustini (Praemonstratensium: l. 63sq.70sq.) viventibus* ('*Regulierte Chorherren*'): **a** *de -is ecclesiae cathedralis:* GERHOH. aedif. 25 (63) p. 172,21 *in Salzpurgensi ecclesia* pseudocanonicos . . . abstulit et regulares -os ibidem plantatos . . . excoquere coepit (HEINR. LETT. chron. 28,8 -os r. ibidem [*sc. Tarbete*] fieri disposuit et cathedralem ecclesiam suam illam esse decrevit). *al.* **b** *de -is ecclesiae collegiatae:* CONSUET. Marb. tit. (Spicil. Friburg. X. 1965) consuetudines -orum secundum regulam beati Augustini vivere proponentium (CHART. Sil. D I 67 [ed. H. Appelt. 1963] s. institutiones -orum regularium Arrowasiensis ecclesie b. A. r. professus. CHART. Babenb. 404 p. 250,24 -os regulares s. ordinem Premonstratensem et r. sancti A. *al.*). 233 claustrali -o. TRAD. Welt. 85 Hartuuico iteratorum hoc in loco -orum primicerio. OTTO SANBLAS. chron. 36 p. 55,15 sepulchri dominici. TRAD. Salisb.II 329 -us sancti Floriani. TRAD. Teg. 290a prepositus de Diezze et -us eius. FUND. Osterh. (MGScript. XV p. 1106,3) *Otto episcopus* secularibus -is exclusis locum Osterhoven albis -is mancipans Premonstratensem ordinem . . . induxit. BURCH. URSB. chron. p. 93,10 -i Urspergenses. *saepe.*

II *fem.:* **A** *de ecclesia collegiata:* **1** *spectat ad conventum i. q. ecclesia et capitulum canonicorum (cathedralium vel conventualium) – (Hoch- oder Kollegiat-) Stift, (Dom- oder Stifts-)Kapitel, Stiftskirche (de monasterio ordinis s. Augustini: l. 25sq.30.33; accedit ad sensum q. e. ecclesia plebalis – [Kollegiat-]Pfarrkirche: l. 17.34sqq.):* **a** *in univ. de ecclesia cum capitulo:* CONC. Karol. 60 p. 789,7 -am instituere. DIPL. Karoli III. 85 p. 138,17sq. in clericis . . . -ae aut in ipsa -a vel rebus ipsius -ae . . . violentiam . . . inferre. DIPL. Otton. I. 253 p. 362,24 ut sit ipsa -a cum -is ipsius loci sub magisterio . . . archidiaconi. CHART. Beron. 1 p. 65,9 cogitavi de quadam -a mea, que est in loco, que dicitur Peronis monasterium. CHART. Ticin. 191 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. III. 1943. p. 11, 11) nomine . . . predicte ecclesie et -e et tocius capituli. CHART. Sangall. B 303 p. 236,26 ut ecclesia sancti Iohannis . . . sit decetero plebis et -a. CHART. Tirol. 1162 p. 207,2 *mansum* tenere a -a Tridentina. CHART. Tirol. notar. II 471in. iudico -e ecclesie s. Marie scilicet wideme x libras. CHRON. Albr. a. 850 p. 735,25 fundavit . . . xv -as plebales. *al.* **b** *praevalente sensu capituli:* HUGO FLAV. chron. 1 p. 363,7 in nostra ecclesia . . . educatus et praebenda nostrae -ae perfruitus. DIPL. Heinr. II. 304bis p. 719,25 -am . . . ad co⟨mmune⟩m et regularem vitam redu⟨cent⟩es. TRAD. Frising. 1668b proximo ipsius intra -am heredi. VITA Otton. Bamb. III 1,29 abbatias . . . et regulares -as . . . inmutare. CATAL. Salisb. 67 (MGScript. XI p. 20b) renovare -am fratrum, fert uti norma patrum. *al.* **c** *praevalente sensu ecclesiae, domus canonicorum:* CONC. Karol. 60 p. 791,5 -am ad honorem sancti Thomae construximus. BERNOLD. CONST. chron. a. 1095 p. 463,29 monasterium clericorum, quod -am Romani cognominant, . . . construxit, in quo clericos secundum sancti Augustini regulam vivere professos congregavit (*cf.* TRAD. Salisb. II 44 ut regularis -a ibi construeretur). CHART. Bund. 370 actum in -a de Villa (877 p. 328,9 in -a maiori in domo . . . archipresbiteri. *al.*). CHART. Tirol. 1179 in Bouçano in curte -e plebis. CHART. Tirol. notar. II 527 transeuntes . . . clerici . . . per eundem plebanum recipiuntur in -a sua sive domo. SALIMB. chron. p. 526,27 campanile . . . inter maiorem ecclesiam et -am. *al.* **2** *spectat ad officium i. q. munus et praebenda canonici – Kanonikerstelle und -pfründe:* DIPL. Heinr. II. 291 p. 356,11 ambo germani unam simul -am tenere videntur. DIPL. Richenzae 3 p. 230,42 *Anselmi canonici filius* -am patris ab ęcclesia alienavit. GESTA Godefr. Trev. 1 p. 200,35 -as . . . venundare. HELM. chron. 45 p. 90,22 Thetmarus -a Bremensis ecclesiae investitus est. CHART. Lamb. Leod. 76 p. 121,23 *decem* -as viris decem litteratis . . . assignavi. CHART. Bern. I 5,113 nullus canonicus potest duas -as in una ecclesia vendicare. *al. v. et p. 177,34.37.* **3** *spectat ad institutionem i. q. regula canonicorum – Kanonikerregel:* DIPL. Heinr. III. 360 p. 490,23 *fratres* Frisinge sub -a constituti Deo serviunt. **B** *de sanctimonialibus secundum institutionem canonicorum viventibus i. q. canonissa – Stiftsdame, Kanonisse (cf. K. H. Schäfer, Die Kanonissenstifter. 1907):* CONC. Karol. 37,53 sanctimonialibus . . ., quae se -as vocant. CAPIT. reg. Franc. 138,3 regulam canonicorum et -arum. 196,53 monasteria sanctimonialium, tam monacharum quam -arum. EPITAPH. var. II 60,5 mansit sub sacro speciosa -a velo *eqs.* CHART. Mar. Magd. 9 p. 9,33 Waltsind -a et secunda prepositissa. GISLEB. MONT. chron. 16 p. 28,15 in divinis officiis . . . ipsi canonici sancti Germani cum -abus tenentur deservire. GERH. STED. annal. p. 200,6 collegium sanctimonalium -arum, ut vulgo dicitur, secularium. CHART. episc. Hild. II 399 -a et celeraria. CONR. MEND. Attal. p. 114,18 ad usum triginta -arum et quatuor canonicorum . . . ornavit *coenobium. al.* **C** *de septem epistolis, quae praeter s. Pauli epistolas sacrae scripturae canone continentur i. q. epistola catholica – kanonischer, katholischer Brief:* ALBERT. M. epist. Dion. 1A p. 868a,26 *Caio* Ioannes . . . evangelista tertiam suam -am scripsit (*sim.* ALEX. MIN. apoc. 2,1 p. 22,24). CONR. SAXO spec. 2 p. 23 in -a Iudae dicitur.

III *neutr.:* *quod canone (sacrae scripturae) continetur, canoni conveniens est – das im (Schrift-)Kanon Enthaltene,*

[*Payr*]

Kanonische: CAPIT. reg. Franc. 22,82 nova vel non -a . . . fingere et praedicare populo.

adv. **canonice.** *secundum canones – kanonisch, den Kanones gemäß:* **1** *strictius i. q. secundum institutionem canonum – nach kanonischer Vorschrift:* BEDA hist. eccl. 3,28 p. 195,16 -e ordinatus episcopus. FORM. Sangall. II 4 *episcopo* tantum -e, non autem serviliter . . . obtemperare. CONC. Karol. 37,40 presbyteros . . . -e degradatos. EPIST. Col. 6 p. 249,19 cum consensu cleri et plebis -e elegimus . . . archiepiscopum *(cf.* DIPL. Ludow. Inf. 15 p. 119,2 -e atque ecclesiastice . . . eligendi episcopum . . . facultatem. OTTO SANBLAS. chron. 13 p. 15,6 se -e, utpote a maiori et saniori parte, electum. *al.).* TRAD. Patav. 90 episcopus . . . regulariter atque -ae Pataviensi sedi . . . preesse cognoscitur. RATHER. epist. 7 p. 42,3 qui -e vocatus iudicium subterfugit. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 286,6 iniuste et non -e excommunicatum *regem.* a. 1078 p. 307,33 ut id iuridicialiter decretum -e peragaretur. BERNOLD. CONST. chron. a. 1093 p. 456,19 *pastorem* catholice atque -e consecrari fecere. CHART. Raitenh. 6 p. 10,29 quecumque bona . . . monasterium iuste et -e possidet. CHART. Stir. IV 209 miles . . . coram nobis . . . -e publicavit. *persaepe.* **2** *latius i. q. secundum institutionem canonicorum – nach der Kanonikerregel, als Kanoniker:* CONC. Karol. 38,25 magis -e quam monachice . . . conversari. 39^{A},122 in quibus *(locis)* socialiter -e Domino militatur. CAPIT. reg. Franc. 138,3 a canonicis sive a sanctimonialibus -e degentibus. 175,2 optio, utrum monastice an -e vivere velint. TRAD. Frising. 1322 fratrum ibidem in choro sanctae Mariae . . . -e deservientium. CHART. Turic. 303 p. 185,28 fratres secundum regulam beati Augustini . . . Deo . . . servientes et sancte ac -e viventes. *saepe.*

***canonizatio** (-isa-, -cio), -onis *f.* **1** *actio aliquem inter sanctos referendi, sanctum declarandi – Heiligsprechung, Kanonisation (cf. Hinschius, Kirchenrecht. IV. p. 249):* Ps. ADALB. BAMB. Heinr. 2,10 p. 813^{b},40 de -e sancti Heinrici . . ., quatenus in decalogo conscriberetur sanctorum. VITA Karoli M. 1,1 p. 21,29 *Karoli* gloriosa . . . -o a . . . predecessoribus nostris diu . . . affectata. TRANSL. Annon. 8 p. 517^{b},2 diem . . . translationis seu -is Annonis. ALBERT. M. sacram. 197 p. 128,36 -o est illorum, qui sunt in merito excellenti, quorum orationibus ecclesia potest adiuvari. summ. theol. II 8,32,2 p. 358^{b},45 in -e sanctorum, ubi per testimonia probantur miracula. MART. OPP. chron. p. 442,7 cum -cionis sue negocium per plures annos protraheretur, procuratori suo . . . per visum apparuit *Edviga.* SALIMB. chron. p. 21,21 -o . . . beati Francisci facta fuit a papa Gregorio. p. 502,13 reliquie . . . in reverentia haberi non debent . . . nec . . . alicuius ymago ad modum sancti . . . debet depingi, nisi prius ab ecclesia eius -o divulgetur. *al.* **2** *?approbatio ecclesiastica – ?kirchliche Approbation:* CONR. FAB. Gall. 15$^{med.}$ *papa* dignum eum *(Notkerum)* iudicavit -sacione catholica *(cf. l. 64sq.).*

canonizo (-so), -avi, -atum, -are.

I *comprobare, sancire – anerkennen, (ausdrücklich, feierlich) bestätigen, approbieren:* **A** *ecc.:* **1** *de statutis, scriptis sim.:* **a** *strictius:* BERNOLD. CONST. libell. III 3 p. 62,36 legati sedis apostolicae . . . principalium conciliorum sanctiones primaria subscriptione apostolica vice -bant. 4 p. 65,1 synodus Calcedonensis . . . provincialia concilia . . . -asse non dubitatur. MANEG. ad Gebeh. praef. p. 311,13 *libellus* ab illis pro autentico et iam iam -to . . . circumfertur. CONST. I 429,2 in -satis sanctorum festivitatibus. GERHOH. psalm. 64 p. 479,28 decisis inde *(sc. de edictis aulicis)* pravis et reliquis auctoritate apostolica -tis. EKKEH. V. Notker. 27 p. 584^{b},31 *papa* omnia -vit, videlicet hymnos, sequentias . . . omnesque cantilenas, quas fecerunt *Notkerus eiusque fratres.* ALBERT. STAD. annal. p. 330,15 papa Eugenius scripta eius *(Hildegardis)* -vit in concilio Treverensi. CHRON. Albr. a. 1049 p. 788,51 *in synodo* -ta fuit vita *Servatii.* a. 1234 p. 936,45 nova compilatio decretalium sub bulla domni pape -ta. CHART. Bern. II 492 p. 518,8 renunciaverunt . . . auctentico -to, quod incipit 'Hoc ius'. *al. de approbatione per testimonium sacrae scripturae facta:* EBERH. BAMB. epist. 14 p. 539^{C} ipse versiculus ab ipso Iesu Christo in cruce -tus. ELIAS SAL. mus. praef. p. 17^{a},13 in nativitate salvatoris nostri totus cantus et bona ars cantandi fuit -ta per hoc *eqs.* **b** *latius i. q. (canonice) constituere, praecipere – (kanonisch) verordnen, vorschreiben:* VITA Bonon. 12 (MGScript. XXX p. 1030,39; a. 1026/44) altare . . . consecravit, secundum quod papa Iohannes statuit atque -vit. BERNOLD. CONST. microl. 48 p. 1012^{D} nihil in hac editione temere -tum deprehendimus. **2** *de hominibus:* **a** *(in officio vel statu) canonice confirmare vel recipere – kanonisch (im Amt oder Stand) bestätigen oder einsetzen:* OTTO SANBLAS. chron. 13 p. 14,27 extant diverse . . . utriusque partis de hac causa epistole, suum queque pars electum -are cupiencium. CHART. Osn. II 39 p. 28,29 easdem moniales . . . sub regula sancti Benedicti cum debita sollempnitate -vimus. **b** *in sanctorum numerum referre, sanctum declarare – heiligsprechen, kanonisieren:* UDALSC. Conr. prol. p. 430,37 pro cuius *(Chunradi)* gloria . . . -anda cum sedis apostolicae praesentiam . . . interpellassem litteris. TRANSL. Godeh. 1 p. 641,50 cum consuetudo sit Romanae ecclesiae in generali concilio sanctos Dei -are. CHART. Sigeburg. 72 (ed. E. Wisplinghoff. 1964) quod . . . confessoris Annonis corpus . . . -remus et ipsum confessorem in sanctorum cathalogo poneremus. MIRAC. Otton. Bamb. I 12 p. 914^{b},13 ut . . . beatum Ottonem -tum . . . elevarent. RYCCARD. chron. a. 1228 p. 151, 32 Gregorius papa . . . vadit Ascisium, ubi fratrem Franciscum . . . propter duo . . . miracula . . . -vit. CHART. Turic. 1480 p. 195,9 Caroli ab . . . Gregorio papa nono sollempniter -ti. ANNAL. Rup. Salisb. II a. 1202 Chunigundis virgo et regina . . . ab Innocentio papa -ta est. SALIMB. chron. p. 36,20 *papa* -vit beatam Elysabeth. p. 72,17 beatus Dominicus necdum -tus erat. *saepe. iron.:* BERNH. GEIST. dial. p. 24 si nondum -satus nummus sit neque beatus, ipsi genuflectitur. **B** *publ.:* **1** *strictius:* DIPL. Loth. III. 56 p. 89,12 confirmationem imperiali nostra auctoritate -antes. CHART. Steph. Wirz. 12 p. 19,16 donaciones in . . . testamento conscriptas et pragmatica sanctione -satas. **2** *latius i. q. (aliquem) legitimum possessorem constituere – zum rechtmäßigen Besitzer machen:* CHART. Carinth. IV 2254 (a. 1243) predium sancti Viti, quo Iunensis ecclesia est dotata et eidem tradendo in allodium -ta.

II *in conventum canonicorum vel canonicarum recipere – als Kanoniker oder Kanonisse in ein Stift aufnehmen:* CHART. Mog. A 219 p. 135,23 (a. 976) filius cum patre non -etur. GENEAL. Wett. (MGScript. XXIII p. 229,13) tercia *filia* -ta est in Gerinrode.

canopeum *sim. v.* con-. **canop(i)s** *v.* cannabis.

Canopus, -i *f.* (Κάνωπος) *metr.* Cā-: *l.* 54.

de stella principali sideris q. d. Argo i. q. Κάνωπος – *Canopus:* EKKEH. IV. bened. I 7,49 ad facis huius *(sc. Christi)* opus stupuit demersa -us (gloss.: stella infra cęteras mersa in meridie). HONOR. AUGUST. imag. 1,135 est et -us sidus Aegypti praeclarum, quod a nobis minime videtur. *per errorem de polo antarctico:* SYLL. Sangall. app. 5,92 ast alius nostris subductus vultibus axis: -um Memphis nominat atque colit. *Payr*

canor, -oris *m.* **I** *proprie i. q. vox, sonus, cantus – Laut, Klang, Gesang:* **A** *latius:* **1** *gener.:* **a** *spectat ad anim.:* CONVERS. Afrae 7 nox . . . psalmorum -bus plena. ANNAL. Rod. a. 1141 p. 715,25 consuetudines . . . graves fuerunt . . . in cotidiano -e. CARM. Bur. B 74,4,8 -e, iubilo . . . nemus gloriatur. *al.* **b** *spectat ad instrumenta musica:* WALAHFR. imag. Tetr. 139 quae *(organa)* . . . inceptos servent si intacta -es. ASINARIUS 81 precinit . . . lira dulces citharista -es. **2** *mus.:* AUREL. REOM. mus. 19 p. 57^{b},26 habet . . . hic tonus -em huius responsorii. MUS. ENCHIR. 13 p. 165^{b},16 dicta . . . diaphonia, quod non uniformi -e constet, sed concentu concorditer dissono. Ps. HUCBALD. ton. p. 227,21 matutina laetitia elatiore -e celebranda. *al.* **B** *strictius i. q. sonoritas – Wohlklang:* **1** *spectat ad vocem:* WALAHFR. hort. 287 vocem raucisonam claro . . . redhibere -i (gloss. L: sonoritati vel serenitati). **2** *spectat ad versus:* HERM. AUGIENS. vit. 2 carmen . . . pange metro seu -e rithmico. GODEFR. VIT. Frid.

[Pope]

1076 metrico narrare -e. *expressius de metris consonantibus:* WARN. synod. praef. 5 rerum priscarum . . . editor, non veteri more, sed eas scribendo -e.

II *translate i. q. carmen – Lied:* WOLFHARD. Waldb. 1,8 concrepantibus . . . -um spiritualium euphoniis. GODEFR. VIT. Frid. 1206 hunc *(Wichmannum)* efferre volo laude, -e novo.

canorus, -a, -um. *form. abl. pl.* -bus: *l. 16.29.*

1 *clarus, argutus, sonorus – laut-, hell-, wohlklingend (cf.* GLOSS. I 78,18 St.-S. -a kingilonti. II 346,56 -a sancsuocziu. 634,13 -is sonoris lutreisigen. *al.):* **a** *spectat ad vocem, cantum anim.:* ALDH. virg. I 30 -a voce concrepans (HROTSV. Mar. 628). CAND. FULD. Eigil. II 12,48 quem *(abbatem)* omnis concordia fratrum . . . probat uno ore -o. CARM. Cantabr. 6,2[a],1 gutture -o . . . sonus redditur plurimarum faucium hominum, volucrum animantiumque. MIRAC. Pirmin. 16 sequentibus fratribus cum ymnis -bus. *al. ad canendum aptus – Sing-:* MUS. ENCHIR. 1 p. 152[a],14 -ae vocis (*opp.* vocis articulatae) phthongi . . . origines sunt. *gratus (auditu) – angenehm (zu hören):* RUP. TUIT. spir. 5,9 p. 1711[c] -ae promissiones terrae optimae. **b** *spectat ad instrumenta musica sim.:* WANDALB. martyr. hymn. 5,3 -is . . . sistris. CARM. Cantabr. 6,1[b],1 tibiarum -us redditur flatus. GUIDO ARET. reg. rhythm. 82 -a organa. ALBERT. M. animal. 22,17 ossa asini multum sunt -a. *al.*

2 *voce clara vel sonora praeditus – mit heller oder wohltönender Stimme ausgestattet:* WETT. Gall. prol. 22 sanctorum regem populo laudante -o. WALAHFR. carm. 72,4,1 volucris -ae (CARM. Bur. B 153,2,6). ERMOLD. Ludow. 1,197 avibus . . . -bus. SEDUL. SCOT. carm. 2,5,32 Musigenum turba -a ([*cf. Ov. fast. 6,671*]. CARM. de Frid. I. imp. 2367).

canp- *v.* camp-. ***cansonicus** *v.* *gampsonychus.

***cansor** *v.* *campsor.

***cantabia,** -ae *f. (e* Cantabrica *corruptum ut vid.) species convolvuli – Windenart (Convolvulus Cantabrica L., cf. André, Lex. bot. p. 69):* ALPHITA I p. 282,7 -a genus calis (cau- *var. l.*) albi.

cantabilis, -e. **1** *adi.:* **a** *strictius:* **α** *qui canitur, qui cani potest – einer der gesungen wird, singbar:* HUCBALD. carm. 2,146 carmen -e calvis. ELIS. SCHON. viar. 14 p. 108,19 canticum . . ., quod solis virginibus -e est. **β** *canorus – wohlklingend:* WOLBERO cant. praef. p. 1005[B] epithalamium. CARM. lyr. (ZDtAltert. 39. 1895. p. 361) nunc per voces *(organi)* medias . . . salias saltu nobili, manu mobili, . . . -i. **γ** *cantioni intentus – zum Singen geneigt:* RYCCARD. chron. a. 1189 p. 7,26 (vs.) virgines . . . voce -es ⟨modulata⟩. **b** *latius i. q. carmine dignus, praedicandus – zu besingen(d), rühmenswert:* HONOR. AUGUST. gemm. 2,10 -es erant Dei iustificationes ([*cf. Vulg. psalm. 118,54*]. ARNOLD. LUB. chron. 5,13 p. 188,20).

2 *subst. neutr.: cantus vocum – Vokalmusik:* REMIG. ALTISS. mus. p. 68[b],17 ᾠδικόν, id est -e, ᾠδή cantus *(cf. Mart. Cap. 9,936).*

cantabries, -ei *f. vel* ***cantabrities,** -ei *f. furfures, pityriasis – Kleiengrind, Pityriasis:* GLOSS. med. p. 14,9 -bries: est . . . cantabris vel squamarum similia corpuscula, quae superficie corporis surgentia delabuntur. DYASC. p. 91[a] medentur *fici* -tiem, quam Greci ptiriasin vocant, Latini scabrum. p. 172[a] -tiem . . . detergere. *al.* ALPHITA I p. 282,8 -bries (-bres *var. l.*) sive furfurisca, id est, cum a capite . . . resolvuntur squammae similes furfuribus *eqs.*

***cantabrosus,** -a, -um. *squamosus – schuppig:* DYASC. p. 164[b] reprobatur *styrax* . . . nigra, fragilis, -a.

cantabrum, -i *n. script.:* cat-: GLOSS. IV 168,58 St.-S. *ibid. al.* cana-: GLOSS. III 617,33 St.-S.

II 96,1 St.-S. -us aut uuinileod): NICOL. I. epist. 26 p. 293,15 tamquam sirenarum -us declinare studebimus. OTTO FRISING. gest. 1,18 in voces magnas et -us prorumpunt. EPIST. Mog. 22 p. 357,15 in -bus, quae *(sic?)* nisi usu audiendi discerni . . . nequeunt. ANNAL. Mell. a. 1260 -us ad suum libitum pro numero plagarum compositos decantantes *(sc. flagellantes)*. ALBERT. M. animal. 3,169 solent infantes in cunis moveri cum naeniis -bus mulierum. *al.* **b** *eccl.:* IONAS BOB. Columb. 2,11[capit.] de . . . -us angelicos. Ioh. 16 p. 339,21 concio fratrum ad orationem -osque peragendos ecleseam penetravit. AGIUS vita Hath. 6 nocturnales -us praevenire (CHRON. reg. a. 1052 -um nocturnalem de beato Gregorio . . . compositum). BERTH. (?) annal. praef. p. 268,7 -us . . . historiales plenarios . . . de sancto Georgio . . . composuit. LIBER ordin. Rhenaug. p. 146,2 -us processionis (*cf.* p. 199,15 processionali -u . . . finito). CONSUET. Marb. 180 (Spicil. Friburg. X. 1965) missam incipiens totum -um magis in directum legat quam cantare audeat *sacerdos*. EPIST. Reinh. 35 p. 36,3 qui *(confessores)* proprium -um habent. *al.* **2** *de canticis avium:* PAUL. ALBAR. carm. 9,128 rustro pipant dulces per gutture -os *volucres* (ALBERT. M. animal. 23,124 lucinia est avis . . . dulcibus -bus relevans et -u diem nuntians *eqs.*). HILDEG. phys. 6,32 secundum eventus illos *(sc. temporum)* . . . -us suos exprimit *psittacus*. ALBERT. M. animal. 1,47 calor . . . facit in eis *(animalibus)* -us iocunditatem. *al.* **B** *translate i. q. poema, versus – Gedicht, Vers:* HRABAN. carm. 10,4 carmina . . . tua dico meliora . . . -bus Ovidii. OTFR. ad Liutb. p. 166,35 ut aliquantulum huius -us lectionis ludum secularium vocum deleret. FROUM. carm. 20,39 lusimus omnigenis -bus et studiis. VITA Meinw. 160 insudare versibus . . . iocundisque -bus. CATAL. Eptern. II (MGScript. XXIII p. 34,13) monimenta plurima in . . . diversis historiarum -bus . . . dereliquit *Theofridus*. CARM. Bur. B 163,4,4 nec proferre poteris -bus nec prosa *eqs. al.* *Erb*

2. cantus (-thus), -i *m. vel raro* ***cantum**, -i *n.* *(orig. gall., cf. Corominas, Dicc. etim. castell. I. p. 643)* *script.* cha(n)t-: GLOSS. II 362,2 St.-S. chantum. IV 212,3 chatus. *form.:* *abl. sg.* -u: *l.* 50. *acc. pl.* -us: *l.* 51.

1 *curvatura rotae – Radreifen, Felge (cf.* GLOSS. III 646, 59 St.-S. -i felgun. 653,25 -a. *al. v. et l. 47):* ERMENR. ad Grim. 19 p. 557,9 *(in imag.)* haec . . . interserui, ut essent currus tui . . . -i. *v. et supra p. 121,1sqq.* **2** *rota – Rad (cf.* GLOSS. V 30,18 St.-S. -um vel napa radh): WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 24 p. 13 inversum retulit cum Nursia -thum *(v. notam ed.).* **3** *margo – Rand:* GLOSS. IV 238,14 St.-S. -us rampht. **4** *radius – Speiche:* GLOSS. III 645,55 St.-S. -i speichun *(a,* velge *d). ibid. al.* **5** *assis – Brett:* GLOSS. V 46,32 St.-S. -us i. bret mascul. generis. **6** *angulus – Winkel, Ecke:* VITA Elig. 2,16 p. 705,15 nullus christianus . . . in -u sedeat. LAUDES Veron. 4,2 (MGPoet. I p. 120) ubi quattuor in -us (-os *L*) magni instant fornices. *cf.* 2. *canto. *Pape*

canua *v.* cannabis.

***canuca**, -ae *f.* (*cf.* canutus, *canusella) *usu attrib.: l. 58.*

centunculus – Ruhrkraut, Schimmelkraut (Gnaphalium L. vel Filago L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 433 sqq. 727sqq.): ALBERT. M. veget. 1,138 quae *(planta)* habet partes valde siccas sicut -a herba. 1,179 quaedam *planta declinat* ad albedinem sicut -a. 6,326 -a (canna, carnica, cumica, canicta, canuta *var. l.*) est herba in sabulosis et sterilibus locis nascens et habet folia cana *eqs.* 6,453. *Rudolph*

canullus *v.* cancellus *p. 149,12.*

1. canus, -a, -um. *form.:* *?gen. pl.* -ium: *l.* 69. *?compar.* -nores: *l.* 71.

albidus – weißlich, (weiß)grau: **I** *adi.:* **A** *proprie (cf.* GLOSS. III 179,62 St.-S. -us grawer. *saepe):* **1** *de hominibus:* WIDUK. gest. 1,11 p. 19,14 -um caput meum. DIPL. Otton. I. 405 p. 552,18 Hildeprandus erat vętulus et plurimum -us (-ium *B*, plurimorum -ium *C*). WIPO gest. 30 p. 50,1 erant . . . -i et barbati propter horridum rigorem glaciei. CHRON. Ven. Alt. p. 93,18 et iuveniores et -nores senices. ALBERT. M. animal. 3,87 pilos non -os. *al.* *nom. propr.:* TRAD. Scheftl. 137 (a. 1165/70) Adelbertus Canus de Buoloch. CHART. Rhen. med. III 671 p. 513,10 Hermannus Canus miles. *ibid. al. (v. ind. s. v. 'Grawe').* *spectat ad vestimenta:* CARM. Bur. B 39,7,5 quidam *(monachi)* sunt -i et sensibus profani *eqs.* **2** *de bestiis:* ALBERT. M. animal. 3,96 quidam eorum *(spiriolorum)* quasi -i efficiuntur, quando senescunt. **3** *de rebus:* SEDUL. SCOT. carm. 2,7,65 iter arripimus brumali tempore -um. CHART. Hersf. 35 p. 63,11 velamen -a colore. NOTKER. BALB. gest. 1,15 p. 18,22 caseum . . . ex pinguedine -um. BERTH. ZWIF. chron. 10 p. 176,15 duas pelles, unam -am *eqs.* ALBERT. M. veget. 6,325 est cauda *equi* . . . herba aspera -a. *al. v. et p. 197,61.* **B** *translate:* **1** *vetustus, priscus – (ur)alt, einstig (cf.* GLOSS. I 78,12 St.-S. -a fornic. II 646,39 altiu): NOTKER. BALB. Gall. 1[1] p. 1104,5 -a . . . Tuscia. HROTSV. Agn. 73 -i retro tempora mundi. CHRON. Noval. 5,26 ut series -a narrat. *al.* **2** *decrepitus – altersschwach:* VITA Adalb. Wirz. 7 p. 30,29 -us enervitatem suam mundus ad deteriora vergendo indicat. **3** *maturus, sapiens – reif, weise:* THEOD. TREV. Liutr. 7,3 -a mens in tenella eluxit etatula. CHART. Turg. II 112 p. 381,8 -a sapientum virorum . . . providencia. **4** *praestans – vortrefflich:* NICOL. BIBER. carm. 134 (ed. Th. Fischer. 1870) aromata -a.

II *subst. masc. i. q. crines albidi – weißes oder graues Haar (cf.* GLOSS. IV 318,2 St.-S. -i grawelocci): **A** *proprie:* WALAHFR. Wett. 869 venerandos . . . -os. TRACT. de aegr. cur. p. 265,4 pillule laxative . . . -os intempestivos fieri non sinunt. *al.* **B** *meton. i. q. caput albidum – graues, greises Haupt:* EGBERT. fec. rat. 1,84 verbera debentur pueris, reverentia -is. METELL. Quir. 4,31 dum -os eius Christo . . . dicavit *imperator*. VITA Adalb. Wirz. 6 p. 24,27 filius patrem armis . . ., non reveritus -os multi temporis, depilavit. **C** *translate i. q. senectus – Greisenalter:* VITA Euch. Val. Mat. 20 cum . . . usque ad venerabiles -os pervenisset. EBERW. Magner. 9 usque ad reverendos honestae vitae -os.

2. canus *v.* canis.

***canusella**, -ae *f.* *(cf.* canus, *canuca, *ital. dial.* canutole, *v. O. Penzig, Flora popolare italiana. I. 1924. p. 200) fort. i. q. centunculus – viell.: Schimmelkraut (cf. p. 197, 55):* GLOSS. Salern. p. 9[b],1 polium montanum odoriferum est et similis -e, nisi quia habet spissiora folia.

canutus, -a, -um. *albidus, pallidus – weißlich, grau, fahl:* ALCUIN. carm. 26,23 tardus -o vertice Drances (39,10. 63,3,1. ANGILB. carm. 2,64 [MGPoet. I p. 362]). TRANSL. Godeh. 3 p. 649,8 apparuit ei quidam -a facie. VITA Karoli M. 2,20 fabrum -um. *al.* *subst. masc. i. qui cani capitis est, senex – Graukopf, Greis:* EKKEH. IV. cas. 132[ex.] abbatem . . . inter tot -os . . . invenire non potuisse!

canzar *v.* 1. cancer. **capa** *v.* 1. cappa.

capabilis, -e. **1** *qui recipi vel contineri potest – aufnehmbar, einer der rezipiert werden kann:* RUP. TUIT. off. 10,10 quod . . . bibitur, . . . bibentis interiora penetrat suaque subtilitate -e . . . sui capacia complet receptacula. *ibid.:* quod spiritus sanctus humanae animae -is sit eiusque penetret interiora. medit. 1,12 p. 369[B] solus . . . creator . . . angelo et homine longe subtilior est et proinde . . . et angelo et homini -is est. ARNO REICHERSB. apol. p. 11,23 ut, quemadmodum anima corporis, ita Deus animae -is et . . . ipsa eius capax sit. *al. v. et p. 200,15.19.* *subst. neutr.:* GERHOH. novit. 4 p. 45,8 ut homini assumpto data sit . . . bonitas et alia hominis capacitati -ia. **2** *capax – aufnahmefähig:* EPIST. var. I 17 p. 523,15 -ia mei stomachi . . . receptacula.

***capacia**, -ae *f.* *facultas – Fähigkeit:* VITA Genov. 49 (MGMer. III p. 235,18) *puer* recepta visione redintegratamque -am auditui (-ae auditum, capacem auditum, capacitate auditus *sim. var. l.*) . . . adeptus est sanitatem.

***capacibilis**, -e. *qui cognosci potest – erfaßbar:* ALBERT. M. epist. Dion. 2[G] p. 876[b],21 cum ipse *(Deus)* non sit perfecte -is vel comprehensibilis *eqs.*

capacitas, -atis *f.*

facultas capiendi – Fassungsvermögen: **I** *proprie:* **A** *strictius:* **1** *extensio, amplitudo, spatium – Ausdehnung, Weite, Fläche(ninhalt), Raum(inhalt):* **a** *gener. (cf.* GLOSS.

[Pape]

IV 6,27 St.-S. -s uuitin rumin): EPIST. Bonif. 87 p. 197,5 tres lampadę magnae -is. ROD. GLAB. hist. 2,16 castri universa -s ... repleta est ... nebula. EPIST. Worm. 30 p. 55,6 versiculos cum ... cerę -i ... insculperem. EBERH. FRISING. fist. p. 279^{b} latitudo eius *(fistulae)* est ipsius concavitatis -s, qua se in summitate ... aperit. THEOPH. sched. 3,62$^{med.}$ ad -em fornacis. HILDEG. div. op. 1,4,71 p. 855^{A} -s *mundi* ... dispensatrix virium fructuositatis terrae est. ORD. coron. imp. 17,18 secundum -em loci. *al.* **b** *natur. et medic.:* ALBERT. M. animal. 14,37 digitus ... medius recte longus factus est propter amplitudinem et -em comprehensionis. *al.* veget. 3,60 quantitatem nutrimenti ... in theca maioris -is reponere. GLOSS. Roger. II 504 cum -s *apostematis* ... augetur. **c** *geom. (cf. J. Tropfke, Geschichte der Elementar-Mathematik. IV.* ^{3}*1940. p. 127. VII.* ^{2}*1924. p. 14):* GERB. geom. 2,5 in ... -e ... vasorum, quae mensura solida vocatur. Ps. BOETH. geom. p. 373,26 mensura ... est, quidquid pondere, -e, longitudine ... finitur. ALBERT. M. cael. 3,2,7 p. 276^{b},43sqq. non sunt nisi tres *figurae*, quae impleant -em quatuor angulorum rectorum, qui sunt -s superficiei corporalis *eqs. ibid. al.* **2** *spatium temporis – Zeitraum, Dauer:* IOH. VEN. chron. p. 163,7 huiuscemodi rei -e ... sentire. **B** *latius i. q. copia – Fülle:* COD. Karol. 32 p. 538,20 dum tanta nostro cordi desiderii -s inminet.

II *translate:* **A** *facultas percipiendi, intellegentia – Auffassungsgabe, geistige Fähigkeit, Verstand* (*cf.* GLOSS. I 82,37 St.-S. -s sniumo zalonti. 513,46 -is virnunsti): LIBER diurn. 84 p. 95,4 quorum *(patrum)* traditionibus iuxta -em instructi ... profitemur. WALAHFR. Karol. prol.$^{in.}$ propter singularitatem -is et intelligentiae. TRAD. Ratisb. 59 noverit plurimorum -s fidelium *eqs.* OTTO FRISING. chron. 8,35 p. 456,26 iuxta -em sensus. *al.* **c** *sensu sanitatis:* GERH. AUGUST. Udalr. I 27 p. 413,6 si haec in extasi mentis vel in -e sensus ... praeciperet. **B** *facultas recipiendi – Aufnahmefähigkeit, Empfänglichkeit:* ALBERT. M. cael. hier. 10,1 p. 287^{b},19 eorum, quae connectuntur materia una, est una -s respectu illius *eqs.* gener. 2,1,7 p. 422^{b},16 grossum est, cuius partes ... non disiunguntur, et excedit -em eius, quod repleri est natum. *al. v. et p. 198,59.* **C** *vis complectendi – Umfassungsvermögen:* ALBERT. M. anim. 1,2,3 p. 143^{a},8 cum intellectus sit essentia prima, quae -e ambit omnes alias *eqs.*

capadia *v.* copadium. ***capalanus** *v.* *capellanus.

***capalis** (cava-), -e. (capitalis) *censui capitali subiectus – kopfsteuerpflichtig:* FORM. Sal. Bign. 7 quod cavalis esset *femina* sancto illo de curte sua ([*cf. notam ed.*]. *inde* FORM. Sal. Merk. 32 -is). *cf.* capitalis.

capanna (-ana), -ae *f. tugurium stramenticium – Strohhütte:* IOH. CODAGN. gest. 18 p. 494,34 *(per compar.)* Sarraceni duxerunt quatuor ieremitas ardentes per flumen coopertas pice et oleo cum stipula ... comburentes, acsi essent x *(sic?)* capane (cāpane *cod.*) *eqs.*

caparis *v.* capparis.

***capaticum** (cava-), -i *n. census capitalis – Kopfsteuer:* FORM. Sal. Merk. 28 quod ... nullum cava-um ... reddebat, sed ipse erat bene ingenuus. *cf.* *capitagium, *capitaticum.

***capatio** *sim. v.* capp-.

capax, -acis. *nom. pl.* -ax: RHYTHM. 127^{B},5. *struct.: gen.: passim. acc.: p. 200,4. abl.: p. 200,26.* ad: *p. 200,37. qui capit – einer der faßt, fassend:* **I** *proprie:* **A** *strictius:* **1** *extensus, amplus, spatiosus – ausgedehnt, geräumig, weit(räumig), breit:* **a** *gener.* (*cf.* GLOSS. II 487,36 St.-S. -is uuitun): ALDH. ad Acirc. 91,4 nunc mihi *(sc. calici)* forma -x. WALAHFR. hort. 58 cadis ... -bus. THEOPH. sched. 3,37 accipe testam ollae -em. 3,38$^{med.}$ quae *(scutella)* sit ad modicum opus tornatilis et -x. *al.* **b** *geom.:* GERB. geom. 4,6 rectus ... angulus ... acutum, ut videlicet amplior et -ior, interiorem includit. **2** *qui arripit, tenax – zupackend, ergreifend, festhaltend* (*cf.* GLOSS. II 547,60 St.-S. -i criffigimo): ALDH. ad Acirc. 104,8 frutecta ... rapaxque -xque ... sub aethera spargo *(sc. scintilla).* WALAHFR. hort. 437 dum ... pueri ... volis ingentia mala -bus indunt *eqs.* GESTA Ern. duc. I p. 26,24 mare pigrum naviumque -x. *rapax – Raub-, Greif-:* STATUT. ord. Teut. p. 47,23 venaciones ..., que per ... aves -es fieri solent. **B** *latius:* **1** *qui locum praebet – Raum bietend:* DIPL. Heinr. III. 185 p. 231,42 proprietates, quae ... duodecim milia modiorum videntur ... esse -es. LIGURINUS 4,435 uniusque -x scopuloso semita calle. **2** *aquosus – wasserreich:* NARR. itin. nav. p. 196,7 Ebrus, -issimus et amplus ... fluvius. **3** *copiosus – umfassend, reich:* GUNDECH. lib. pont. p. 243,21 esse, Bonifaci, fac nos bonitate -i.

II *translate:* **A** *qui recipere vel continere potest – aufnahmefähig, empfänglich:* **1** *gener.:* CONVERS. Afrae 5 video te -em esse verbi Dei. WETT. Gall. 20 consilii. ALBERT. M. animal. 13,38 animalia mollia corda habentia -iora sunt, sed de levi mutant concepta *eqs.* **2** *philos.:* RUP. TUIT. off. 10,20 solus Deus nullius -x suaeque creaturae rationali capabilis est. 11,7 p. 299^{A} id, quod alterius -x est, crassius, utique densius atque corpulentius est eo, cuius -x est *eqs.* p. 299^{B} nullius ergo haec vita *(sc. divina)* -x est, sed tantum capabilis. medit. 1,12 p. 369^{B} neque humana creatura ... angelicae neque creatura angelica ... humanae -x est. ALBERT. M. metaph. 11,2,9 p. 494^{a},29 (ed. B. Geyer. 1964). *al. v. et p. 198,52.57.* **B** *particeps, compos, praeditus – teilhabend, begabt, ausgestattet:* ALDH. virg. I 35 p. 276,25 erat ... -x memoriae (-is memoriae *G*). RHYTHM. 150,23,2 rationis (OTTO FRISING. chron. 7 prol. p. 307,2. *al. cf.* ERMOLD. Ludow. 3,72 vir ... ratione -x). GERB. geom. 2,3 ipsum *(punctum)* ... nullius mensurae aut magnitudinis -x. VITA Liutb. 6 in tantum ... -x ingenii fuerat, ut *eqs.* **C** *peritus, gnarus, intellegens – kundig, erfahren, verständig* (*cf.* GLOSS. II 49,30 St.-S. -bus fernumfstigen. 741,18 -x farnemanter): WALAHFR. carm. 28, 15 animus ... -ior aevo. GODESC. SAXO gramm. 1,1 p. 354,2 minus -es interpretes. theol. 7,10 p. 191,21 artium liberalium. *al. subst. masc.:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 445,11 quod ... minus -x non emendavit (ANON. minut. 2,1. *al.*). **D** *aptus, habilis – tauglich, befähigt:* **1** *gener.:* HRABAN. epist. 41 p. 480,13 cum sit *pecus* inrationale nec ... legis -x. UFFING. Ida 1,20 ad ... -em signorum tumulum. EPIST. Teg. I 66 -x ad discendum. *v. et l. 23.* **2** *iur. i. qui ius habet recipiendi, idoneus – empfangsberechtigt, befugt:* CONST. II 423,10 (a. 1263) qui -es emancipationis existent ratione patrie potestatis. CHART. Wirt. VII 2416 p. 305,22 ut ... pueri ... eorundem feodorum ... sint -es (CHART. Carinth. V 180 p. 122,29).

adv. **capaciter.** *penitus, copiose – gründlich, umfassend:* EPIST. var. I 19 p. 527,23 quemammodum ... satis excellenter sacratius -ciusque scitis. CONSTR. Farf. 12 p. 17,15 vir ... lege ... divina -issime imbutus.

capcanus *v.* caganus. **capcella** *v.* capsella.

capcio *v.* captio. ***cape** *v.* *gale. ***capecia** *v.* *capete.

1. capedo, -inis *f.* **1** *proprie i. q. spatium (interiectum) – (Zwischen-)Raum* (*cf.* GLOSS. IV 177,20 St.-S. -o intervallum vel piscis qappe): **a** *spectat ad locum:* MIRAC. Wigberti 16 (MGScript. IV p. 227^{a},37; c. 940) quae *(plebs)* tanta intraverat, ut ampla ecclesiae -o eidem conpressa videretur. CHART. Xant. 53 p. 42,39 omnem infra locorum -em ... advocatie obnoxiam tenent. **b** *spectat ad tempus:* NICOL. I. epist. 79 p. 420,35 intra totius huius -em anni (80 p. 430,24). **2** *translate i. q. facultas percipiendi, intellectus – Auffassungsgabe, Verstand:* HROTSV. Pafn. 1,8 scrupulum disputationis -e mentis vix penetrare quimus. WOLFHER. Godeh. I praef. p. 168,25 me ... iuxta tenellae aetatis -em imbutum.

2. capedo *v.* 1. capito. ***Capeleti** *v.* *Capelleti.

1. capella, -ae *f. script.:* cha-: *l. 66.* cabe-: *l. 65.* -pre-: GLOSS. III 76,55 St.-S. *codd. AF.* -pil-: *l. 68. capra – Ziege, Geiß (de pullis: l. 65sq. 72):* **1** *gener. (cf.* GLOSS. III 448,59 St.-S. capra vel cab-a keiz ziga. 451,31 -a kicilli. 670,45 ch-a chetele per h, sine aspiratione ecclesiam significat. *al.):* ALDH. ad Acirc. 72,3 materia *pugionis* ... putidis constat fabricata -is (-pil- *F*). FORMA mon. Sangall. p. 15^{b} ista domus ... nutrit ... -as. REGISTR. abb. Werd. 3,44 caprinum corium et corium -ae. MARC. VALER. buc. 3,18 errantes cantu revocare -as. CARM. Bur. B 90,8. *al.* **2** **a** *proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1,43 vitibus, ut mater, tantum nocet ipsa -a.

[Pape]

IOCALIS 622 -a bibens a cervo dum removetur, ne se consociet maiori, quisque monetur. **b** *per compar.:* MEGINFR. (?) carm. p. 643[b] alta petit semper frondes pascendo -a, sic . . . rediens sol alta requirit. **c** *in imag.:* BONIF. epist. 67 multi . . . in futuro iudicio . . . putidę et petulcę et ad sinistram statuendę -ę esse dinoscuntur *(cf. Vulg. Matth. 25,32)*. ALCUIN. epist. 8 p. 34,18 novam -am inter vineta videamus in te. HROTSV. Pafn. 7,3 attuli -am semivivam *(sc. meretricem)*. **d** *alleg.:* MILO carm. 3,4,2,79 cum pro . . . gravi scelerum lasciva -a reatu . . . habetur *(cf. Vulg. gen. 15,9)*.

2. *capella (cappe-), -ae *f.* (cappa) *script.:* ka-: *p.202, 38. adde* DIPL. Arnulfi 31 p. 46,25. -pil-: *p.202,38*. -el(a): CHART. Tirol. notar. II 572. *etym.: p.202,44.210,7. adde* NOTKER. BALB. gest. 1,4[in] quendam . . . scriptorem in -am suam assumpsit; quo nomine reges Francorum propter cappam sancti Martini . . . sancta sua appellare solebant.

I *paenula, cappa – Kapuzenmantel (cf. J. Fleckenstein, Die Hofkapelle der deutschen Könige. I. 1959. p. 1sqq.):* DIPL. Merov. I 49 p. 45,19 in oraturio nostro super capp-a domni Martine . . . coniurare (*item de veste sancti Martini:* 78 p. 69,50. FORM. Marculfi 1,38). ADALH. brev. Corb. 9 (Corpus consuet. monast. I. 1963. p. 372,2) -e (capp- *B*), hroccus sive cuculla . . . ad arbitrium prioris erit. VITA Walar. 26 (MG Mer. IV p. 171,10) tunica cum capp-a tantum utens *(sc. abbas)*.

II *thesaurus reliquiarum, apparatus missae – Reliquienschatz, liturgische Ausstattung (cf. J. Fleckenstein, op. cit. p.15sqq.):* **A** *latius:* EINH. Karol. 33 p. 40,4 (testam.) -am, id est ecclesiasticum ministerium *eqs.* DIPL. Loth. II. 10 p. 398,23 (ed. Th. Schieffer. 1966) abbas custosque -e nostrę (CHRON. Thietm. 6,87 Walcherus, . . . -e regis c. providus. *al.; de re v. J. Fleckenstein, op. cit. p. 192sq.*). FRUL. Leod. 2,31 (MGMer. V p. 360,3) in -a Francorum regis . . . habetur oculus . . . martyris. BERNOLD. CONST. chron. a. 1086 p. 445,11 nescio, quot -as episcoporum . . . nostri acceperunt (COSMAS chron. 3,15 p. 178,17. *al.*). a. 1094 p. 457,49 dux -am ipsius *(uxoris)* tradidit, quae in auro . . . et . . . paramentis mille libras pene valuit. LEO MARS. chron. 2,98 -am eius *(papae)*, quam hinc detulerat. DONIZO Mathild. 2,1004 capp-am totam, quam prebuerat . . . comitissa, . . . rapuit plebs. WIBERT. GEMBL. comb. (MGScript. VIII p. 564,20) -a, id est apparatus missae. *al.* **B** *strictius:* **1** *vestimenta ad missam spectantia – liturgische Gewänder:* RYCCARD. chron. a. 1219 p. 82[a],14 Casinensis abbas decentem capp-am regi . . . mictit. WILH. RUBRUQU. itin. p. 253,18 monachus eram, non habens . . . aliquid preciosum solis libris et -a, in qua serviebamus Deo, exceptis (p. 254,14). SALIMB. chron. p. 206,29 appellabat -am . . . omnia pontificalia paramenta, que ad missam celebrandam . . . requiruntur. **2** *capsa vel scrinium (reliquias continens), altare portabile – (Reliquien-)Behälter oder Schrein, Tragaltar:* UFFING. Ida 1,10 cruces, -as omnemque ornatum ecclesiasticum depraedati sunt *Hungarii*. ARNULF. MEDIOL. gest. 1,4 -am auream cum cruce. CATAL. thes. Germ. I 136,64 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) -a parva, que solet poni super maiorem -am argenteam. *ibid. al. (v. ind.)*.

III *schola vel societas clericorum in curia saeculari vel ecclesiastica adunatorum vel officium eorum, presbyterium – Institution oder Verband der an einem weltlichen oder geistlichen Hof vereinigten Kleriker, Hofgeistlichkeit, 'Hofkapelle' (interdum de sede, e.g. l.68. p.202,1; de re v. J. Fleckenstein, op. cit. p.27sq.; Handwörterbuch zur deutschen Rechtsgeschichte. I. 1965. p. 582sqq.):* **A** *publ.:* **1** *in curia regum, imperatorum:* DIPL. Karoli M. 162 p. 219,27 Engilrammus archiepiscopus . . ., qui et sanctam -am palacii nostri gubernare videtur. EPIST. Pont. Rom. sel. I 2 p. 7,5 Angilbertum abbatem et ministrum -ae. CONC. Karol. 19[G],38 cum clericis, qui in -a regis habitant. CAPIT. reg. Franc. 32,6 non alii clerici habeant . . . ecclesias nisi nostri aut de familia aut de -a nostra. DIPL. Otton. I. 417 ut . . . de regum vel imperatorum -a abbas . . . eligatur. DIPL. Heinr. II. 64 p. 79,36 instituto . . . de nostra -a praesule. WIPO gest. epist. p. 3,21 non potui in -a senioris mei Chuonradi frequenter adesse. DIPL. Heinr. IV. 395 p. 523,14 (spur. s. XII.) quem regia . . . manus in curia et -a sua cancellarium suum ordinaverit. CONST. II 341 marcam . . . pro iure -e nostre solvere. *al. v. et l. 9.* *in curia regis Hungariae:* CHART. Burgenl. I 45 (a. 1162) per Sudam, -e mee magistrum, sigillo regali muniri *chartulam* . . . precepimus. **2** *in curia ducum:* COSMAS chron. 2,29 p. 123,27 erat . . . ducis in -a quidam Petrus presbiter. **B** *eccl. in curia (archi)episcoporum:* ANSELM. LEOD. gest. 28 ut in -is tam imperatoris quam episcoporum nil magis appeteretur quam . . . morum disciplina. ADAM gest. 3,78 p. 226,8 ut ipse *archiepiscopus* . . . ordinaret . . . episcopos ex -a sua. COSMAS chron. 2,28 p. 123,3 fuit . . . in -a Iohannis episcopi clericus *eqs.*

IV *aedicula sacra, ecclesia (parva), oratorium (alicuius proprium) – Kapelle, (kleine) Kirche, (in Privatbesitz befindlicher) gottesdienstlicher Raum (cf. J. Fleckenstein, op. cit. p.18sqq.; v. et p.200,66):* **A** *gener.:* **1** *strictius:* DIPL. Karoli M. 102 p. 147,2 in -a nostra recensenda missa *eqs.* VITA Pirmin. I 9 p. 29,22 quae *(matrona)* . . . habebat -am, in qua suas solebat Deo agere preces. ANNAL. regni Franc. a. 829 p. 177,3 sanctae Dei genitricis basilicam, quam -am vocant *(item de ecclesia Aquisgrani constructa:* ANNAL. Fuld. II a. 881 in -a regis equis suis stabulum fecerunt. THIETM. [?] chron. 4,35. *al.)*. GERH. AUGUST. (?) Udalr. II 14 -a sancti Michahelis est superposita *portae*. CHART. Lux. I 201 p. 284,2 dedicata est -a in eodem castro. THIETM. chron. 7,52 archiepiscopus -am septentrionalem benedixit. COSMAS chron. 3,55 ossa . . . condit . . . in -a, que est sub turre. CASUS Petrish. 4,29 fęcerat . . . duas -as, unam super alteram. CHART. Argent. I 354 p. 269,34 ligneam. SALIMB. chron. p. 37,12 que *(ecclesia)* est -a maioris ecclesie . . . et ei adheret versus meridianam partem. *saepe.* *de effigiebus (cf. H. Otte, Handbuch der kirchlichen Kunst-Archäologie. I. [5]1883. p. 134sq. 192):* EKKEH. IV. cas. 10 capsa solide aurea . . . in formam -ae creata (*cf.* NOTKER. BALB. gest. 1,10 p. 15,27 [add. ZW]). *in nom. propr.:* FUND. Sangeorg. 121 Egelwardus de C-a. CHART. Turic. 298 cum prediis, . . . videlicet Kapilla *('Kappel')*. CHART. Rhen. med. I 574 confirmamus . . . C-am *('Capellen')* cum appendiciis. CHRON. Albr. a. 803 p. 722,46 locum *(sc. Aquisgrani)* . . . a nonnullis Aquile C-am vocatum *eqs. al.* **2** *latius de papilionibus, tabernaculis:* HONOR. AUGUST. gemm. 1,128 antiqui . . . nobiles ecclesiolas in itinere de pellibus caprarum factas habebant, quas inde -as vocabant, et earum custodes cappellanos nominabant. CHRON. reg. cont. I a. 1184 p. 133,27 -a imperatoria ex lignis constructa in campo erecta fuerat. STATUT. ord. Teut. p. 105,28 in expedicionibus . . . preceptor deferri faciat tentoria . . ., -am quoque *eqs.* (*sim.* p. 113,4.16). **B** *iur.:* **1** *spectat ad possessionem, beneficium, traditionem sim.:* **a** *de ecclesiis dominorum vel institutionum saecularium propriis:* **α** *regum, imperatorum:* CONC. Karol. 19[G],3 tertium *breve* . . . in sacri palacii -a recondendum fieri iussit *rex*. TRAD. Frising. 463 utrum *ecclesia* ad episcopatum pertinere aut specialiter capp-a ad opus dominicum fieri deberet. DIPL. Otton. III. 262 concedimus . . . nostram -am imperialem. CHART. Gosl. I 488 (dipl. Heinr. VII.) quod sua ecclesia sit specialis reginarum imperii nostri -a *eqs.* ([*cf. H.-W. Klewitz, ArchUrkForsch. 16. 1939. p. 147sq.*]. ACTA imp. Winkelm. II 86 specialem nostram et imperii Romani capp-am). *al. v. et p.203,33.46.* *remissius:* WIPO gest. 38 quae *(ecclesia)* pro -a regis Solodoro habetur. **β** *ducum, nobilium, liberorum sim.:* DIPL. Karoli M. 169 p. 227,40 dedit *dux monasterio* . . . -am. DIPL. Arnulfi 5 dedimus . . . *comiti* capp-am . . ., quam . . . in beneficium habebat, . . . in proprietatem. DIPL. Conr. I. 20 Ellinrat . . . tradidit . . . proprietatem suam, id est . . . capp-am . . . cum aliis ecclesiis duabus *eqs.* COD. Odalb. 3 tradidit . . . Diotbaldus *camerarius* . . . capp-am . . . cum atrio. FUND. Sangeorg. 65 Harpret dedit . . . sextam partem -ae. CHART. Lux. I 364,5 -am meam *(sc. comitissae)* indominicatam. CHART. Heinr. Leon. 4 p. 6,39 dux . . . -am curie sue . . . tenendam reliquit. TRAD. Ratisb. 876 p. 423,18 ministerialis . . . in proprietate sua -am

[Pape]

construi fecit. CHART. Tirol. 940. *al. v. et l. 49.51.* γ *civitatum:* CHART. Mog. A 593 (s. XIII.in.) cum cives Pinguenses -am . . . haberent . . ., predium cum -a, -am cum predio, quoniam eque pertinebant ad omnes, monasterio . . . contulerunt. *v. et l. 43.* **b** *de ecclesiis dominorum vel institutionum ecclesiasticarum propriis:* α *(archi)episcoporum:* DIPL. Ludow. Inf. 50 p. 175,8 quod . . . vassallus . . . abbatisse . . . commutacionem cum . . . episcopo fecisset . . . recipiens . . . -am. DIPL. Otton. II. 14 ut . . . capp-a . . . sub potestate . . . episcopi . . . consistat. CHART. Bund. 337 p. 249,23 excepto beneficio, quod ad episcopales spectat -as. CHART. Brixin. 65 p. 70,22 quoniam . . . -a ad curiam pertinet episcopalem *eqs. al. v. et p. 202,54.* β *monasteriorum, congregationum, hospitalium sim.:* CHART. Sangall. A 734 p. 337,31 (a. 904) abbacia . . . cum . . . capp-is ac oratoriis. CHART. Bund. 26 hospitalis. CHART. Turic. 409 p. 292,26 ut abbatissa . . . eligat sacerdotem ad capp-am leprosorum. CHRON. Mont. Ser. a. 1149 -a Hallensis, que prepositi vocatur. NOTAE dedic. Wettin. (MGScript. XV p. 1285,42) -am infirmorum. *al. v. et l. 9.39.* γ *clericorum minorum, capellanorum:* DIPL. Loth. II. 35 (ed. Th. Schieffer. 1966) -am . . ., quam Herengaudus presbiter atque capellanus noster . . . in beneficio habuit. DIPL. Ludow. Germ. 65 capp-am . . ., quam habuit quidam monachus. TRAD. Patav. 81 rex -am . . . diacono commendavit dirigere (TRAD. Ratisb. 148 tradidit . . . Aspertus . . . diaconus, cancellarius . . . regis Arnulfi, . . . proprietatem suam, id est . . . -am). CHART. Rhen. med. I 135,45 p. 169,38 Hartbertus presbiter . . . *habet* -am I in Trancin. FORM. Sal. Merk. app. 2 clericus . . . -am cum omni reditu . . . teneat. *al.* **2** *spectat ad donationes vel praestationes ad ecclesias factas, dotem sim.:* CAPIT. reg. Franc. 84,13 -as, que infra illorum res sunt, qui antiquo tempore decimam habuerunt (*sim.* 186,1 de decimis, quae ad -as dominicas dantur. CHART. Lux. I 120 p. 129,13). CHART. Rhen. med. I 135, 46 p. 171,4 est ibi -a I, ubi aspicit de terra quartarii III. CHART. Sangall. A 710 ut . . . censum ad -am Starnheim . . . reddam. DIPL. Ludow. Inf. 10 ad -am . . . hobam *donavimus.* TRAD. Ratisb. 252 ut . . . luminaria darentur ad . . . -as. REGISTR. abb. Werd. 7,15 p. 231,24 *solvit* ad -am domni abbatis sevum III solidorum. CHART. Carniol. I 133 cum -a minime dotata. *al. v. et l. 3. p. 204,12.* **3** *spectat ad solutionem ab ecclesiis praestandam:* HARIULF. chron. app. 7 p. 308,7sq. -a nobilium solvit . . . libras XII thuris . . ., -ae populi vulgaris IV. **4** *spectat ad locum confirmationis chartarum, iuris iurandi, testificationis sim.:* FORM. Senon. II 3 super altario . . . in illa -a, que est in curte fisci . . ., iurati dixerunt. DIPL. Loth. III. 25 data . . . ad sanctum Andream in rotunda -a. TRAD. Scheftl. 268 hęc facta sunt Ratisponę in -a, quę dicitur Altenchapellen. CHART. Babenb. 159 p. 206,35 actum Wienne in -a Gotfridi camerarii. CHART. Burgenl. I 324 in nostra *(sc. comitis)* -a iustificaverunt terram. CHART. Turic. 860 p. 322,7 acta sunt sub tecto . . . -e Aquatice Turicensis. *al. spectat ad electionem regis:* CONST. II 397,22 (a. 1267) est -a sollempnis et famosa, in qua consueverunt electores principes convenire *(sc. in oppido Frankenfurd).* **C** *canon. de statu, condicione (cf. G. Schreiber, Kurie und Kloster im 12. Jh. II. 1910. p. 25sqq.):* **1** *de ecclesiis filialibus sim.:* CONC. Karol. 50D,73 ut posthabitis aediculis, quas usus . . . -as appellat, basilice . . . adeantur. CHART. Epternac. 195 p. 318,20 (epist. papae) matres ecclesias cum -is *eqs.* DIPL. Loth. III. 103 p. 166,27 cum -is ad . . . plebes pertinentibus. CHART. Raitenh. 102 p. 96,34sqq. ut plebanus . . . recipiat -am . . . de manu prepositi iure patroni . . . et eandem -am inofficiet. CHART. Tirol. notar. I 415 p. 193,13 investiverunt d(ominum) Concium . . . de ecclesia . . . sancti Pauli . . . cum omnibus suis -is. CHART. com. Mansf. VII 83a p. 676,32 ecclesiam in Kockenborgk . . . redegimus in -am. CHART. Burgenl. II 104 ius magistratus -arum . . . contulimus *abbati. al. v. et p. 204,2.* **2** *de ecclesiis sui iuris:* **a** *de ecclesiis baptismalibus:* CHART. Mog. B 27 p. 31,11 (a. 1144) annuentes . . ., ut . . . habeat ius baptizandi et sepeliendi . . ., constituimus eam esse liberam dominicalem -am. CHART. Stir. I 405 p. 391,24 -as duas baptismales (DIPL. Otton. II. 323 p. 380,23 [spur. s. XII.] -am decimalem et baptismalem. *al.*). CHART. Turic. 336 p. 212,29sq. plebani -am . . . iure matricis ęcclesię pro filia sibi vendicabant; comes -ę libertatem . . . defendebat (CHART. Babenb. 118 liberam . . . -am . . . ab omni iure m. e. Grebnich exemptam). *al.* **b** *de ecclesiis parochialibus (cf. H. Schaefer, Pfarrkirche und Stift im deutschen Mittelalter. 1903. p. 5):* CHART. Babenb. 177 p. 237,2 (a. 1211) Chunradum plebanum -ę . . . in Hornburch. CHART. Rhen. med. III 527 -e parrochiali de Isenburch censum annuum duodecim . . . solidos . . . decrevi legandas. CHART. Carinth. V 425 Vlricus, plebanus -e sancti Lamperti, . . . comparavit . . . -e sue ius advocacie. 443 quatinus . . . Heinricum . . . mittatis in possessionem . . . -e . . ., ipsum plebi et sibi plebem . . . publice committendo.

V *catinus – Schmelzgefäß (cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 286):* TROTULA 58 p. 34,8 totum ponatur in -am *eqs.*

3. *capella *v.* capellus.

***capellana,** -ae *f. vicaria et adiutrix abbatissae – Stellvertreterin und Helferin der Äbtissin (cf. K. H. Schäfer, Die Kanonissenstifter im deutschen Mittelalter. 1907. p. 146sq.):* CHART. Gosl. I 314 (a. 1188) testes: . . . preposita . . ., decana, . . . -a *(item in testificatione:* CHART. civ. Halb. 35. CHART. Quedl. 34. CHART. civ. Magd. 140. CHART. Westph. VII 1436 presente . . . Hinrico notario, capellano nostro, Helenburge . . ., -a nostra).

***capellanarius,** -i *m. princeps clericorum in curia regis adunatorum – Leiter der Hofkapelle (de re v. p. 207,42):* CHART. Rhen. inf. I 273 (dipl. Heinr. V.) ammonitione . . . Arnoldi, -i nostri et . . . ecclesię *Aquensis* prepositi.

***capellanatus** (cappe-), -us *m. munus et praebenda capellani – Amt und Pfründe eines Kaplans:* ACTA imp. Winkelm. I 114 (a. 1212) concessimus *Nicolao* canonicatum et capp-um in dicta nostra *(sc. regis)* ecclesia vacantem *eqs.*

***capellania** (cappe-), -ae *f. script.:* -ela-: *l.* 66. -ny(a): *l.* 57.

1 *spectat ad officium:* **a** *munus et praebenda capellani officiis spiritualibus vel saecularibus fungentis – Amt und Pfründe eines Kaplans:* α *in curia regum, imperatorum:* PETR. CAS. (?) chron. 4,107 p. 818,50 ut . . . abbas ad officium capp-ae faciendum . . . occurreret *imperatori.* WALTH. ARR. fund. 2 (MGScript. XV p. 1119,26) ferunt *Heldemarum et Cononem* . . . sub rege Anglorum . . . et regina . . . -e ipsorum officium tenuisse. β *in curia (archi)episcoporum:* INNOC. IV. registr. A 717 -am maioris ecclesie Panormitane . . . assignare. CHART. episc. Spir. 360 p. 326,33 ante -ę . . . renunciacionem. γ *in monasterio:* CHART. Turg. 299 (a. 1253) liceat vobis *(sc. monialibus)* . . . sacerdotem ydoneum in propriam capp-am assumere. **b** *munus et praebenda presbyteri cuidam ecclesiae attinentis – Amt und Pfründe eines an einer Kirche angestellten Priesters:* CHART. episc. August. 25 p. 21,13 (a. 1143) in te unum congerimus . . . decaniam et . . . archidiaconatum et sancti Nicolai -am. ACTA imp. Winkelm. I 114 quatinus . . . clerico . . . de iuribus et de proventibus . . . capp-e fideliter respondeatis. CHART. Helv. arb. 38 p. 65,29 quod . . . -is ita provideatur . . ., quod capellani episcopo possint . . . debita servicia exibere. CHART. Osn. II 429 quod *ecclesia* . . . uni canonicorum nomine -nye . . . conferatur. CHART. Westph. III 798 p. 412,10 ecclesia in Bekehem . . . Monasteriensis ecclesie . . . -a exstitit. CHART. Traiect. 1467 p. 230,3 ius patronatus . . . -arum ibidem fundatarum. p. 230, 21 collatio -e . . . ecclesie Curtracensi . . . remanebit. CHART. Osn. III 321 ecclesias quatuor, que -e dicuntur. CHART. Basil. C II 319 vinee . . . spectare dinoscuntur ad capp-am . . . beati Iacobi. *al. spectat ad vicarium (cf. Hinschius, Kirchenrecht. II. p. 80[1]):* CHART. Laus. 320 p. 283,26 (a. 1224) talis fuit statuta -elania, quod capellanus . . . haberet terciam partem omnium et personatus duas (*cf.* 90. 234).

2 *spectat ad conventum i. q. schola clericorum in curia Romana adunatorum – päpstliche Hofkapelle:* ELIAS SAL. mus. 17 p. 36a ut ego vidi in libris de -a domini papae.

***capellanissa,** -ae *f. vicaria et adiutrix abbatissae – Stellvertreterin und Helferin der Äbtissin (de re v. l. 27):*

CHART. Westph. VII 291 (a. 1226) presentibus Mathelde -a, ecclesie nostre canonica *eqs.*

***capellanius,** -a, -um. *qui in curia nobilium munere capellani fungitur – als Hofkaplan dienend:* GREG. CAT. chron. II p. 147,17 prẹsbyteri . . . omnes -i de castellis filiorum Longini non reclinent caput ad . . . ẹpiscopum. *cf.* 1. *capellanus *l. 14sq.*

***capellanizo,** -are. *officio sacerdotis curiae fungi – als Hofkaplan tätig sein:* ANNAL. Prag. III a. 1279 p. 201,18 qui *(canonici)* . . . reginam . . . sequuntur et -ant.

1. *capellanus (cappe-), -i *m. script.:* ka-: CHART. Westph. I 103[b] p. 82,31 kappalanis. TRAD. Teg. 361. -pal(l)-: *l. 12.63. adde* CHART. march. Misn. II 342. *al.* -ela-: CHART. Tirol. notar. II 491. *ibid. saepe. usu attrib. vel adi.: l. 28sqq. p. 206,4sq. 40. etym. et def.:* WALAHFR. exord. 32 p. 515,29sqq. dicti sunt . . capp-i a cappa beati Martini . . ., quam ferentes . . . clerici capp-i (cape-i *var. l.*) coeperunt vocari.

clericus cuiusdam gradus vel dignitatis – Geistlicher eines bestimmten Ranges, Kapellan, Kaplan (cf. GLOSS. III 379,3 St.-S. -us caplan): **I** *de clericis scholae vel societati clericorum in curia saeculari vel ecclesiastica adunatorum attinentibus et diversis officiis spiritualibus et saecularibus fungentibus:* **A** *publ.:* **1** *in capella vel curia regum, imperatorum (maiorum domus: l. 27):* **a** *in univ. (cf. J. Fleckenstein, Die Hofkapelle der deutschen Könige. I. 1959. p. 11sqq. 23sqq. 86sqq. II. 1966. p. 265sq.):* **α** *spectat ad Francos, Teutonicos:* DIPL. Merov. II 14 p. 102,8 Audoenus capp-us subscripsit. CAPIT. reg. Franc. 10,2 duos episcopos cum -is presbiteris princeps secum habeat (TRAD. Frising. 197 p. 188,31 Reginperht capp-us presbiter. NOTKER. BALB. gest. 2,17 p. 83,8). 94,11 ut missos nostros, unum monachum et alium -um, direxerimus . . . inquirendum. TRAD. Patav. 46 Rodlandus, -us . . . regis (DIPL. Heinr. II. 143 p. 171,9 rex . . . duos suis ex -is . . . Romam usque direxit. *al.*). ANNAL. Xant. a. 825 successit in locum eius *(archiepiscopi)* Otgerus -us dominicus. DIPL. Ludow. Germ. 6 Erchanfredus, diaconus atque capp-us noster. GESTA Font. 16 p. 45,34 *Gervoldus* Bertradae reginae -us efficitur (CHART. Gosl. I 488. *al.*). RADBERT. Arsen. 5 p. 66,4 militiam clericorum in palatio, quos -os vulgo vocant *eqs.* WALAHFR. exord. 32 p. 515,28 capp-i minores ita sunt sicut hi, quos vassos dominicos . . . nominamus. DIPL. Arnulfi 15 p. 24,29 Liutbrando, cuidam . . . capp-o nostro, . . . cappellam . . . concessimus. 95 per interventum . . . capp-i et notarii nostri. DIPL. Otton. III. 248 Heriberti fidelis nostri -i et cancellarii (ANNAL. Hild. a. 1036 Herimannus . . . archidiaconus, sed regius -us et Cisalpinus cancellarius). 360 p. 789,22 in presentia nostri nuncii, Cessonis . . . -i, residentis in placito. BERTH. (?) annal. a. 1065 cui *(episcopo)* Altmannus, imperatricis -us, successit. ANSCHER. Angilb. 2 (MGScript. XV p. 180,25) ut eum . . . primatem -orum faceret *Karolus.* ORD. coron. imp. 17,28 prior subdiaconorum cum . . . -is aule imperialis . . . laudem . . . decantet. *saepissime.* **β** *spectat ad alios populos:* CHRON. Pol. 1,9 p. 26,16 *Bolezlavus rex* suos . . . -os in tanta veneratione retinebat, quod *eqs.* CHART. Carinth. V 75 p. 52,10 -i . . . regis Ungarie. CONST. III 129 notariorum, -orum seu clericorum prefati regis *(sc. Bohemiae).* **b** *de clericis scholam vel societatem clericorum regentibus (cf. J. Fleckenstein, op. cit. I. p. 45sqq.):* DIPL. Pipp. 27 p. 38,29 Fulradus, -us noster sive archypresbiter. DIPL. Karoli M. 118 p. 165,27 capp-us palacii nostri (TRAD. Lunaelac. 11. DIPL. Loth. I. 25 [ed. Th. Schieffer. 1966]. *al.*). TESTAM. Folradi (NArch. 32. 1907. p. 210,11) ego Folradus capalanus. WALAHFR. exord. 32 p. 515,27 sunt et illi, quos summos capp-os Franci appellant, clericorum causis praelati (DIPL. Ludow. Germ. 35 p. 45,26. *al.*). CONC. Karol. app. 9[B] p. 848,25 Drogo archiepiscopus et senior -us. HINCM. ord. pal. 19 apocrisiarius, qui vocatur apud nos -us vel palatii custos. DIPL. Heinr. I. 18 Simon notarius advicem Hiltiberti archiepiscopi principisque capp-i recognovi *(item in recognitione:* DIPL. Otton. I. 389 p. 531,11. *al.).* DIPL. Loth. III. 121[g] Guibaldo Casinensi gerarche et . . . imperii archicancellario et magistro -o *(de re v. A. Werminghoff, Geschichte der Kirchenverfassung Deutschlands. I. 1905. p. 176). al.* **2** *in curia ducum, comitum, nobilium sim.:* **a** *in univ.:* TRAD. Frising. 37 (a. 769/77) ego Fater presbiter -us . . . ducis . . . scripsi (CHART. Heinr. Leon. 88 p. 132,12 curie ducis -i presbiteri. *al.*). DIPL. Karoli III. 37 quatinus cuidam -o suo *(sc. ducis)* . . . concederemus quasdam res. DIPL. Otton. III. 272 p. 691,23 Petrus diaconus, -us ducis Venetiarum (CHART. Babenb. 13 p. 19,11 data . . . per manum Rõberti canonici et -i . . . d. 104 Leupoldus . . . dux . . . universis -is suis *eqs. al.*). THIETM. chron. 7,26 marchionis -us (CHART. march. Misn. II 569 p. 394,7 scriptor et -us). CHART. Traiect. 540 p. 4,29 Franco, -us meus *(sc. comitis),* Balduinus, uxoris meę -us. CHART. Babenb. 293 -i ducisse (CHART. episc. Hild. II 480 p. 232,36). CHART. Tirol. notar. II 479 Conradus -us et scriba, . . . procurator . . . advocati. CHART. Carinth. V 125 p. 86,6 Iohannes et Lambertus, -i capitanei. *al. adde:* CAES. HEIST. hom. exc. 240 sacerdos quidam . . . nobilis . . . matrone capp-us erat. **b** *de primoribus clericorum:* CHART. Babenb. 52,10 (a. 1177) abbatem . . . curie nostre summum constituimus capp-um *eqs.* CHART. Nuremb. 425 eligentes nobis *(sc. burggravio)* . . . abbatem . . . in -um principalem *eqs.* **B** *eccl.:* **1** *in curia Romana (cf. B. Rusch, Die Behörden und Hofbeamten der päpstlichen Kurie. 1936. p. 77sqq.):* BONIZO ad amic. 587,8 quem *(Gregorium VI.)* secutus est . . . Hildebrandus . . ., nam antea fuerat suus -us. ORD. coron. imp. 17,37 presbiteria . . . exhibere . . . -is . . . curie. CHART. Raitenh. 75 p. 78,36 per manum Raynaldi acoliti et -i . . . pape (CONST. III 231. *al.*). INNOC. IV. registr. III 61[1] Stephanum -um et penitentiarium nostrum. 245[1] Berardo . . . subdiacono et -o nostro, iuris civilis professori. CLEM. IV. registr. 689 p. 722,14 magistro Petro, . . . -o nostro et palatii, . . . auditori causarum *eqs.* SALIMB. chron. p. 228,4 capellum rubeum papa . . . contulit vobis *(cardinalibus),* ut . . . discerni possitis a reliquis -is. *al.* **2** *in curia (archi)episcoporum (cf. J. Fleckenstein, op. cit. I. p. 24 sq.):* ALCUIN. epist. 264 p. 422,10 vestros *(sc. archiepiscopi)* . . . -os saluta. DIPL. Ludow. Germ. 87 p. 125,15 diaconus et capp-us Grimoldi archicappellani. RATHER. epist. 29 p. 168,17 faciens . . . decretum pauperioribus clericis . . ., hoc est presbyteris -is. TRAD. Ratisb. 215 Rihheri clericus et -us . . . episcopi (CHART. Osn. III 201 p. 144,20 clerici et -i speciales. AEG. AUR. [?] gest. abbr. [MGScript. XXV p. 131,1] hii abbates dicuntur -i e.). GERH. AUGUST. Udalr. I 23 p. 408,17 antistes . . . cum paucis suis -is synodum intravit. CHART. Sangall. A app. B 12 p. 692,17 hanc *(ecclesiam)* . . . confirmavit *episcopus* . . . audientibus -is suis Azone camerario et Dezimanno decano *eqs.* ADAM gest. 2,68 p. 128,10 nobiles viros habuit -os *archiepiscopus.* TRAD. Teg. 249 p. 188,41 Rahewinus -us et notarius (CHART. Carinth. V 333 p. 206,10). RAHEW. gest. 4,77 p. 327,5 (conc.) -i de cardinalia cancellarii. CHART. eccl. Erf. 110 p. 60,45 -i curie *Moguntinensis. saepe.* **3** *in monasteriis, capitulis, hospitalibus sim.:* THIETM. (?) chron. 4,37 abbatissa . . . cum -is . . . respondit. ADAM gest. 1,54 *praepositus* hoc Unni pro -o utens ad curiam venit. WILH. HIRS. const. 2,13 p. 1052[A] lectio, quam . . . habet abbas, a -is legitur. LIBER ordin. Rhenaug. p. 136,17 -us s. Marię . . . propter infirmos licentiam cantandi missam accipit. CHART. Rhen. med. III 69 p. 71,3 prepositus nullum habebit -um exemptum. CHART. Burgenl. I 179 p. 133,26 frater Gerardus, -us domus templi. CHART. Carinth. V 82 p. 60,14 Iohannes . . ., dominarum vallis sancte Marie -us. *al. v. et p. 204,24. alleg.:* HONOR. AUGUST. gemm. 1,5 priores cum -is, qui eos sequuntur, duodecim apostoli accipiuntur.

II *de presbiteris ecclesiis singulis attinentibus:* **A** *de plebanis vel rectoribus capellarum (cf. Hinschius, Kirchenrecht. II. p. 80):* CHART. civ. Erf. 21 (a. 1139) *testes sunt* -i . . ., Erfurtensis ecclesie presbiteri. CHART. Laus. 577 -us parrochialis. CHART. Babenb. 230 p. 34,44 plebanorum et -orum quemlibet . . . in XII denariis . . . persolvendis . . . teneri. CHART. Carniol. II 36 p. 27,8 (epist. papae) quod cum aliqui . . . monasteria . . . volunt . . . intrare . . ., -i eorum . . . illis temere se opponunt. CHART. Tirol. 863[III] p. 280,18 facere . . . racionem

[Pape]

de capp-is ecclesiarum subiacencium capituli. CHART. Lux. IV 3 p. 4,20 ad ipsas capellas . . . instituere . . . -um. CHART. Merseb. 368 personas idoneas de gremio vestri collegii aut -os seculares . . . collocare. CHRON. Erf. mod. II a. 1244 p. 239,3 omnes religiosi, tam conventuales quam et -i (capellarii *var. l.*). *al. v. et p. 204,55.* **B** *de vicariis adiutoribusque plebanorum (cf. Feine, Rechtsgesch. I. ³1955. p. 357.373; Plöchl, Kirchenrecht. II. ²1962. p. 168sq.):* CHART. Babenb. 226 (a. 1220) Petrus plebanus et Hermannus -us eius. CHART. Rhen. med. III 305 Anselmus s. Brigide plebanus, Henricus suus -us. CHART. Brixin. 178 decanus . . . in ipsa ecclesia quoddam altare . . . erexit -o in eodem altari . . . serviturо . . . redditibus assignatis ac institutione -i eiusdem altaris . . . reservata. *v. et p. 204,66.*

III *usu remissiore:* HROTSV. Gall. II 5,4 diaboli -us. VITA Gebeh. Salisb. II 21 p. 44,48 Mariae sedulum . . . exhibebat obsequium, ut merito eius cognominaretur -us. THIETM. peregr. 5,55 coram -is et militibus, qui aderant. CHART. Basil. A II 115 p. 155,11 cum . . . Christus nos . . . elegerit in -um suum et . . . genitricis sue.

2. *capellanus, -a, -um. *parochiali ecclesiae subiectus – der Pfarrkirche unterstellt:* CHART. Wirt. II 342 p. 69,24sqq. (epist. papae; spur. post 1152) -a ecclesia Nattenburch . . ., -a ęcclesia Rŏthine cum proprio allodio . . ., ecclesia -a Mowillare. *cf. p. 205,14.*

1. *capellaria, -ae *f.* (1. capella) *curtis stabularia ad capras alendas apta – Hof für Ziegenhaltung:* CHART. Rhen. med. II app. 15 p. 422,9 (c. 1220) mansus -e, de quo . . . servitium debetur archiepiscopo.

2. *capellaria, -ae *f.* (2. *capella) *munus capellani cancellariam regentis – Amt des die Kanzlei leitenden Kaplans (de re v. l. 58):* CHART. Rhen. inf. II 80 (a. 1219) super cancellaria nostra *(sc. archiepiscopi Coloniensis)*, que vulgo -a vocatur. *ibid.:* si a -a . . . discesserit *cancellarius eqs.*

1. *capellarius (cappe-), -i *m.* (2. *capella) *script.:* ka-: *p. 208,10.* -ela-: CHART. Babenb. 351. *v. et p. 208,10. clericus cuiusdam gradus vel dignitatis – Geistlicher eines bestimmten Ranges, Kapellan, Kaplan:* **1** *de clericis scholae clericorum in curia saeculari vel ecclesiastica adunatorum attinentibus:* **a** *publ.:* **α** *in capella vel curia regum, imperatorum (accedente officio presbyteri scholam clericorum regentis: l. 44.49.51; de re v. J. Fleckenstein, Die Hofkapelle der deutschen Könige. I. 1959. p. 214. II. 1966. p. 241):* DIPL. Heinr. IV. 458 ob servicium . . . capp-i nostri Godescalci, Aquensis aecclesiae prepositi. FUND. Hild. 1 p. 942,3 capp-us (capellanus 4) reliquiarum patrocinia altari impositurus *eqs.* CHART. Scafhus. 58 p. 96,12 (dipl. Heinr. V.; spur. post 1120) testes: . . . Wirziburgensis episcopus, Arnoldus -us (DIPL. Loth. III. 72. CHART. Mog. B 54 ministeriales . . . Widekindus et Azo capp-i). CONST. II 341 quod *archiepiscopus* . . . teneatur . . . -o nostro satisfacere. *al.* **β** *in curia ducum, nobilium:* CHART. Babenb. 162 p. 212,13 (a. 1208) Deinrat, -us *ducis (item in testificatione:* CHART. Babenb. 347. CHART. civ. Misn. 409 Arnoldus capellanus sanctae Crucis, . . . Iohannes -us *marchionis. al.).* **b** *eccl. in curia (archi)episcoporum (accedente officio presbyteri scholam clericorum et cancellariam Coloniensem regentis: l. 60.64.66. al.; de re v. Bresslau, Urkundenlehre. I. p. 596):* CHART. Rhen. med. I 375 p. 433,26 (a. 1075) s(ignum) . . . archipresulis . . ., s. Tiepaldi -i. CHART. Rhen. inf. I 267 *testis* Teodericus -us *archiepiscopi (item in testificatione:* CHART. episc. Hild. I 202 p. 187, 38. CHART. Traiect. 411 p. 372,20 ministerialibus testibus . . . Giselberto marscalco, Lubberto -o. CHART. Rhen. inf. II 465 p. 259,4 Wernerus prep(ositus) s. Gereonis, capp-us noster. *al.).* CHART. select. Keutgen 125,4 monetarius . . . episcopo x lb. dabit et -o quinque ß. CHART. Stir. IV 286 per Ditricum . . . quondam nostrum *(sc. archiepiscopi)* -um. *al.* **2** *de presbyteris ecclesiis singulis attinentibus:* CHART. episc. Wirz. I 167 p. 167,23 (a. 1205) hospitale . . . fraternitati, que dicitur -orum, . . . tradidi gubernandum. CHART. Stir. III 167 p. 247, 11 Hartwicus -us in Hellenstain. CHART. Gosl. II 108 p. 174, 29sqq. -o sancti Viti pro vigiliis et missis . . . tres denarii *eqs. al. (v. ind. p. 619sq.).* CHART. Eichsf. 577 *plebanus* monuit -um in Wirkesshusen . . ., ut *eqs. al. v. et p. 207,5. de vicario, adiutore:* STATUT. ord. Teut. p. 117,26sq. officium sacerdotis et -i: in castris -us pulsari faciat . . . horas. CHART. Stir. IV 125 vicarius sive -us taliter institutus tenetur . . . obedire *eqs.* **3** *nom. propr.:* REGISTR. Patav. I p. 150,1 quicquid habet Capp-us *('Capeller' ed. in nota). fort. add. (nisi spectat ad* 2. *capellarius): CHART. civ. Halb. 102 (a. 1257) Henricus C-us . . .; Bertoldus C-us, frater suus. CHART. Argent. I 443 domus Kapelarii. *al.*

2. *capellarius, -i *m.* (capellus) *confector pileorum – Hutmacher:* TRAD. Patav. 316 (a. 1110/30) Ekkolf aurifaber, Pero -us *(item in testificatione:* CHART. Tirol. 676. 894. CHART. Tirol. notar. II 10. 398ª p. 256,27). CHART. Tirol. 1053ª filius condam Alberti -i . . . refutavit . . . casale. *cf.* 1. *capellarius *l. 8sqq.*

***capellaticum,** -i *n.* (capellare) *ius ligna caedendi – Holzschlagerecht:* DIPL. Otton. I. 384 ut . . . in silva Alferia -um, . . . arationem et pascua . . . habeant *incensiti.*

***capellatio,** -onis *f.* (capellare) *amputatio – das Abschneiden:* LEG. Lang. p. 364ᵇ,23 quemadmodum . . . *latro* liberatus erat . . . ab . . . nasi -e.

***capellatura** (sca-, -pp-, -pil(l)-, -tor-), -ae *f.* (capellare) *segmen – Abschnitt, Streifen:* COMPOS. Luc. I 20 ipsas capilatoras (capil(l)- *var. l.*) capud ad capud pona⟨n⟩tur (*inde* COMPOS. Matr. 77,6 cappilaturas). *fort. add.:* COMPOS. Luc. F 25 quodquod volueris scapilatura⟨s⟩ *(cf. J. Svennung, Compos. Luc. 1941. p. 44)* facere. *cf.* *capulatura.

***capellatus,** -a, -um. (2. *capella) *?ecclesiola instructus – ?mit einer Kapelle ausgestattet:* ACTA imp. Stumpf 326 p. 462,16 (dipl. Heinr. V.; spur.) domum unam -am et super illam domum capellam constitutam (edificatam *B*) cum villis sibi pertinentibus.

I *proprie:* **A** *spectat ad ianuas, membra sim.:* **1** *strictius:* **a** *vertebra (in qua porta movetur) – (Tür-)Angel (cf.* Gloss. I 83,18 St.-S. -o tureo ango. III 324,26 -o ange. IV 134,31 -o scerdir): **α** *in univ.:* Walth. Spir. Christoph. I 14 ad revoluti -is strepitum. Theoph. sched. 2,24 hos *duos ferros* copulabis in una summitate in modum -um. Helm. chron. 30 p. 58,14 porta -bus avulsa. Heinr. Wirz. cur. 597 nec ratione vacat, quod habent *cardinales* a -e nomen. *al. de fulcimento axis (cf.* Gloss. II 75,7 St.-S. -em, quod dicitur napa): Mappae Clavic. 270 tales . . . habeant ipsae columnae -es, ut non moveantur, quia configuntur intus. *usu symbolico:* Trad. Ratisb. 319 (c. 1010/20) suam famulam . . . eo tenore, suo annuatim -e revoluto quinque denarios . . . ut obtulisset, tradiderunt. **β** *alleg.:* Hraban. univ. 14,22 p. 400^{B} -o potest significare rectae fidei firmitatem. p. 400^{C} quid -es . . ., nisi sensus et corda sunt . . . angelorum sive hominum sanctorum. **γ** *in imag.:* Egbert. fec. rat. 1,792 ira . . . omne suo fas iustitię de -e vellit. Epist. Ratisb. app. 6 in quo *(papa)* sanctę ecclesię -o volvitur. Metell. Quir. peripar. 5,1 (ed. P. Chr. Jacobsen. 1965. p. 343) abbas prefuit Arbo, stridens limine -o. **δ** *per compar.:* Albert. M. sent. 1,2,24 p. 86^{a},11 in istis . . . principiis tamquam quibusdam -bus volvitur totus mundus. *v. et p. 275,8.* **b** *articulus – Gelenk:* Waltharius 1051 Waltharius humerumque eius de -e vellit. Nivard. Ysengr. 7,432 elicuit guttur -e Cono cavum. **2** *latius:* **a** *porta – Tür, Tor:* Carm. imag. 2,3,8 caeli cui -o pateat pro munere servo. **b** *angulus – Ecke:* Hugo Flav. chron. II 8 p. 374,40 habet hoc *altare* a quattuor -bus quattuor ęvangelistarum . . . species. **B** *spectat ad mundum:* **1** *strictius i. q. polus, axis – Pol, Achse:* Carm. Aldh. 4,30 passim orbis per marginem ad usque caeli -em. Rhythm. 116,3,1 -i oppositum recta linea si serves luminum intuitu *eqs. (v. notam ed.). alleg.:* Hraban. univ. 9,6 p. 265^{C} significant . . . -es ipsi praesentis ecclesiae conversationem. *per compar.:* Otto Frising. gest. 1,60 p. 85,27 a nobis *(sc. cardinalibus)*, per quos tamquam per -es universalis aecclesiae volvitur axis. **2** *latius:* **a** *plaga caeli – Himmelsrichtung, -gegend:* Aldh. ad Acirc. 3 p. 72,14 arcturus . . ., qui boreo aquilonalis poli -e volvitur. Carm. Aldh. 1,36 archon *ventorum* . . . veniebat a -e, unde Titanis . . . labuntur luminaria. Aethicus Ister 18 -es mundi has *(sc. septentrionem et meridiem)* . . . scribit. Hraban. univ. 12,2 p. 333^{B} quatuor -es quatuor angulos quadrati significant. Carm. Cantabr. 42,9 miratur celi -es, ultra non curat homines. Otto Frising. chron. 2,13 p. 82,12 ut sic secundum IV mundi -es mundi quoque IV regna constituant. *al.* solis -o *i. q. oriens – Osten:* Hrotsv. Mar. 635 reges astrologi solis de -e . . . advenere. *al.* **b** *culmen (caeli), caelum – (Himmels-)Gewölbe, Himmel:* Aldh. virg. II 259 astriferum clausit *Helias* quadrato -e caelum. ad Acirc. 111,8 ego *(sc. creatura)* complector sub caeli -e cuncta (Hrotsv. Mar. 178 de -e c. . . . veni). Hrotsv. asc. 119 stellato -e lapsi. Froum. carm. 7,14 te sequor, ut mundus circumfert -e cursus. Chart. Westph. IV 1528 nichil est sub -e phebi, quod non cedat ab invalido. *al.* **c** *clima vel orbis terrae – (Erd-)Gegend, Erdkreis, Erde:* Aldh. virg. I 28 usque supremos terrarum -es. virg. II praef. 2 laudem capiat quadrato -e (cor- *N*) *virgo (cf.* Walahfr. carm. 88,7 ecclesiae, regnat quae quadro -e terrae. Ermenr. ad Grim. 33 p. 573,28 -e quadrifido). Paul. Albar. carm. 9,2 sacra . . . docmate clara, que . . . fulgent per -a mundi (*cf.* 11,2). Alex. Min. apoc. 16 p. 349,14 per omnes mundi -es. *al.* **d** *aeon – Weltalter:* Carm. de conv. Saxon. 6 (MGPoet. I p. 380) post coepit sextus felix se volvere -o, qui meruit . . . germinis alti adventum . . . capessere.

II *translate:* **A** *momentum, quo res vertuntur – Angelpunkt:* **1** *gener.:* **a** *medietas – Mittelpunkt:* Walth. Spir. Christoph. II praef. 86 cui *(numero)* pariter pariles decadis sub -e partes contulerat quadruplum replicans binarius orbem. **b** *summa rerum, discrimen – Hauptsache, Entscheidung:* Heinr. August. planct. 5 cunctorum -o vel ordo *(sc. Deus).* Lamb. Hersf. annal. a. 1075 p. 235,18 in eo *(duce)* omnium, quae agenda erant, summa et -o vertebatur. Epist. ad Wrat. 10 p. 399,5 si -o rerum vestrarum sub pacis . . . versatur iocunditate. Norb. Iburg. Benn. 16 p. 882,10 -em litis . . . examinatione . . . permisit *rex* evolvi. Epist. Reinh. 12 -e incerto versor in hoc proposito. *eversio – Umsturz:* Metell. Quir. peripar. 9,4 (ed. P. Chr. Jacobsen. 1965. p. 349) turbans *lis* ęcclesiarum pacem -e rerum. **2** *eccl. i. q. ecclesia principalis – Hauptkirche (cf. St. Kuttner. Traditio 3. 1945. p. 154. 163):* **a** *spectat ad Romam:* Capit. reg. Franc. 47,23 diaconus . . . -e constitutus urbis Romae. Hincm. annal. a. 868 p. 92,29 Anastasius presbyter -is nostri, quem in titulo beati Marcelli ordinavimus. Hadr. II. epist. 22 p. 727,25 Petrum . . . presbiterum -is nostrae *(BC,* -i *D).* Ranger. Anselm. 3223 Geraldum retinent de -e pontificali. *al.* **b** *ad alia loca:* Nicol. I. epist. 85 p. 446,4 qui *(viri)* ad honorem -is ipsius sanctae ecclesiae *Constantinopolitanae* . . . valeant subrogari. Dipl. Otton. I. 415 Iohannis cuiusdam presbiteri . . . de -e sancte Ticinensis aecclesiae. Dipl. Otton. III. 207 p. 618,19 sancte Cumane ecclesie gregi tam de -e quamque omnibus sacerdotibus. *al.* **B** *origo – Ausgangspunkt:* Heiric. Germ. I 6 praef. 13 -is hunc primi (schol.: initii . . .; primus -o i. e. tessera ab uno ad decem) si per θεορέματα ducas, eminet egregius. Conr. Hirs. dial. 1599 omnes artes naturales divine scientie famulantur, si . . . ad -em suum, unde procedunt, referantur. Albert. M. metaph. I 2,8 p. 25,56 (ed. B. Geyer. 1960) divina natura cognitionem . . . accipit . . . ex fonte et -e causarum. **C** *terminus – Endpunkt, Ende (cf.* Gloss. IV 183,22 St.-S. -o angel vel finis): Egbert. fec. rat. 1,1497 cui longinqua mei tempestas -is instat. 2,5 est modus hinc vitę certusque in limine -o. *fort. add.:* Carm. Bur. B 84,4,14 ut -em determinem. **D** *ordo (praecipuus), status – (gehobener) Stand, Reihe, Stellung:* Aldh. virg. II 1302 quas *(virgines)* licet inferior sexus discriminet ordo, non tamen inferior virtutum -o sequestrat. Amalar. interpr. 5 inter sex ordines angelorum tres -es esse. Chron. Merseb. praef. p. 164,18 imperialis -o hos amovendo, hos admovendo usque ad Ottonis . . . tempora devolvitur.

2. cardo, -onis *m. (f.: l. 65) script.:* ka-: *l. 53.* cor-: *l. 66.*

carduus – Distel (Cirsium Mill.; cf. Gloss. III 576,32 St.-S. -o, -nis distel. *al.):* **1** *in univ.:* Carm. var. II 10,3,14 -es obtonso mandere dente. *in nomine loci:* Chart. Eberb. 203 p. 340,12 (a. 1240) in platea -um. **2** *de speciebus:* **a** *labrum Veneris – Karde (Dipsacus fullonum L. – Weberkarde, vel Dipsacus silvester L. – Schuttkarde, cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 141sqq.):* Recept. Sangall. I 72 -e, qui similat folonicio (*cf.* 35). 187 pipenilla, agaon, -e, ancusa. Capit. reg. Franc. 32,43 ad geniti nostra . . . opera ad tempus dare faciant, id est linum, lanam, . . . warentia, pectinos laninas, -es. 32,70 volumus, quod in horto omnes herbas habeant, id est . . . -es *eqs.* Gloss. III 497,18 St.-S. -onen carta (502,8 kardone carta. 552,29 -es carten oder distel. *al.*). Alphita II p. 33,7 -o fullonum, tribulus idem. p. 89,11 labrum Veneris, -o idem, folia habet lata *eqs. fort. add.:* Chart. Hans. I 432 p. 146,19sq. (a. 1252) de milleno -um . . . I den., vas -um IV den. *pro teloneo dando (sed* duryser *cft. ed. ind. vol. II. p. 542).* **b** *species scolymi – Golddistelart (Scolymus maculatus L. vel Scolymus Hispanicus L., cf. André, Lex. bot. p. 285sq.):* Recept. Sangall. II 15 -e agreste. 35 -e salvatico, qui domestico similatur. Antidot. Glasg. p. 121,35 febrefugia -II, -is -II. Tract. de aegr. cur. p. 384,14 recipe . . . -is radices. **c** *cardopanis – Große Eberwurz (Carlina acaulis L., cf. Marzell, op. cit. I. p. 840sqq.):* Gloss. III 471,21 St.-S. -o rotunda eberworz. *fort. add.:* Moses Panorm. marisc. 12 p. 174,6 accipe radicis cordonis *(v. notam ed.).* **d** -o benedictus *i. q. acorna vel senecio – Benediktendistel oder Kreuzkraut: v. vol. I. p. 1421,68sqq.*

***cardolus,** -i *m. (orig. inc.) scolopax – Schnepfe:* Gloss. IV 356,40 St.-S. -us snepfa *(v. notam ed.).*

cardomomum *v.* cardamomum.

cardonalis *v.* cardinalis. **cardonix** *v.* sardonix.

[Dauser]

cardopanis (-deba-, -oba-, -pan *sim.*), -is *subst. vel* ***cardopana** (-pacia, -pia, -pa), -ae *f.* *(orig. gr. ut vid., cf. C. Battisti – G. Alessio, Dizionario etimologico italiano. I. 1950. p. 764sq.)*

1 *centum capita – Feld-Mannstreu (Eryngium campestre L. vel sim., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 307sqq.):* ANTIDOT. Berolin. 12 eringio, hoc est -ne -i. ALPHITA II p. 32,27 cardo panis, secacul, yringus idem. p. 33,6 cardebanis. p. 87,8 iringi . . . aut nux agrestis, secacul, -banis idem. **2** *cardo rotundus – Große Eberwurz (Carlina acaulis L., cf. Marzell, op. cit. I. p. 840sqq.):* GLOSS. III 105,47 St.-S. -a eberwrz (552,56 -pacia e.). 569,17 -pan mardistel. *ibid. al. huc spectare potest:* GLOSS. III 528,14 St.-S. -pia ertwurz *(v. notam ed.).* **3** *acorna – Benediktendistel (Cnicus Benedictus L., cf. Marzell, op. cit. p. 1062sqq.):* GLOSS. III 528,14 St.-S. -pa crucewrc. *cf.* *paniscardus.

carduelis, -is *f. (m.: l. 27) vel* **carduelus** (-dwe-, -dell-, -dill-, -ll- *sim.*), -i *m.* *form. nom. sg.* -lle: *l. 21.*

1 *acanthis – Distelfink, Stieglitz (Fringilla carduelis L., v. H. Suolahti, Die deutschen Vogelnamen. 1909. p. 115sqq.; cf.* GLOSS. III 7,24 St.-S. -delle zuuistilauinco. 31,47 -us [-is, -ellus, -allus *var. l.*] distilfincho [distelvogel, tistelzwang, stiglitz *var. l.*]. 313,20 -llus [carduvellus *a*]. 462,11 -us distilziu. 463,45 -dellus. *saepe):* ERMENR. ad Grim. 13 p. 548,16 ut aviculam -um imitemur sonantes 'zui, zui'. CARM. de Rob. 153 vultur, cardwellus, turdela. CARM. Bur. B 133,22 versu stare nequit -is, quique recedit. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 29,25 passeribus, cardillis. p. 90,18 habent *aves quaedam* plures modulos vocum ut . . . meruli, cardilli. ALBERT. M. animal. 23,41 p. 1451,31 -is est avicula parva, quae carduis insidet, quae aput nos distelvinche, aput quosdam vero stygeliz . . . vocatur. 23,70. **2** *Fringilla caelebs (L.) – Buchfink (cf. H. Suolahti, op. cit. p. 110sqq.):* GLOSS. III 55,18 St.-S. -lus mistuinke.

carduetum (-det-), -i *n. (m.* -us: *l. 38) virgulta carduorum – Distelgestrüpp:* RUD. FULD. mirac. 9 p. 336,26 per cardetum tractus emisit *Ipolitus* spiritum (MARIAN. chron. a. Chr. 263 p. 519,55 per -um). SALIMB. chron. p. 364,33 per lappas et paliuros et cardetos.

***carduinus** (-din-, -dom-), -a, -um. *colorem cardui exhibens, purpureus, caeruleus – distelfarbig, purpurn, bläulich:* IOH. DIAC. cen. 2,63 Herodes fert carduinam (-dom- *M*, -din- *Ps. Cypr.*) *vestem* et Raab coccineam. Ps. AVIC. anim. 6,18 p. 331 si sit color eius *(ferri)* cardinus, est bonum.

***carduncellus,** -i *m.* (*ital.* cardoncello) *acorna vel senecio – Benediktendistel oder Kreuzkraut (Cnicus benedictus L. vel Senecio vulgaris L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1062sqq.):* BERNH. PROV. comm. 10,2 p. 316,30 mulieres Salernitane . . . comedunt lactucellam et -os. TRACT. de chirurg. 223 politrici, -i, matrisilvie. GLOSS. Roger. I B 1,24 p. 557,31 umbilici veneris, -i ana unc. IV. ALPHITA I p. 313,32 senecio . . ., id est terrestris benedicta vel cardo benedictus, -us idem (*sim.* II p. 34,5).

card(u)us, -i *m. (n.* -um: *p. 280,1.16) script.:* ka-: *p. 280,31.* -dius: ALBERT. M. veget. 1,171 *codd. CV.*

I *cardo – Distel (Cirsium Mill., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1007sqq.):* **A** *in univ.:* HUGEB. Wynneb. 7 p. 111,29 urtices ac -dos erutando. HRABAN. carm. 39,32,6 ydros ei *(Adamo)* ut tribulos pareret atque -uos. IOH. DIAC. cen. 2,42 Cain -dum (-dos *var. l.*, -uum *Ps. Cypr.*) lapsus captat. GLOSS. I 450,28 St.-S. -dus i. distil (III 496,21 -uus silvaticus d. IV 193,42 tribulus, -uus herba, id est dystel. *saepe*). CHART. Rhen. med. II app. 15 p. 394,8 mansus . . . uno die evellit -uos. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 77,13 contra aquam, -dos . . . et cetera nocumenta. ALBERT. M. veget. 6, 466 virga pastoris est -uus quidam. *al.* *per compar.:* THEODULF. carm. 1,112 iram animi levitas, odium creat illa malignum, -uus herba prius, postmodo spina gravis. **B** *de speciebus:* **1** *labrum Veneris – Karde (Dipsacus fullonum L. – Weberkarde vel Dipsacus silvester L. – Schuttkarde, cf. Marzell, op. cit. II. p. 141sqq.):* DYNAMID. Hippocr. 2,105 amiliae, hoc est -ui fullonici, sucus (*cf.* ALPHITA I p. 318,22 tribulus, -uum fullonum idem). GLOSS. I 408,32 St.-S. -uus ceisala (III 475,13 lupopettina magnus -uus distil vel c. 512,39 -uus niger zeisala. IV 360,10 scoliasmos, i. -uus niger ceisila). II 620,48 -uus carta (725,39 -uus thistilcarda). *al.* HILDEG. phys. 1,228 qui venenum . . . biberit, caput -di . . . pulverizet. GLOSS. Salern. p. 6[a],10sq. cameleonta nigra, -dus asininus, -dus maius idem est. ALPHITA II p. 27,27sq. cameleonta nigra, -dus assinius, -dus varius, labrum Veneris idem *(v. notam ed.).* **2** *Cynara Cardunculus (L.) vel sim. – Spanische Artischocke o.ä. (cf. André, Lex. bot. p. 286):* GLOSS. med. p. 15,10 -dus genus herbae spinosae . . .; sucus eius alopicias curat ([*cf. Plin. nat. 20,262*]. *sim.* DYNAMID. Hippocr. 1,48. GLOSS. IV 271,2. St.-S. DYASC. p. 75[b]). **3** *chamaeleon vel sim. – Mastixdistel o.ä. (Atractylis gummifera L. vel Cardopatium Corymbosum P., cf. André, op. cit. p. 73):* GLOSS. med. p. 14,13 camereon -dum silvaticum (DYNAMID. Hippocr. 2,109). BERNH. PROV. comm. 4,3 p. 285,15 camaleonta herba est, que dicitur -dus, cuius flos lac coagulat (*cf.* ALPHITA II p. 27,30 cameleonta alba, -dus coagulatus, ixion idem). **4** *Carlina vulgaris (L.) – Gemeine Eberwurz (cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 263):* HILDEG. caus. p. 121,16 herbis, scilicet -di nigri . . ., in corpore suo pustulas inturgescere faciat *masculus.* *fort. add.:* GLOSS. III 587,27 St.-S. eberwrz. **5** *species scolymi – Golddistelart (Scolymus maculatus L. vel Scolymus Hispanicus L., cf. André, op. cit. p. 73):* DYNAMID. Hippocr. 2,108 scoliismus, hoc est -uus niger. **6** card(u)us benedictus *i. q. acorna vel senecio – Benediktendistel oder Kreuzkraut: v. vol. I. p. 1421,68sqq.*

II *tithymallus – Wolfsmilch (Euphorbia L., cf. Marzell, op. cit. II. p. 362sqq.):* GLOSS. III 199,49 St.-S. -us silvaticus woluesmilch. 559,29 kardus albus woluesmilch. *ibid. al.*

cardwellus *v.* carduelis. **cardyacus** *sim. v.* cardia-.

carea *v.* careum. *Dauser*

carectum (ga-, ka-, sa-, cha-, -et(t)-, -edium *sim.*), -i *n. (m.* -us: GLOSS. III 14,35 St.-S.; *?f.* -a: *l. 43)*

1 *proprie de plantis:* **a** *gener. i. q. gramen palustre – Sumpfgras (cf.* GLOSS. I 334,8 St.-S. -um sahar [III 289,67 s-um. 607,16 caredium. IV 202,58 garedium]. 338,11 in -o enbinizze. II 725,22 -a multitudo herbarum in palustribus, quas dicimus semithai. III 314,34 -um riet vel saherah. *saepe; de re v. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 825sqq.):* CARM. Paul. Diac. app. I 4,6 salecta nascitur et iuncus, pariter . . . -a paludis. LEO MARS. chron. 1,17 p. 593,6 locus -is aquisque stagnabat. ANNAL. Aquic. a. 1081 (MGScript. XVI p. 503,23) quae *(ecclesiola)* ex virgultis et -o fuerat constructa. CHRON. rhythm. Austr. 220 amne balniatur et -o pedibus herens suffocatur. *remissius de frutecto sim. (loci fere spectant ad Verg. ecl. 3,20 vel Vulg. exod. 2,3):* GLOSS. I 326,13 St.-S. (codd. e. r) -um spreidach. 335,9 in dicchi. II 720,21 post -a undir dem crute. IV 200,39 -um hlus. V 36,15 -um kithehi. **b** *de speciebus:* **α** *calamus aromaticus – Kalmus (Acorus Calamus L., cf. Marzell, op. cit. I. p. 110sqq.):* GLOSS. III 496,10 St.-S. -a sciemachal. **β** *gladiolus – (Gelbe) Schwertlilie (Iris Pseudacorus L.):* ALBERT. M. Iob 8,11 -um gladiolus est, qui . . . nodum nullum habet *eqs.* veget. 6,355 locus, in quo crescit multitudo gladioli aquosi, vocatur -um, et aliquando per metonymiam locus pro locato ponitur et gladiolus aquosus -um vocatur (*cf.* 3,106. euch. 3,2,3,5 p. 292[b], 10). **γ** *papyrus – Papyrus:* DONIZO Mathild. 1,672 in carta -i . . . ampla.

2 *meton. i. q. locus graminibus palustribus consitus – mit Sumpfgräsern bewachsener Ort, Ried (cf.* GLOSS. III 106,39 St.-S. -um rietahe): **a** *in univ.:* EKKEH. URAUG. Hieros. 25,6 per iunceta vel -a gradientem exercitum. ALBERT. AQUENS. hist. 2,43 circa flumen quoddam et eius -um . . . milites . . . quieverunt. NIVARD. Ysengr. 4,63 latitat -is hospes in istis. *al. v. et l. 57.* **b** *in pertinentiis:* DIPL. Otton. II. 71 p. 87,41 in . . . arbustis, salictis, -is, saltibus. CHART. Port. 68 p. 92,10sq. grangiam . . . cum . . . vinea et sarecto . . ., aliam . . . cum . . . charecto et cum silva. CHART. com. Mansf. 7,25 p. 400,21 carettum et molendinum. ACTA imp. Böhmer 242 p. 220,30 cum . . . pascuis, caretis, aquis. CHART. Walkenr. 132

[Gottschaller]

bona k-i . . . dicti vulgariter Riet. 240 p.172,24 homines de k-o landgravii. CHART. Bern. II 713 discordia . . . super . . . almeinda in careto. *al.*

caregalla *v.* caracalla. **care(g)ium** *v.* careum.

1. *carena *sim. v.* 2. *carina. **2. carena** *v.* caryon.

***carentena** *v.* *quarentena.

carentia (-cia), -ae *f.* **1** *indigentia – das Nicht-Haben, Ermangeln:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,17 p.9a^{r} homo dedecoratur eorum *(superciliorum)* -a. CAES. HEIST. hom. exc. 91 p.101,14 -ciam divine visionis penas reputans. Ps. AVIC. tinct. 1 p. 627^{a},47 *argentum vivum* rarefactionem sui . . . non suffert propter . . . adustionis -am. CHART. civ. Erf. 218 p.136, 5 ut . . . littera . . . propter mei sigilli -ciam excepcionis salva maneat. ALBERT. M. animal. 2,76 *pisces* in -a quorumdam communicant membrorum. miss. 3,7,5 p.110^{b},14 *dii gentium* sunt aeterni quoad finis -am. summ. theol. I 5,23,1,1,1 p.165^{a}, 45 quod . . . aliquid habet ante se, non est interminabile per -am principii. CHART. Merseb. 412 p.335,29 *populus* patitur ex patris spiritualis -cia detrimentum. *al.* **2** *defectio, inopia – Schwinden, Mangel:* IOH. TULB. gest. 5 (MGScript. XXXI p.684,8; s. XIII.[1]) de carne et de vino -cia fuit talis *eqs.* HIST. Wenc. (MGScript. IX p.168,41) prae nimia aquae -a ac pabuli defectu mori. CHART. Turg. III 548 p.374,13 divinorum -ciam per . . . fratrum absentiam . . . prevenire. CHART. Argent. II 65 ne ecclesia . . . defectum seu -am in cappis sericis . . . indecenter sustineat. *al.* **3** *amissio – Verlust:* DECRET. Frision. A 4,2 p.43,24 puer . . . deplangit . . . sue domus -am. DIPL. Heinr. IV. 330 -a eius *(scripti)* . . . fodrum . . . iniuste requisitum est. BERTH. RATISB. serm. 14 p.76,1 cum damno -ae eiusdem gratiae etiam demeretur eam sibi reddi. *al.* **4 a** *cessio – Verzicht:* EINH. Karol. 33 p.39,13 (testam.) post obitum . . . suum aut voluntariam saecularium rerum -am. **b** *abstinentia – Enthaltsamkeit:* TRANSL. Alex. Frising. 2 (MGScript. XV p.287,50; c. 834) cibi . . . prope -am fastidia veterna contraxerant.

carenum *v.* caroenum.

careo, -ui, -iturum, -ere. *script.* ka-: *l. 55. struct.: gen.: l. 45.54. p.282,11.22. acc.: l. 68sq. al. abl.: passim.* ab: *p.282,45.* quin: *p.282,44. interr. indir.: p.282,30.*

1 *expertem esse – frei sein, nicht haben:* ALDH. virg. II 2874 principio vel calce -ens et temporis expers *Deus.* ad Acirc. 32,5 garrio *(sc. lima)* voce -ens. HRABAN. carm. 21,9 grammata sola -ent fato. WALAHFR. Wett. 399 poena . . . -ens. WANDALB. martyr. 425 Maria . . ., septeno -uit quae daemone. VITA Liutb. 1 Hessi masculi prolis -ens. HROTSV. Agn. 175 quae *(simulacra)* vita sensuque -entia cuncto. VITA Heinr. IV. 5 p.21,1 quis . . . tam potens, qui hoste -at? OTTO FRISING. gest. 1,5 p.16,28 genuinum est . . . -ens generatione, -ens principio. *saepe.*

2 *privatum esse – beraubt sein, nicht (mehr) haben:* WALAHFR. Wett. 450 lue membra -bant. HRABAN. epist. 23 p. 429,9 desiderabili praesentia tua corporaliter -ui. POETA Saxo 5,405 ve tibi vae . . . defensore -enti, Frantia (THIETM. chron. 7,49 defensoris. *al.*). REGINO chron. a. 869 p.98,15 -bat (ka- *var. l.*) . . . urbs . . . pontificibus. RUOTG. Brun. 32 discit . . . bonum amare, quo -et. DIPL. Otton. II. 283 p.330,8 amminicula -uit abbatum *coenobium.* THIETM. chron. 1,16 ex ea die . . . *urbs* habitatore -uit. MIRAC. Liutg. II 7 puer . . . visu unius oculi . . . -ens. *saepe. c. sensu renuntiandi:* WALAHFR. carm. 18,12 bene me te posse -ere ad faciem. EINH. Karol. 19 p.25,8 dicens se earum *(filiarum)* contubernio -ere non posse. DIPL. Ludow. Inf. 60 quorum *(fidelium)* consultu et suffragio nequaquam -ere possumus. CONSUET. Marb. 70 (Spicil. Friburg. X. 1965) quibus *(rebus)* hęc temporalis vita -ere non potest. *al.*

3 *privari, amittere – ledig werden, verlieren:* **a** *gener.:* IONAS BOB. Columb. 2,12 p.260,17 dolore oculorum perculsa . . . -uit lumen. CHRON. Fred. cont. 53 Pippinus . . . ultimum diem et vitam simul -uit (ANNAL. Xant. a. 869 p.27,22 vita pariter cum sacerdotio. *al.*). ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 896 p. 130,2 secundo -uere victoria. VITA Liutw. 14 qui populi nuper -uerant pastore. MIRAC. Annon. 1,18 (Siegburg. Stud. III. 1966) visu oculorum -ere cepit. *al. c. sensu liberationis:* RHYTHM. 35,4,2 -uit praesentem vitam, mutavit in melius (*cf.* FORM. Augiens. A 21). BEDA hist. eccl. 5,4 p.287,25 infirmitate . . . -ere. CONSUET. Marb. 295 (Spicil. Friburg. X. 1965) eaque numquam -at opera, ut *eqs. al. damno affici – Einbuße erleiden:* CHART. Hall. I 292 p.273,32 (a. 1258) quod *ecclesia* de questu molendini . . . multo tempore -uisset. **b** *iur. et canon.:* **α** *subi. homines:* LEX Sal. Merov. 79 si non redemitur, vita -at *latro.* LEG. Wisig. 4,3,2 parentes . . . rem -uisse noscuntur (FORM. Augiens. B 22 propriis rebus. CHART. Sangall. A 306 rerum). LEX Alam. 39 -ant libertatem (LEX Baiuv. 8,18. POETA Saxo 1,348). LEX Baiuv. 2,8^{a} donatum dignitatis . . . -at *dux.* DIPL. Otton. I. 367 p.505,4 *episcopus* monasterii . . . -at potestate. BERTH. (?) annal. a. 1076 p.283,2 participatione corporis et sanguinis Domini . . . -ere. ANNAL. Altah. a. 1068 p.74,23 *episcopus* sacerdotali ministerio -uerat. CHART. Heinr. Leon. 4 p.7,7 -at . . . violencie sue perdonacione. CHART. Beron. 40 p.113,13 *ego* meo pacto nullomodo -tura. STATUT. ord. Teut. p.84,9 christiana -at sepultura. *al.* **β** *subi. res:* LEG. Wisig. 2,4,8 que *(causae)* . . . iustitia -uerint. DIPL. Ludow. Germ. 60 p.82,17 ecclesia nihil iuris suae -ret. THIETM. chron. 8,14 haec sola assigno, quae auctoritate -entia . . . peritura timeo (*cf.* OTTO FRISING. gest. 1,60 p.86,33). CHART. Heinr. Leon. 43 factum . . . existimatione -at. CHART. Lux. II 432 illud -ere volo viribus et invalidum esse (CHART. Eichsf. 560 p.343,22).

4 *inopia laborare – Mangel leiden:* WILLIB. Bonif. 4 p. 15, 33 dum . . . utriusque vitae stipendiis minime -ret. DIPL. Loth. II. 9 p.396,42 (ed. Th. Schieffer. 1966) Hlotharius . . . ob minorationem regni -ens, ubi vel unde . . . fidelium . . . famulatum remuneraret. DIPL. Otton. I. 348 p.475,11 *episcopus* egenus et advena et omni -ens nisi Dei et nostri auxilio. EPIST. Worm. I 17 omnibus . . . -o, quibus ego miser indigeo. OTTO FRISING. gest. 2,13 p.116,23 ut . . . ad comprimendos vicinos materia non -ant *consules.* CHART. Raitenh. 171 si . . . alter . . . in decoccione sua -at aqua salsa. *al. desiderare – vermissen:* WALAHFR. carm. 61,6 agnus uti nutrice . . . sic te, sic -o, care magister (36,12). AGIUS epic. Hath. 47 quantis . . . bonis in hac una -amus.

5 *deesse – nicht vorhanden sein:* IOH. VEN. chron. p.112,3 eo *(duce)* -ente ab . . . episcopo . . . diiudicabantur. REGISTR. Ringrav. 2 praef. herede beneficii -ente.

6 *desistere – (davon) abgehen:* CHART. Stir. IV 570 (a.1275) in nullum casum -ere volumus, quin abbas et fratres . . . expediantur. CHART. Livon. A I 467 p.583,27 si -ere ab eo *(iuramento)* noluerimus.

careofilum *v.* caryophyllum.

***careolus,** -i *m.* *(cf.* ariolus, caragius*?)* *incantator – Zauberer:* GLOSS. III 188,37 St.-S. magi -i gogilare *(D,* -us magus *N).*

careon *v.* caryon.

1. caresco (-isco), -ere. (carere) *amittere – verlieren:* RECEPT. Bamb. 14 cervicem frigavis et mox -iscit dolorem (41).

2. *caresco, -ere. (carus) *carum fieri – teuer werden:* ARNULF. delic. 268 tibi dilectu -at (ka- *H*) proximus ut tu.

***carestia** *v.* *caristia. **caretas** *v.* caritas.

caret(t)um *v.* carectum. ***caretus** *v.* *carretus.

careum (cireo, circe, cicero, cureo, sarto, -eium, -egium *sim.*), -i *n. (m.: cf. l. 66; ?f.* -a: *l. 70)*

1 *cuminum – Kümmel (Carum Carvi vel sim., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 856sqq.; plerumque de semine aromatico):* ANTIDOT. Augiens. p.45,37 mastice . . ., -u . . ., crocu. ANTIDOT. Berolin. 7 -egio -IIII, ibestico -IIII. ANTIDOT. Cantabr. p.163,44 -eio -VI. ANTIDOT. Glasg. 26 ameos, -os, livisticum. p.152,48 -um recentem . . . teris. CAPIT. reg. Franc. 32,70 volumus, quod in horto omnes herbas habeant, id est . . . -eium. GLOSS. III 110,17 St.-S. cireo veltchumel (200,6 cicero. 512,2 careo. 512,24 sarto. 519,6 cureo. 554,13 circe [carthe wildkumel *b*]. V 36,76 cyreo. *al.*). 270,66 -a (carcum *var. l.*) gartcumel. 578,33 -um quumil. *al.* **2** -um Ponticum: **a** *daucus – Möhre (Daucus Carota L. vel*

[Gottschaller]

sim.; interdum etiam Athamanta cretensis L. – Alpenaugenwurz, Möhrenkümmel subesse potest): GLOSS. Salern. p.6[a],27 daucus -i Pontici. ALPHITA I p.282,20 carapontici, daucus idem. II p.30,17 cazei (carei *var. l.*) Pontici i. daucus Creticus. **b** *per confusionem ut vid. i. q. reum Ponticum – Rhabarber (Rheum L., sed v. p.282,63)*: ANTIDOT. Glasg. 57 mastice . . ., -o Pontico . . ., crocum.

carex (sa-, -es, -ix), -icis *f. gramen palustre – Sumpfgras (cf.* GLOSS. II 378,38 St.-S. -x, quod communiter lisca dicitur. III 515,2 -ix rith vel carectum. 578,39 sarix sahar. IV 25,33 -ix rietgras. 198,33 -ix segcar. *saepe; de re v. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p.825sqq.)*: PASS. Petri et Pauli 301 silvarum dumis, ramno seu -e scissus . . . fugit. CARM. Otton. III. 20,2,22 putida cares nec foret illi nobile stramen. AMARC. serm. 4,300 virtus . . . sine re plus -e sordet *(cf. Hor. sat. 2,5, 8)*. HUMB. Sim. 2,46 p.194,34 *in paludibus* nil . . . procreatur nisi . . . acutae -es cannaeque palustres. *Gottschaller*

***carezolum** *v.* *carrocium. **carfalogia** *v.* carphologia.

***cargum** *sim. v.* *carric-. **caria** *v.* carica, caryota.

***cariatus,** -a, -um. (*cf.* caries) *carie affectus, putridus – wurmstichig, angefault*: PETR. MUSAND. summ. p.254,13 cave, ne aliqua *amygdala* -a et rancida sit.

caribdis *v.* charybdis.

carica, -ae *f. vel raro* **caricus,** -i *f. (l. 46) script.*: ga-: ANTIDOT. Glasg. p.129,43. ka-: *l. 32.* -ig(a): *l. 32.* -ri(a): AURELIUS 13 p.714,28. *form. abl. pl.* -ibus: *l. 33. metr.* că-: ODO MAGD. herb. 307.

1 *strictius*: **a** *ficus (sicca) – (getrocknete) Feige (cf.* GLOSS. I 481,18 St.-S. lapastes, -ę i. ficheffele. III 353,9 -a figa. 552,9 -a truken veige. *al.)*: α *gener.*: ALDH. ad Acirc. 88,6 -a me *(sc. ficulneam)* curvat. DIPL. Merov. I 86 p.76,34 dactilibus lib. L, karigas (krigas *cod.*) lib. C. HRABAN. inst. cler. 2,25 p.108,6 quod . . . paucis -is (-ibus *codd.*) corpus suum sustentaverint *(cf. Sulp. Sev. dial. 1,20)*. SALOM. II. epist. 29 parva xeniola, sed peregrina . . . : -as ficorum, malogranata. ALBERT. M. veget. 6,100 quae *(ficus)* -a vocatur, est calida et sicca. *al.* β *pharm.*: PAUL. AEGIN. cur. 181 p. 107,8 ex apozima . . . -arum (*3,33,2* ἰσχάδων). 212 p.152,4 -arum (*3,49,2* σύκων) pinguium (AESCULAPIUS 8 p.12,14 -ę pingues albę. ANTIDOT. Sangall. p.94,7. *al.*). RECEPT. Bamb. 67 p.76,10 -as cum granulis suis. ODO MAGD. herb. 1321 *origani* cum succo si -a trita bibatur. BERNH. PROV. comm. 11,1 p.318,13 -e sicce, id est ficcus. *al.* **b** *ficulnea – Feigenbaum (Ficus carica L.)*: LEG. Wisig. 8,2,2 si quis . . . piceas arbores vel -as, hoc est ficos, . . . igne cremaverit. GLOSS. III 528,21 St.-S. -us vicboum (386,36 -us vigboum, carix idem). **2** *latius vel per confusionem*: **a** *caryota, dactylus – Dattel*: TRACT. de aegr. cur. p.217,45 -e, id est dactili, in vino cocte. **b** *amygdala – Mandel*: GLOSS. III 50,5 St.-S. -a mandila *(E,* kegere *b)*. 497,4 -a mandala. **c** *fructus spinae nigrae – Frucht der Schlehe*: GLOSS. IV 381,4 St.-S. -as i. slen. **d** *carota, daucum – Möhre, Pastinak*: *v. l. 50.*

***cariçium** *v.* *carrigium.

***caricius,** -i *m.* (*fort. cohaeret c.* *gariola *vel ital. merid. dial.* karragáu) *species monedularum – Dohlenart*: FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.23,12 -i et modi monedularum.

caricle *v.* caryon. **carico** *v.* carrico.

caricus *v.* carica. **caridis** *v.* caryon.

***carientes** *v.* *charientes.

caries, *acc.* -em, *abl.* -e *f.*

1 *proprie i. q. putredo sicca, corruptio per teredines effecta – (Holz-)Fäule, Wurmfraß (cf.* GLOSS. III 92,69 St.-S. -es wrmelo. *al.)*: VITA Ludow. Pii 28 p.621,34 porticus lignea . . . -ę senioque confecta. VITA Liutb. 25 vetustas ac putridas cortices arboris . . . -e . . . consumptas. HEINR. AUGUST. planct. 1815 quae *(ligna)* careant -ae. HILDEG. caus. 2 p.79,14 *arbores* a vermibus et a -e . . . consumuntur. *al. alleg.*: HRABAN. univ. 19,5 p.511[B] -es . . . significare potest putredinem peccatorum, unde homines carnales vermibus concupiscentiae exesi *eqs.* **2** *meton.*: **a** *pulvis per teredines effectus, lignum putridum – Holzmehl, morsches Holz*: TRACT. de aegr. cur. p. 378,5 ad . . . fistulam accipe . . . -em fraxini. ALBERT. M. animal. 7,36 qui *(vermes)* in -e lignorum nascuntur et teredines vocantur. *al.* **b** *?robigo – ?Rost*: RAHEW. gest. 3,1 p.167,30 talium . . . nationum vicinia nonnichil atrocitatis tamquam de rubiginoso ferro -em (scariem *pars codd.*, scabiem *ci. ed., fort. recte*) sibi Polani affricuere. **3** *translate*: **a** *corruptio (senilis) – Verfall (durch Alter)*: ALBERT. STAD. Troil. 5,697 vertitur in -em facies rimisque dehiscit *(cf. Ov. trist. 5,12,27)*. **b** *vitium – Fehler, Tadel*: CARM. Bur. B 170,3,1 *puella* tota caret -e. EBERH. ALEM. labor. epil. 7 lector, condoleas, Everardi carminis ullam si -em videas.

carigo *v.* carrico.

1. carina, -ae *f. script.* -ren(a): *l. 26.*

1 *strictius i. q. infima vel media pars navis – Boden, Kiel, Mittelteil des Schiffes*: **a** *proprie (cf.* GLOSS. I 69,3 St.-S. -a sceffes podum. III 369,55 -a bodem. *al.)*: CAES. HEIST. hom. II p.15[a] in navi tres sunt partes . . .: prora, puppis, -a. **b** *alleg.*: CAES. HEIST. hom. II p.15[a] per -am, in qua navis armenta . . . reservantur, diversa monasterii officia designantur. p.17[b] -a, quę per latitudinem diffunditur . . ., concupiscibilitas est. **c** *in imag.*: WALAHFR. Blaithm. 54 cum . . . tremulam dissolveret unda -am. **d** *per compar.*: ALBERT. M. animal. 1,112 *caput hominis* est sicut navis, et tunc medium dicetur -a et anterius prora et posterius puppis *(sim.* 24,21 *[de conchis])*. **2** *latius*: **a** *navis – Schiff (cf.* GLOSS. III 164,13 St.-S. -a scif. *al.)*: α *proprie*: ALDH. epist. 5 p.489,14 circili -a (-ena *var. l.*) procellosum sulcante salum. WALAHFR. Wett. 72 scopulis . . . illisa -a. HROTSV. Pel. 349 subducta iam processere -a. OTTO FRISING. chron. 1,12 p.50,3 insula . . . satis oportuna -is. *al. de specie quadam navis*: AETHICUS ISTER 36 p.22,1 trieribus aut scaphis seu -is. 54 -a ob agilitatem vocata. *al.* ALBERT. AQUENS. hist. 9,9 in galidis viginti et -is tredecim, quas vulgo appellant cazh. β *in imag.*: LULL. epist. 71 meae mediocritatis -am fulcire . . . oraminibus. UFFING. Ida 1,6 fragosa seculi obstacula . . . quasi tuta -a tranavit. BERENG. TREV. myst. (PL 160,1003[A]) in -a mentis nostrae. CARM. Bur. B 41,9,6 *canes Scyllae (sc. advocati curiae)* mergunt simul et confringunt -am pecunie. *al.* **b** *classis – Flotte*: HILDEG. Far. 122 (MGMer. V p.200,9; a. 869) gemere coeperunt flumina . . . intrantia maria sub Northmannorum maxima -a *eqs. Payr*

2. ***carina** (ka-, ke-, -rr-, -ran-, -ren-), -ae *f. (fort. pendet a theod. vet.* chara *'paenitentia')*

paenitentia ieiunii (quadraginta dierum) – Bußübung, die in (vierzigtägigem) Fasten besteht (cf. N. Paulus, Geschichte des Ablasses im Mittelalter. II. 1923. p.80sqq.): DECRET. Burch. 19,5 p.951[C] XL dies continuos, quod vulgus -am vocat, . . . in pane et aqua debes ieiunare *(sim.* p.955[D] quod teutonice -a vocatur. *ibid. al.)*. CONST. I 437,17 ut nullus presbiterorum cuiquam pęnitenti -am dividere praesumat. EKKEH. IV. cas. 123 p.401,5 necis tuae reus karrinas tot ferre non potero. CHART. select. Altmann 149,6 periurii vel homicide aut criminosi rei -e. GERHOH. aedif. 39 p.1290[B] neve illi . . . denuo criminaliter peccanti carrinam imponant. TRAD. Falk. p. 1,14 quod pro homicidio carranam persolverit. CHART. episc. Misn. 66 eidem unum annum et si quid superest de -a indulsimus. GERLAC. annal. a. 1174 p.687,16 publice penituit et nudatus pedes, laneis indutus -enam exegit. CAES. HEIST. mirac. I 4,37 miles . . . tempore quodam quadragesimali -enam fecit apud nos. CHART. Sangall. A 857 hiis . . ., qui in carrina sunt . . ., dies quatuordecim de carrina . . . relaxamus (ANNAL. Egm. a. 1251 p.208,4 C dies et unam karenam de iniunctis sibi penitentiis. CHART. Merseb. 390 unam kerenam. *al.*). EMO chron. p.499,25 de indulgentia . . . quadraginta dierum quatuordecim dies computarentur ad -am, reliqui in annuam penitentiam. CHART. Basil. A I 414 p.595, 17 quartam partem venalium, tres carrenas de occultis . . . condonamus. CHART. Argent. II 40 p.26,36 karrinas . . . in penam pecuniariam duximus conmutandum. *saepe. expressius i. q. indulgentia cuiusdam mensurae – Ablaß von bestimmter Höhe*: INVENT. Matth. 20 papa et . . . archiepiscopus . . . contulerunt ad dedicationem monasterii . . . triginta annos, decem et octo -enas. DEDIC. Trev. (MGScript. XV

[Gottschaller]

p.1277,44) summa . . . indulgentiarum huius monasterii MMCX annos, LXVIII dies, XC karenas. GESTA Karoli M. p.211, 26 reliquerunt indulgenciam perpetuam integram carrinam et XL dies criminalium *eqs.* CHART. cell. Paulin. 100 XL dierum indulgentiam et karrenam . . . impertimur. *al.*

***carinarius** (karri-), -i *m. qui carinam subit – einer der die Buße vierzigtägigen Fastens auf sich nimmt:* CHART. select. Altmann 149,11 (a. 1085/1106) servare pacem . . . veris penitentibus -is et sanctorum legatis. CHART. Stir. III 68 p.129,17 in palam karrinariis relaxationes impendere.

carinum *v.* caroenum. *Gottschaller*

cariofalum, -filum *v.* caryophyllon.

***cariola** *v.* *carriola, *gariola. **cariolus** *v.* carota.

cariophilon, -phylon *v.* caryophyllon.

1. carios *v.* cachrys. **2. *carios** *v.* *cairos.

cariosus (ka-), -a, -um. **1** *carie affectus, putridus – morsch, zerfressen, faul:* **a** *proprie (cf.* GLOSS. I 86,22 St.-S. -us faraltet. II 387,67 -a vurmazig. III 428,64 k-us fuler. *al.):* AETHICUS ISTER 72 p.55,2 equitibus -a remanent ruda. REIN. LEOD. triumph. 5 p.591,51 habitaculi aridam et pene -am parietum fabricam. **b** *translate i. q. caducus – vergänglich:* AMARC. serm. 4,439 nec te metiri vis materiam -am. **2** *?verrucosus – ?warzig:* GLOSS. IV 215,54 St.-S. k-us (varicosus *ci. ed.*) warciger.

cariota *v.* caryota, carota. **caripdis** *v.* charybdis.

caris (ka-, achorim, hakokiz *sim.*), *gen. pl.* idon *(f.)* (καρίς) *Carididae spec. (L.) – Garnele(n):* ALBERT. M. animal. 4,19 est . . . tertius modus *mollis testae animalium,* qui dicitur achorim (*p.525*[a]*,33* καρίδων) et sunt . . . cancruli longi. *ibid.:* modus tertius, qui vocatur achorym, habet subdivisiones *eqs.* 5,20 accorim. 5,74 hacarym. 7,25 praeter carnem karidon (*p.591*[b]*,14* καρίδων). 7,137 meriz . . . mutat colorem secundum tempora. 14,10 hakokul. *ibid. al.*

carisco *v.* 1. caresco. **carisma** *v.* charisma.

carista, -ae *f. species avis – Vogelart:* ALBERT. M. animal. 23,34 -ae sunt aves, ut dicunt Solinus *(11,15)* et Iorach, quae innocue flammis involant *eqs. v. ThLL. Onom. s. v.* Carystius.

***caristia,** -ae *f. (cf. ital.* carestia, *francog. vet.* cherestie; *v. Corominas, Dicc. etim. castell. I. p.683sq.) script.:* ka-: *l. 51.* -rest-: LIBER duell. Christ. 5 (MGScript. XXXI p.685,8). -rast-: ALBERT. MIL. temp. 281 p.540,5. 291 p.551,14. *ibid. al.* kalixtie: CHART. episc. Hild. III 81 p.39,23.

penuria, magnum pretium – Not, Teuerung: CHRON. Reinh. a. 1219 p.594,13 Soldanus -am timens et famem. CONO LAUS. notae p.783,43 fuit tanta -a annone, quod cuppa avene fuit vendita XVII den. ANNAL. Prag. I a. 1263 maxima fuit -a frumenti, foeni et pabuli. CONST. II 446 p.616,33 propter -am et communem defectum annone. CHART. episc. Misn. 241 cum propter k-am plurimam . . . ecclesia nostra aput Iudaeos ad usuras esset . . . obligata. SALIMB. chron. p.583,12 -a fuit cucurbitarum . . . et vini et olei et raparum. ALBERT. MIL. temp. 220 p.476,4 de pane recenti et vino et de carne frescha -am magnam habebant. *al.*

caritas (ka-), -atis *f. script.:* cha-: TRANSL. Dion. Ratisb. 26 p.366[b],34. GESTA Lob. 22. REGISTR. Pant. Col. 16,23. *al. v. et p.286,19sq.22.28.31sq.67.287,6.50sq.61.288,12.* -ret-: DIPL. Merov. I 37 p.34,44. *metr.:* că-: *plerumque in hexametris, e. g.* ALCUIN. carm. 17,1.9. PAULIN. AQUIL. carm. 1,138. EPITAPH. var. II 132,7. *al. v. et p.286,6.* -rī-: CARM. de Bened. 14. *v. et p.286,64.*

I *dilectio – Liebe (cf.* GLOSS. IV 134,33 St.-S. -s minne): **A** *strictius i. q. dilectio Dei et proximi, benignitas – christliche Liebe, Gottes- und Nächstenliebe, tätige Liebe (de dilectione cognatorum: p.286,8):* **1** *proprie:* **a** *gener. (praevalet sensus beneficentiae e. g. p.286,2.13.16sq.):* ALDH. epist. 4 p.484,10 ciborum fercula pro -is gratia pariter percipere. WILLIB. Bonif. 7 p.40,10 divinae -is . . . fervor. LIUTG. Greg. 2 p.68,31 praevaluit -s . . . Gregorii et . . . carnalem amorem femine vicit. EIGIL Sturm. 5 eremitam suum omni -is affectu suscepit. TRAD. Frising. 226 quod inperitia denegat, -s ministrat. CONC. Karol. 39[A],142 erga quos *(infirmos)* oportet ut caeteri fratres magnam exhibeant -em. 44[B],53 p.497,22 sancti viri . . . sunt . . . sola -e, non autem servitute honorandi. 50[D],22 ut . . . cum -e et ratione . . . idonei *sacerdotes* eligantur. ERMENR. ad Grim. 33 p.573,9 *(de Deo)* pastor ovile tuens cum -e tuum. VITA Mathild. I 4 -is amore populos placando sibi coniunxit *dux.* GERH. AUGUST. Udalr. I 28 p.416,33 ex vicina propinquitate -e coniuncti. THANGM. Bernw. 13 p.764,5 fraterna -e. CONSUET. Marb. 343 (Spicil. Friburg. X. 1965) sit -e eminens *praelatus.* CHART. Rhen. med. I 459 p.516,25 sociali -e. CHART. Babenb. 54 p.75,13 ut . . . inter predicta monasteria pax et k-s conservetur. CAES. HEIST. hom. exc. 198 cum officia -is omnibus subtraheret *abbas,* ipsa domus . . . ad . . . paupertatem devenit. CHART. Raitenh. 135 conventui . . . salutem cum fraterna in Domino -e. CHART. ord. Teut. (Thur.) 187 ad -is opera mentes fidelium excitare. CHART. Brixin. 175 -is subsidia. *persaepe.* **b** *theol. (v. et l.72sqq.):* HONOR. AUGUST. cant. 2,4/7 p.386[A] *Christus* tres gradus ordinavit ch-is, ut in primis Deum *eqs.* ABSAL. serm. 41 p.239[D] est . . . duplex perfectio ch-is, una in constantia diligendi, altera in intentione dilectionis. HILDEG. div. op. 3,10,4 p.1001[B] ch-s et praescientia Dei in unum consentiunt. DAVID compos. 3,31,1 -s est ordinata et magna voluntas serviendi Deo, placendi Deo, fruendi Deo. ALBERT. M. sacram. 183 p.118,82 *primum bonum* est unum et solum obiectum -is. incarn. 42 p.214,83 -s est forma omnium aliarum virtutum. 55 p.231,11 passio *Christi* fuit opus summae -is. summ. creat. I 4,25,2 p.489[b],30 actus ch-is sequitur actum fidei. sent. 1 praef. p.9[a],14 ch-s potest sumi secundum virtutem nominis, scilicet ut est amor appretians multum amatum. 1,17,1 p.465[b],37 ch-s est quasi lumen effluxum a spiritu sancto in nos. summ. theol. II 10,39,1,2 p.445[a],32 ch-s (*Ps. Dion. PG 3,776A* ὁ θεῖος ἔρως) . . . exstasim facit. *al.* **c** *publ.:* **α** *c. sensu benevolentiae, concordiae (cf. M. Wielers, Zwischenstaatliche Beziehungsformen. Diss. Münster. 1959. p.7sqq. al.):* LEX Sal. Merov. 92 quia . . . inter nos germanitatis -s indisruptum vinculum custoditur *eqs.* CAPIT. reg. Franc. 6 p.12,33 cum . . . Guntchramnus et Childebertus reges vel . . . Brunechildis regina Andelao -is studio convenissent. 172 p.355,1 qui *(legati)* inter nos et illos amicitiam et -em ac pacem socient. CONC. Karol. 44[A] p.479,43 auxilium eis ferentes . . . in satisfactionem -is, quae inter nos est. CAPIT. reg. Franc. 254,6 *foedus concordiae* propter pacis -isque custodiam inivimus. *al.* **β** *c. sensu fidei:* IULIAN. TOLET. Wamb. 11 p.510, 25 ipsum se dominum credat habere et in eius debeat -e persistere. **d** *eccl.:* **α** *c. sensu amicitiae, communionis precum (cf. A. Ebner, Die klösterlichen Gebetsverbrüderungen. 1890. p.4):* ALDH. ad Acirc. 1 p.62,1 nos . . . spiritali sodalitatis vinculo devotae -is contubernia copulasse. FORM. Marculfin. 6 ut . . . fraternam -em invicem ad nos conservetis. DIPL. Heinr. III. 244 p.327,14 propter . . . familiaritatem et -em, quam ipse *abbas Cluniacensis* suique antecessores cum . . . imperatoribus habuerunt. CHART. Salem. 189 p.219,34 *fratribus de Salem* longa -e devincti fuerunt *canonici Salzburgenses. al. de societate sacramento sancita (cf. W. Fritze, ZRGGerm. 71. 1954. p.105sq.):* VITA Audoini 4 (MGMer. V p.556,4) Eligium . . . fidei -e coniunxit *Audoinus.* **β** *e. sensu honoris, salutis (de potu, v. et p.287,62sqq.):* GERH. AUGUST. (?) Udalr. II 11 p.421[a],3 siceram bibere pro -e sancti Oudalrici (p.421[a],25. *ibid. al.*). **2** *in imag. et per prosop.:* ANON. de alleg. (Cod. Sangall. 230 p.536) prima *virtus* sancta -s dicta est; illa regit camaram Christi. LIUTG. Greg. 11 p.75,29 de uno patre spiritali et de matre omnium virtutum -e generati sunt *discipuli.* RADBERT. carm. 2,9 (MGPoet. III p.51) C-s harum *(trium sororum)* est cunctis precelsior una *eqs.* HROTSV. Sap. tit. passio sanctarum virginum Fidei, Spei et K-is. HILDEG. epist. I 30 p.193[C] non decuit, ut ch-s pennis careret. *al.* **3** *in nominibus:* **a** *hominum:* VITA Burch. Worm. 13 una ex eisdem sororibus, C-s nominata. LAMB. TUIT. Herib. 2,7 p.1249,38 ut amisso proprio vocabulo usitatius nominaretur C-s *abbas Wolpertus.* **b** *loci:* HUGO FLOR. act. 11 p.391,5 cenobium, quod De K-e vocatur. **4** *meton.:* **a** *de Deo (cf.*

[Payr]

Vulg. I Ioh. 4,16): α *theol.*: GODESC. SAXO theol. 3 p.98, 17sqq. -s . . ., quae filium habet, solus est pater Deus ingenitus -s ingenita; . . . -s, quae patrem habet, solus est filius -s genita. p.98,22 nec tres sunt -es . . ., sed una . . . est et trina . . . -s. 22 p.310,8 Deus ab ingenito genitoque procedens Deo aeterna et vera -s *est*. HILDEG. epist. I 30 p.193[D] ch-s hominem creavit, humilitas . . . eum redemit. ALBERT. M. incarn. 43 p.215, 48 *spiritus sanctus est* -s increata. *al.* β *usu communi*: ERMENR. ad Grim. 34 p.574,6 o regnans deitas . . ., lux lucis, -s. *al. luditur c. notione convivii*: NOTKER. BALB. gest. 2,6 p. 53,26 Deus -s est, qua iste vacuus est. **b** *de hominibus*: ALDH. epist. 1 p.476,3 vestrae -is affabili praesentia frui. LIBER diurn. 106 p.139,20 tuam unanimem -em ammonemus. FORM. Senon. I 37 cognuscat dilecta -s vestra. RATHER. epist. 4 p.28,25 vestrae paternitatis sanctissima -s. CHART. episc. Halb. 55 noverit omnium Christi fidelium -s. HERM. IUD. conv. 20 p.122,5 (ed. G. Niemeyer. 1963) -s fratrum. CHART. Eichsf. 513 ius *feudale* . . . Bruno . . . nostre *(sc. Basilii militis)* destinavit -i. *saepe*. **c** *de rebus*: α *opus vel officium dilectionis – Liebeserweis, Liebespflicht*: UNIBOS 175,4 (ed. K. Langosch, Waltharius, Ruodlieb, Märchenepen. 1956. p.294) mendacium non profero, -em pronuntio. THIETM. chron. 7,33 p.438,26 sine mea -e mortuus est. DIPL. Conr. II. 192 p.256,23 ut . . . episcopus . . . ibi *(sc. in monasterio)* prandendo -em adimpleat. PAUL. FULD. Erh. 1,5 p.12,15 caelestis pignoris k-em, scilicet libationem osculi. ALBERT. AQUENS. hist. 11,18 est . . . inviolabilis -s, ut subveniamus. *al.* β *agape, cena pro signo fraternae dilectionis praebita – Liebesmahl, Brudermahl* (*cf.* GLOSS. IV 30,32 St.-S. agape dilectio vel -s spentae): VITA Goar. 3 cum peregrinis et pauperes perfectam et Deo acceptam -em faciebat. WANDALB. Goar. 2,11 rogat, uti . . . in cella eius -em, ut verbo usitato loquar, facere debeat *Karolus imperator*. IOH. CANAP. Adalb. 17 cum -em ibi *(sc. in monasterio)* facere iussa foret *femina*, iam septem annis panem se non gustasse profitetur *eqs*. THIETM. chron. 6, 19 post missam et -em expletam. EKKEH. IV. cas. 38[in.] rex . . . cum ob -es agendas fratribus . . . coenobio veniret. *al.* γ *potus vel cibus extraordinarius, oblatio vini – Zulage an Trank und Speise, Weinspende (cf. B. Bischoff, Mittelalterliche Studien. II. 1967. p.56sqq.)*: GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p.393,16 canonici . . . -em accipientes. CONSUET. Trev. 43 p.42,25 potest abbas . . . fratribus -em facere omnibus singulis potibus porrectis. TRAD. Ratisb. 416 ut in anniversario eius . . . et elemosina c pauperibus et fratribus -s ageretur *(item de anniversariis*: THEOD. TUIT. registr. II p. 285,9 ad k-es fratrum vel pitantias pertinent XXXIII solidi. CHART. Raitenh. 23 quatuor -is servicia. TRAD. Teg. 373[a] p.286,38 -s . . ., scilicet . . . potus vini et panis et IV pulmenta. *al.)*. WILH. HIRS. const. 2,12 p.1051[B] de cella novitiorum in refectorium ch-em suam *(sc. abbatis)* mittere. p.1051[C] ch-em bibendo. CONSUET. Marb. 258 (Spicil. Friburg. X. 1965) potum -is benedicat dextra Dei patris. CHART. Sangall. B 143 p.142,2 propinatur fratribus . . . k-s nati infantis poculum vini. CHART. Berg. Magd. 121 p.84,36 magister k-is. *saepe*. *collectio vel cena cum cibo vel potu extraordinario celebranda – Zusammenkunft oder Mahl mit zusätzlicher Spende an Speise und Trank*: EKKEH. IV. cas. 110 de communi et privatis collectae fiunt et habundam -em faciunt. WILH. HIRS. const. p.1051[D] debet . . . ch-s solito longior esse. ORTL. chron. 1,17 p.76,22 plenariam refectionem, quam appellamus -em. GESTA Lob. 21 collectionem ecclesiasticam, quae ch-is nomine vocatur. *al.* δ *potus amoris – Minnetrunk (cf. A. Franz, Kirchliche Benediktionen im Mittelalter. I. 1909. p.291)*: GERH. AUGUST. (?) Udalr. II 12 capit. p.419,20 -em sancti Oudalrici bibere. 11 p.421[a],7 cum ista -e signatus certus sum, quia nullius adversitatis pravitas mihi hodie poterit nocere. *al.* ARNOLD. RATISB. Emm. 1,7 p.552[a],32 k-e eius *(s. Emmerammi)* finiri convivium. p.552[a],34 pincernae propinantes singulis . . . k-em martiris. ε *alimentum – Verpflegung*: EPIST. Worm. I 54 quatinus . . . cum aliqua -is exhibitione mihi pateat hospicium. STATUT. ord. Teut. p. 108,15 famulis in -e servientibus. p.108,42 dare eis solidos et -em. p.109,40 de-e vel precio respondere. *ibid. al.* ζ *donum, munus, oblatio – Geschenk, Gabe, Stiftung*: EPIST. Worm. I 4 mittimus vobis parvulam -em. PAUL. FULD. Erh. 2,11 (8) de pede crucifixi . . . denarius quasi quaedam k-s . . . decidit. TRAD. Fuld. I 75 p.152,25 in ius -is animarum, quod vulgo selgereth dicitur, duo talenta ordinamus. TRAD. Ratisb. 929 se habere . . . de ecclesia . . . carradam vini . . . non iure beneficii, sed loco donationis et -is. *al.* η *pignus sanctum – Reliquie*: TRANSL. Modo. 34 p.305,2 -is geruli. **B** *latius*: **1** *amor coniugalis – eheliche Liebe*: DIPL. Loth. I. 106 p.252,26 (ed. Th. Schieffer. 1966) coniugii -e. HILDEG. scivias 1,2 p.392[C] vir et mulier caro una in coniunctione ch-is ad multiplicandum genus humanum efficiuntur. **2** *studium, respectus – Eifer, Rücksicht*: GODESC. SAXO theol. 11 p.220,10 quae si . . . ex -e veritatis, ut oportet filium veritatis, . . . legeris (19 p.261, 18 v. et fraternitatis -e cogente. gramm. 2 p.480,11). **3** *necessitudo, consonantia – Beziehung, Zusammenklang*: Ps. ODO CLUN. dial. 18 p.264[a],28 quia nulla sequentium diatessaron ei *(primae nonae)* -e coniungitur, quae principalis est consonantia.

II *magnum pretium – Teuerung*: CAPIT. reg. Franc. 28,4 sive tempore abundantiae sive tempore -is. EKKEH. URAUG. chron. a.1123 p.261,21 coepit undique -s, immo raritas, annonae succrescere.

***caritativus** (ka-, cha-), -a, -um.

carrum signa portans – Fahnenwagen: Otto Mor. hist. p.112,8 omnibus . . . collectis prope carozolum (-ezolum *var. l.*). Const. I 204 p.281,32 quod *(vexillum)* miro artificio egregiae molis et altitudinis ferebant in karrotio, quem iuga boum non pauca trahebant. Gesta Frid. imp. A p.40,22 Mediolanenses . . . egressi sunt . . . cum carocero (carozeno *var. l.*). Ioh. Codagn. annal. a. 1175 p.10,16 Lonbardi quatuor carocia . . . construxerunt. Acta imp. Böhmer 927 dederunt . . . crucem . . . habitam cum ipso -zolo *eqs.* Burch. Ursb. chron. p. 43,16 plebei . . . vexillum sancti Ambrosii super caroclam suam advexerunt. Annal. Rup. Salisb. II a. 1237

[Gottschaller]

inperator . . . triumphavit, ita ut potestatem . . . in karrucio ligatum abduceret. CONR. MUR. summ. 6,6[e] p. 441,14 Thuricenses . . . cum suo -chio contra Basilienses venerunt. SALIMB. chron. p. 14,13 Saladinum more Lombardorum vexillum in -ia deducentem. p. 213,7 si -um alicuius civitatis capitur in bello, civitas illa magnum opprobrium reputat sibi fieri *eqs.* ALBERT. MIL. temp. 206 fuerunt carocii de Parma et de Bononia in servicio Regii. MEMOR. Mediol. a. 1239 (MGScript. XVIII p. 402,26) imperator cum carozino Cremone transivit. *saepe.*

***carropera** (caro-), -ae *f. sg. vel* -um *n. pl.* *munus vehendi – Fuhrdienst:* FORM. Marculfi 2,36 (ed. A. Uddholm. 1962) nulla funccione . . . vel pascuario aut agrario -a (caro- *B 1*) . . . solvere . . . non debiatis. CAPIT. reg. Franc. 273,29 coloni, . . . qui . . . -a et manopera ex antiqua consuetudine debent. *al.* CHART. select. Waitz 2 p. 4,26 faciat . . . mansus . . . noctes . . . septem in -a. DIPL. Merov. III A 2[b] p. 117,10 (spur. s. XII.) solvunt caropera et vervicem.

carrotidus *v.* caroticus.

***carrotium, *carrozolum** *v.* *carrocium.

***carruada, -ta** *v.* *carrucata.

***carrubius,** -i *m. vel* ***carrubium,** -i *n.* *(ital. sept. dial.* carrobbio, carruggio *a* quadruvium, *cf. S. Battaglia, Grande Dizionario della lingua italiana. II. 1962. p. 804.807)*

1 *quadrivium (spatiosum) – Straßenkreuzung, Platz:* CHART. Tirol. 552 p. 32,30 (a. 1204) in -o, quod est ante domum Berte. **2** *via (angusta) – (enge) Straße:* ANNAL. Ianuens. III p. 19,10 cum . . . muri facti essent . . . in . . . -is et viis publicis. IV p. 25,6 in vico sive -o . . ., per quem *eqs. ibid. al.*

***carrubla** *v.* *carubia.

carruca, -ae *f. script.:* ka-: *l. 72.* ga-: *l. 51.* caru-: *l. 41.42.* ?cartu-: *l. 49.* -ug(a): *l. 38.51. p. 312,11.* -ua: *l. 40.* -iga: GLOSS. III 652,56 St.-S.

1 *vehiculum (plerumque birotum) – (meist zweirädriges) Fahrzeug (cf.* GLOSS. II 571,66 St.-S. pilento -a sabuch. 739, 16 -a carruh. III 374,36 reidewagen, -a idem): **a** *gener.:* LEX Sal. Merov. 38,1 si quis caballum, ⌊qui -a (-ga *C*, carucam *A 3*) trahit⌋ (⌊⌋ carrucaricium *A 1*), furaverit (*inde* LEX Sal. Karol. 40,1 -gam [-uam *K 18*]). LEX Ribv. 47,2 si quis per messem alienam cum carro vel caruca (-ga *var. l.*) transierit *(v. comm. p. 153).* PACTUS Alam. V 2 si -a (-ga, caruca, carugam *var. l.*) involat aut rumpit de rotas de davante. DIPL. Otton. I. 299 plaustris vel -is vel quibuscumque vehiculis adductis . . . mercibus. VITA Paulin. Trev. 21 -a prae foribus ecclesiae . . . suspensa est. MIRAC. Firm. 2 praef. (MGScript. XV p. 806,56) in quadrigis et in lecticis, in -is advehebantur *languidi.* CHART. Bern. I 5,68 p. 463,19 permisimus . . . usum nemoris . . . ad cartucas *(sic ?)* construendas et caros. CHART. Wirt. VII 2464 si . . . pons non foret . . . reparatus currui et g-ge per ripam competenti transitu adaptato. NICOL. BIBER. carm. 1723 (ed. Th. Fischer. 1870) facit . . . alter -as, ut in hiis nova vascula ducas. *al.* *de vehiculo splendido:* ALDH. virg. I 19 p. 248,20 aliter sedet in -a praefecturae dignitas, aliter mulionis vilitas *eqs.* METELL. Quir. 3[a], 3 -as ibi gemmeas . . . equi abripiunt. *proverb.:* ADEMAR. hist. 3,55 p. 178,9 Grecus cum -a leporem capit. **b** *iur.:* **α** *de teloneo:* CHART. scrin. Col. A II 1 p. 293,12 (a. 1150/61) introeundo ex carra IV den. . . ., ex -ga (gloss.: ahtirgewant [*v. notam ed. p. 307*]) introeundo II den. . . . exsolvant. CHART. Xant. 211 p. 141,44 ligna . . . curribus deducentes singuli fertonem persolvent, de -is . . . dimidium fertonem. *al.* **β** *angaria – Spanndienst:* CAPIT. reg. Franc. 32,23 qualiter pro servitio . . . vaccaritiae vel -ae nullo modo minoratae sint *(cf. K. Verhein, DtArch. 10. 1954. p. 352sqq.).* **c** *milit. i. q. carrocium – Fahnenwagen:* RICHER. SENON. gest. 4,7 -am . . ., quam standarium vocant, cum vexillo suo adquisivit. ANNAL. Mell. Sancr. II a. 1239 imperator . . . multos . . . cepit et occidit et cum potestate eorum et -a.

2 *aratrum rotis instructum – Räderpflug:* **a** *strictius:* PETR. WILH. Aegid. (MGScript. XII p. 322[b], 7; a. 1121/24) aratro . . ., quod apud eos k-a vocatur. GESTA Bert. 3,12 -e nostre . . . de eadem *(terra)* violenter fuerunt eiecte. **b** *latius:* **α** *aratrum cum iugo – Pfluggespann:* HARIULF. chron. 4,24 p. 244,29 (edict. Wilh. regis) omnes -ae arabunt tribus diebus (*cf.* p. 244,31). p. 245,4 consuetudines -arum. *al.* HERM. TORN. rest. 78 quatuor -as ibidem posuit ([*syn.* 72 p. 308,36 quadrigas]. 80 plus quam sexaginta -as p.). ROB. ARR. fund. (MGScript. XV p. 1124,32) labores tocius anni, videlicet quicquid XII -e excoluerant. **β** *mensura quaedam superficiei (tracta ex operibus iugorum) – ein Flächenmaß (nach der Arbeitsleistung von Pfluggespannen):* COD. Lauresh. 3796 (a. 800) donamus . . . terram indominicatam ad II -gas. CAPIT. reg. Franc. 275,12 de -a indominicata. CHART. ord. Teut. 34 (a. 1198) concedo de unaquaque -a laborante unam clicham frumenti. LAMB. ARD. hist. 36 p. 580,19 in . . . incrementum feodi ad quinque -as Hamensibus contulit terram. *al.* *fort. add.:* TRAD. Monast. 2 (s. X.) III iugera exarabilia atque IIII -as (carrarucarum *cod. a. corr.*) pratorum.

carrucaricius, -a, -um. *ad carrum trahendum aptus – Wagen-: v. p. 311,39.*

carrucarius, -i *m.* *rector carri – Fuhrmann:* EKKEH. IV. cas. 61 *(in imag.)* -um . . . illum *(episcopum)* ab itinere meo nunquam declinabo. CONR. MUR. summ. 6,1 p. 426,5 auriga, -us, quadrigarius. CHART. scrin. Col. B 824 retro domum . . ., in qua -us moratur.

***carrucata** (-uga-, -ua-), -ae *f.* *acc. pl.* -des: *l. 28.* *mensura terrae arabilis – Maßeinheit für Pflugland:* CHART. Rhen. med. II app. 10 p. 339,40 (s. X./XII.) de dominicali terra habemus IIII -uades; II arantur ex nostro aratro *eqs.* CHART. ord. Teut. 14 p. 14,9 dono . . . quatuor -as terre. ACTA imp. Stumpf 199 p. 279,17 ut singule -e XV essent modiorum. WILH. ANDR. chron. 8 ad unam -am (carrucam *2*) terre. CHART. Lux. II 348 p. 376,4 tres -uatas terre et decem falcatas prati. CHART. Rhen. med. III 1495 p. 1080,8 duobus denariis . . . solvendis de qualibet -gata. *al.*

***carruco,** -are. *curru vehi – mit einem Wagen fahren:* MIRAC. Ursm. 1,23 p. 835,27 per medium -antes Dei nutu transierunt incolumes.

carruga *v.* carruca. ***carrugata** *v.* *carrucata.

***carrugium** *v.* *carrigium.

carrugula *v.* graculus. **carrulo** *sim. v.* ga-.

carrum, -i *n.*, *rarius* **carrus,** -i *m. vel* ***carra,** -ae *f. script.:* ga-: *l. 46. adde* GLOSS. III 657,35 St.-S. IV 67, 45. ka-: *l. 55.* -ar(um): *l. 55.58. p. 313,21sq.* *post s. IX. rarescit in schedulis nostris.*

1 *strictius i. q. vehiculum, plaustrum – Fahrzeug, Lastwagen (cf.* GLOSS. III 371,50 St.-S. -um karre. 652,1 garrum vel plaustrum vvagin): **a** *gener.:* LEG. Burgund. Rom. 17,3 carpenta vel -a. LEX Sal. Merov. 34,4 si quis per alienam messem . . . sine viam . . . cum -o transierit. LEG. Lang. p. 209,5 plaustrum, quod vulgo dicitur -um. LEX Baiuv. 7,4 in itinere positus cum -a vel cum nave. CAPIT. reg. Franc. 185 p. 5,14 homines . . . bene sint praeparati cum equis, armis, vestimentis, -is et victualibus. ADALH. brev. Corb. 13 p. 381,7 (Corpus consuet. monast. I. 1963) -a . . . accipiant ortolani de bura. CHRON. Ven. Alt. p. 78,22 karis multitudo illas crocias portare non potuerunt. IOH. CODAGN. annal. a. 1229 p. 97,12 manganelli super -is constructi. ALBERT. MIL. temp. 215 capit. p. 363,27 homines transibant . . . Padum cum caris et trazis. *saepe. v. et vol. I. p. 1391,67.* **b** *iur.:* **α** *de teloneo sim.:* DIPL. Merov. I 82 de carra (*ex* 61 carradeci), qui hoc inferre vedintur. DIPL. Pipp. 6 p. 10,29 nec de navigia nec de portus nec de -a nec de saumas nullo telloneo . . . exigere (*sim.* DIPL. Karlom. [I.] 46. CAPIT. reg. Franc. 143,2 de . . . -is sive sagmariis sive friskingis sive aliis . . . vehiculis. DIPL. Loth. I. 47 [ed. Th. Schieffer. 1966] de duabus navibus . . . et de -is et sagmariis. DIPL. Otton. II. 192 p. 220,22). FORM. imp. 24 naves vel -a seu quaelibet alia vehicula . . . libere discurrant. DIPL. Loth. I. 91 p. 225,10 (ed. Th. Schieffer. 1966) in -is aut in sagmatibus vel dorsis hominum conportare. **β** *de servitio vel opere:* FORM. Marculfi 2,1 p. 72,16 -arum angaria. LEX Baiuv. 1,13 angarias cum -o (-a, -as *var. l.*) faciant. TRAD. Frising. 546 totum *(sc. fenum et segetem)* cum

[Gottschaller]

suis -is ad granario reportare. CHART. Sangall. A 304 cum -a quattuor bubus adiunctis. CHART. Rhen. med. I 135,1 in hostilicium -um I et boves IIII. 135,47 in angaria . . . cum boves II et -um dimidium. *ibid.:* trahit fimum cum -is II ad opus dominicum. II app. 15 p.416,19 -us illorum . . . debet carratam vini. *al.*

2 *latius:* **a** *de actione i. q. vectura – Fuhre:* CAPIT. reg. Franc. 22,81 tria carraria opera licet fieri . . ., id est ostilia -a vel victualia *eqs.* **b** *de mensura:* **α** *carrada, vehes – Wagenladung, Fuder:* FORM. Marculfi 1,11 (ed. A. Uddholm. 1962) olera, ligna, -a tanta. CHART. Sangall. A 3 reddamus -am de vino et -am de siligine et -am de feno. CONC. Karol. 53 p.693,21 per vindemias de circulis -a X. DIPL. Loth. II. 15 p.407,34 (ed. Th. Schieffer. 1966) prata, quibus possunt tolli foeni -a quingenta. TRAD. Ratisb. 59 ligni incisionem ad unum -um. CHART. Rhen. med. I 120 p.126,24 de lignis -a V, . . . de stercoribus carrada V. DIPL. Karoli III. 145 p.233,35 duo -a et quatuor sagmas ligna. CHART. Rhen. inf. I 93 p.52,19 de vineis particulas tres et sex -as de vino. DIPL. Heinr. II. 461 p.584,35 de pratis, unde exeunt -a de fęno triginta. CHART. Tirol. 687 p.143,10 dabant . . . de vino XII denarios de caris, de blava XII denarios de caro. *al.* **β** *mensura quaedam pratorum – ein Flächenmaß für Wiesen:* CHART. Sangall. A 199 p.189,16 (a. 809) pratum -orum quinque (B 705 p.306,31). REGESTA Alsatiae I 456 (ed. A. Bruckner. 1949) de terra arabili iugera quadraginta sex et de pratis ad -a decem. CHART. Bund. I app. p.376,15 de pratis ad -os CLX. p.376,21 de pratis XL -os. TRAD. Ratisb. 30 p.37,21 de terra iugera C, de pratis ad -as XV. *al. fort. add.:* CHART. Sangall. A 120 (a. 789) pratum sex -arum *(ci. ed.,* excarratum *cod.).*

***carruncula** (-riu-), -ae *f. vehes parva – kleine Wagenladung:* CHART. Sanzenon. 7 (Mon. Boica III p.536,19; c. 1150) ex singulis patellis singulas carriunculas *(cod.,* cartu- *ed.)* . . . dare. CHART. Tirol. 963 donavi . . . XII -as salis . . . de salina mea (1039. 1086. 1137. CHART. Neocell. (Brixin.) 35 [Font. rer. Austr. II 77. 1965]). *Gottschaller*

***carrupla** *v.* *carubia. **carrus** *v.* carrum, parrus.

***carsia** *v.* *carpesia. **carta** *sim. v.* cha-.

cartago *v.* sartago. **cartagus** *v.* catarrhus.

cartallum, -i *n. (m.* -us: *l.47)* (κάρταλλος) *script.:* ka-: GLOSS. III 372[21] St.-S. crat-: *l.45.* -tell-: *l.43.46. 53.* -tul(um): *l. 44.*

1 *calathus – Korb (cf.* GLOSS. I 625,3 St.-S. -ellum panarius i. tenel. 627,66 [cod. b] ad -um [-ulum *var. l.*] zizeinnum fanare. III 215,45 calathus vel cratallum zeina vel cretto. 296,58 -um canistrum i. cratto. 718,2 -ellum kesecorph. IV 198,25 -um scinakar. 214,10 -us zain. *al.):* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,90 -um . . . gravavit *Iudith.* HARIULF. Arnulf. 2,16 p.889,3 in -um, quo vestes iacebant. *per compar. et in imag.:* EPIST. var. II 29 p.347,3 studii mei fuit . . . flosculos . . . quasi in quodam -o congerere. HRABAN. hom. II 90 p.318[C] in -o conversationis nostrae. **2** *carruca (ex viminibus contexta?) – (?Korb-)Wagen:* GLOSS. IV 221,14 St.-S. -ellum carruh.

***cartamus** (cha-) *vel* **-um,** -i *m. vel n. (orig. arab., cf. Corominas, Dicc. etim. castell. I. p.711) cnecos – Saflor (Carthamus tinctorius L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p.855sq.):* ALPHITA I p.283,3 -um, id est crocus ortolanus vel eius semen. THADD. FLORENT. cons. 4,109 ameos, -i . . . drachmam I. WILH. SALIC. chirurg. 5,4 p.357[H] semen . . . ch-i.

cartana *v.* quartanus. **cartarium** *sim. v.* cha-.

***cartella,** -ae *f.* (*cf.* cartilago) *cartilago – Knorpel:* GLOSS. III 439,75 St.-S. -a vel cartilago chrustele.

***cartellarius** *v.* *chartellarius. **cartellum** *v.* cartallum.

carterius *v.* chartarius. ***cartharlace** *v.* *catariace.

?*cartice *subst. (orig. inc.) species piscis – Fischart:* ARNOLD. SAXO fin. 2,7 p.63,44 est piscis australis -e *eqs.*

***carticium, *carticula, *cartiger** *v.* cha-.

***cartilagineus,** -a, -um. *ex cartilagine consistens – aus Knorpel bestehend, knorplig:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,5 p.6b[F] *costarum* extremitas, ne forte rumperetur, est -a.

cartilaginosus (ch-, -ll-), -a, -um. *ex cartilagine consistens – aus Knorpel bestehend, knorplig:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.80,33 mollius est et -ius *os pectoris.* p.91,29 canna . . . pulmonis -a et anulosa est. GLOSS. Roger. I A 2,15 p.628,19 partes narium sunt -llaginose. ALBERT. M. animal. 1,171 creata est . . . auris -llaginosa. 2,42 quorumdam . . . animalium virga ex carne componitur et substantia -llaginosa (*p.500[b],20* χονδρῶδες) . . .; quorumdam autem tumescunt ex nervo -llaginoso. *al. remissius i. q. mollitus – erweicht:* MATTH. PLATEAR. gloss. p.373[C] crassum bdellium consolidat membra ch-a.

cartilago, -inis *f. script.:* ka-: *l. 32. adde* GLOSS. III 436,35 St.-S. *al.* cha-: *l.21.* -tul-: *l.17.* -ll-: *l. 16.24.27 sqq. al.* -telainis: *l. 34.*

os molle, chondros – Knorpel (cf. GLOSS. I 509,26 St.-S. -es brustbeini. III 661,33 -llago grustele vel prustleffil. 722,23 -ulago burstlappo. IV 124,24 -o grunzopa grece dicitur, brustlofel. *saepe):* ANTIDOT. Bamb. app. p.38,29 epithema . . . -e incisas et ossa . . . sanat. LEX Frision. add. 3[a],12 si . . . -o *nasi* perforata fuerit. MATTH. PLATEAR. gloss. p.370[A] ad modum ch-is. CHRON. Sigeb. cont. Aquic. a. 1178 habebat *piscis* . . . super caput -em gladio simillimam. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.69,10 -em, que auricula seu bucina auris dicitur. ALBERT. M. animal. 1,123 -llago . . . est secundum inter membra similia; et dictum quidem est, quod ipsa est, ut os non collidatur cum osse *eqs.* 1,243 componitur . . . hoc membrum *(sc. epiglottis)* ex tribus -llaginibus, quarum una est . . . -llago peltalis . . ., secunda autem est -llago . . . innominata . . . et tertia est super istas -llagines duas posita *eqs.* 3,76 neque recrescit neque consolidatur -llago (*p.516[b],33* ὁ χόνδρος). *ibid.:* habet *huso piscis* . . . unam continuam -llaginem extensam per dorsum. 12,137 ossa . . . et kartillago facta sunt, ut sint . . . fundamentum totius corporis. *al. (v. ind.).* MOSES PANORM. marisc. 2 p.151,16 si fuerit *inflatio* cartelainis solum, poterit curari. WILH. SALIC. chirurg. 3,4 p.342[C] ossa pectoris . . . continuantur ad invicem mediante -e. *saepe. alleg.:* HRABAN. univ. 6,1 p.164[D] -o aliquando significat simulationem virtutum. 6,3 p.180[A] -o eius *(diaboli)* minus potentes.

***cartineus** *v.* *chartineus.

cartofilacium *sim. v.* chartophylacium.

cartola *sim. v.* chartul-. **cartuca** *v.* carruca.

cartula *sim. v.* cha-. **cartulago** *v.* cartilago.

***carvana** *sim. v.* carav-.

***carubia** (scarabia, karabe, karubba, carrubla *sim.*), -ae *f. (arab.* ḫarrūb, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 832)* **1** *proprie de fructu i. q. siliqua – Johannisbrot:* GLOSS. III 559,38 St.-S. karabe sente Iohannis broth. ALPHITA I p.314,13 siliqua dicitur fructus, de quo dicitur, quod est scarabia (II p.170,31 carobia). **2** *translate de pondere parvo vel moneta i. q. siliqua – Karat:* PLATO TIBURT. tab. 4 p.496,16 ad cuius carabie pondus. CHART. ord. Teut. 1 p.2,2 de singulis bisantiis carruplam solam . . . dabit. 34 p.28, 11 de capris . . . habebitis V carrublas *eqs.* p.28,14 de unaquaque carruca . . . habebitis III karrublas. IOH. sacerd. 198 ex isto *lapide* pone -am unam super XXIII argenti. HONOR. III. registr. 233 p.162,29 dare . . . tributum bizantium unum auri et quatuordecim karubbas.

caruca *v.* carruca.

***carvi** *indecl. (arab.* karawijā', *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 1087)* **1** *careum – Kümmel (Carum Carvi vel sim., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p.856sqq.; plerumque de semine aromatico):* CONSTANT. AFRIC. grad. p.372,21 -i calid(um) et sic(cum) est in tertio gradu; ventositatem et inflationem dissolvit *eqs.* GLOSS. III 486,46 St.-S. -i cumi. 539,16 -i carne *(a),* vetl kumil *(b). al.* IOH. PLATEAR. simpl. med. p.13a[V] -i herba et semen appellatur, in transmarinis partibus . . . reperitur *eqs.* MATTH. PLATEAR. gloss. p.370[A]. *al. v. et supra p.272,60 et vol. I. p.558, 64sqq.* **2** *millefolium – Schafgarbe (Achillea Millefolium L., cf. Marzell, op. cit. p.80sqq.):* ALBERT. M. veget. 6,273 herba, quae dicitur -i, quae etiam divaricata habet folia *eqs.* 6,318 -i est herba, quae alio nomine achillea vocatur *eqs.*6,328.

[Prinz]

carvita *v.* carota, caryota.

1. carum *v.* aron. **2. *carum (minium)** *v.* *carminium.

caruncula, -ae *f.*

1 *strictius i. q. frust(ul)um carneum – Fleischstück(chen):* **a** *gener.:* VITA Find. 11 particula ex eadem -a. EPIST. Mog. 63 p.413,21 apparuit in bicario -a cruenta. **b** *medic.:* **α** *pars carnosa – fleischiger Teil:* MAURUS anat. I 20 in . . . inferiori parte linguae inveniuntur duae -ae . . ., quibus mediantibus . . . perficitur sapor. MAURUS (?) anat. II p.11,17 perficitur . . . per -as (carnulas *B*) . . . dependentes olfactus. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.69,29 in quibusdam avibus -a est intus in naribus *eqs.* ALBERT. M. animal. 12,53 olfactus *completur* duabus -is mamillaribus, quae sunt in anteriori parte cerebri. 12,132 vacuitates *cerebri* . . . implentur quasi -a quadam, quae est quasi vermiculus *eqs.* ALBERT. M. (?) animal. quaest. 8,11/14 p. 194,24 in fronte pulli nati est quaedam -a carnis (*p. 577*[a]*,8* ὃ ἐπιφύεται), quae dicitur hypomanes *eqs. al.* **β** *tuber, sarcosis – Auswuchs, Geschwulst:* CAES. HEIST. mirac. I 8,32 p.106,17 digito ostendens *leprosus* -am de naribus pendentem. CHART. march. Misn. III 468 p.324,11 super cuius visum -e quedam excreverant (*cf.* p.324,19). THEOD. CERV. chirurg. 3,43 p.171[E] ficus . . . sunt quaedam -ae superfluę. *al.*

2 *latius i. q. caro, carnalitas, corpus – Fleisch, Fleischlichkeit, Körper:* GESTA Apoll. 308 mole vehor sceleris pascitque -a matris *(i. filia).* ARNULF. delic. 366 importat validam confota -a luctam. COSMAS chron. 3,36 p.208,27 quicumque pavidam . . . habet . . . -am. *Prinz*

1. carus (ka-), -a, -um. *script.:* cha-: LIUTG. Greg. 12 p.77,4 *cod. 1.* DIPL. Heinr. III. 389. *v. et l. 45. metr.* că-: CARM. cod. Paris (8812) 4,5,5.

I *adi.:* **A** *de dilectione i. q. dilectus, gratus, iucundus – lieb, ge-, beliebt, wert, angenehm:* **1** *de hominibus (de Deo: l. 48):* **a** *in univ.:* TRAD. Frising. 11 p. 38,40 (a. 758) -um filium nostrum. ARBEO Corb. 15 p.203,9 -i . . . habebantur ibidem sacerdotes. HRABAN. carm. 29,2 sis -us sanctis. WALAHFR. carm. 75,9,1 *(de Augia)* sancta sis . . . nimiumque -a mater. DIPL. Karoli III. 27 coniugis. DIPL. Ludow. Inf. 48 p.172,17 -issimus comes noster. DIPL. Heinr. I. 1 p.39,18 qualiter idem principes karissimi . . . monasterium . . . sub sua constituissent defensione. DIPL. Otton. I. 279 nobis satis -i episcopi. THIETM. chron. 8,9 anima Deo -a. THANGM. Bernw. 23 quem vita -iorem habeo. DIPL. Heinr. II. 382 -os in Christo Babenbergenses fratres nostros. ADAM gest. 2,9 -us (cha- *C2*) in populo et clarissimus . . . in palatio. RAHEW. gest. 3,22 p.195,11 karissimum et spiritalem sancti Petri filium *(sc. imperatorem). persaepe. amans – liebend:* GODESC. SAXO theol. 6 p.137,5 aeterna, vera et -a trinitas. **b** *in allocutione:* WILLIB. Bonif. praef. p.1,4 vere in Christo -issimis . . . coepiscopis. HRABAN. epist. 5 p.388,18 sincera caritate -issimo patri Haistulfo. WALAHFR. carm. 61,6 -e magister, ave. 64,1,6 -e Christo Carole. GODESC. SAXO theol. 22 p.322,15 Domine, . . . summi patris . . . fili . . ., sic ei . . . ut ipse sibi -e, dilecte. DIPL. Loth. I. 108 p.257,15 (ed. Th. Schieffer. 1966) karissime atque dilectissime filiorum. AGIUS epic. Hath. 37 vos, -ae sanctaeque sorores. THIETM. chron. 1,28 lector -issime. 8,12 mihi -e successor. STATUT. ord. Teut. p.130,39 fratres karissimi *saepe.* **2** *de rebus:* **a** *in univ.:* HUGEB. praef. p.88,2 scripta vestra -a. WALAHFR. Wett. 86 dolor dilectus erat, -issima febris. HROTSV. Gong. 465 patriam. WIDUK. gest. 2,20 omnem miseriam -ae libertati postponentes. DIPL. Conr. II. 195 Heinrici regis -a petitione. ECBASIS capt. 537 si quid . . . utilius *dixi*, -um ferat iste senatus. *al.* **b** *c. colore quodam:* **α** *blandus, amicus – herzlich, freundlich:* HRABAN. carm. 37,89 amore. DIPL. Otton. I. 374[a] Uualperto . . . karissimam salutem. DROGO Lew. 1,10 (MGScript. XV p.786,18) nunc ludus verbis agitur, nunc -um convitium obicitur. **β** *illex – lockend:* ALBERT. STAD. Troil. 4,400 si quis avem velit . . . prendere, rebus prendendi -is occupet ille locum. **3** *impers.:* THIETM. chron. 7,75 karius mihi est, ut *eqs.* **B** *de pretio:* **1** *qui magno constat – teuer, kostspielig:* **a** *strictius de rebus venalibus:* NOTKER. BALB. gest. 2,9 p.63,10 *pallia Fresonica* rara et multum -a. CAPIT. reg. Franc. 224,1 vendere autem eis, quae necessaria sunt, faciant non plus -um. NIVARD. Ysengr. 1,839 nulla suo fructu res -ior esse meretur. CHART. Steph. Wirz. 209 p. 216,10 vineam . . . -iorem ac potiorem esse . . . illa, quam *eqs. al.* **b** *latius:* **α** *de tempore:* ALBERT. STAD. annal. p.339[a],16 per Pusterdal -issima sunt tempora et mala hospitia. ACTA imp. Böhmer 229 p.205,9 nisi sit tam -um tempus, quod *eqs. al.* **β** *de homine:* DIPL. Conr. II. 228[b] p.312,11 prepositus . . . callidus et multum -us in omni negotio. **2** *pretiosus – wertvoll, kostbar:* NOTKER. BALB. gest. 1,16 p.20,6 quam decorum precium pro tam -o munere. GESTA Bereng. 3,96 regum, moenia quod retinent -um (gloss.: precipuum) pro munere dantum. FROUM. carm. 27,14 -ius est multum, quod fert labor altus ad usum. EKKEH. IV. cas. 53 gallum . . . -ioris metalli materia fusum. *al.*

II *subst.:* **A** *masc. i. q. dilectus, familiaris, amicus, affinis – Lieber, Vertrauter, Freund, Verwandter:* **1** *in univ.:* CONVERS. Afrae 8 baptizata est Hilaria . . . cum omni cognatione sua et cum omnibus -is (amicis *B 1.2.3*) suis. PAUL. DIAC. carm. 18,19 -um ut hostem iaculis confixit. EPIST. Lup. Ferr. 28 Gerardus, princeps quondam et -us Pipini regis. POETA Saxo 3,39 castigante Deo -os sibi. HROTSV. Mar. 254 -o *(sc. marito)* . . . obvia *Anna.* OTLOH. prov. H 29 (ed. W. C. Korfmacher. 1936) hostem per Dominum, sed et in se dilige -um. DIPL. Heinr. IV. 323 fidelis et -us noster Odalricus. CHART. ord. Teut. (Thur.) 166 p.124,16 ut defuncto a -is suis fiat devocio consueta. *saepe.* **2** *in allocutione:* WALAHFR. carm. 7,5 -e, vale sodes. EPIST. Teg. I 101 o mi -e. THIETM. (?) chron. prol. 15 nevas . . ., -issime, muta. THANGM. Bernw. 43 p.777,34 controversiam, karissimi, . . . terminare debemus. *al.* **3** *in versione nominum vernaculorum:* VITA Bav. III 77 Allowinus, id est cunctorum -us. SCHOL. Adam gest. 25 Deo -us nomen sortiri meruit *Odinkar.* CHRON. Reinh. a. 1193 p.551,39 usque Liptzk, -orum civitatem. *al.* **B** *fem. i. q. dilecta, amica – Liebe, Geliebte, Freundin:* **1** *in univ.:* HROTSV. Theoph. 253 complexus -ae . . . habere. **2** *in allocutione:* AGIUS epic. Hath. 510 nos vel per visus, -a, revise. WALTHARIUS 508 mi -a. THANGM. Bernw. 42 *(ad sorores)* -issimae. *al.* **3** *nom. propr.:* LIBER confrat. Trev. (ArchMittelrhKirchGesch. 7. 1955. p.249,11; a. 1150/1230) Carissima obiit. CHART. Sigeburg. 117 (ed. E. Wisplinghoff. 1964) uxor eius nomine Karissima.

adv. **care.** **1** *de dilectione:* **a** *benigne, amice – liebevoll, freundlich:* DONIZO Mathild. 2,775 Gallia quem *(papam)* patrem suscepit maxime -e. CHART. Westph. VII 530 p.234,40 Frithericus . . . nobis . . . adeo -e servivit. **b** *ardenter – innig:* GESTA Bereng. 1,56 *Italiam* cunctis dilexit -ius arvis. ACTA imp. Winkelm. I 680 p.538,13 amicis -issime predilectis. **c** *libenter – gern:* NADDA Cyriac. I prol. 3,10 se -ius . . . illius verbera pati quam *eqs.* **2** *magno pretio – teuer:* CAPIT. reg. Franc. 28,4 ut nunquam -ius vendat annonam . . . quam modium . . . denario uno (44,4 non nimis -e. 287,13. CHART. Lamb. Leod. 31 p.51,17 quanto -ius potest, vendatur *domus. al.*). LAMB. HERSF. annal. a. 1071 p.128,7 -ius abbatiam . . . emere. NICOL. BIBER. carm. 998 (ed. Th. Fischer. 1870) empta solet -e multum medicina iuvare *eqs.*

2. carus *v.* carrum. *Payr*

caryites (carbicen) *subst.* (καρυίτης) *tithymallus myrtites – Myrtenblättrige Wolfsmilch (Euphorbia myrsinites L., cf. André, Lex. bot. p.75):* DYNAMID. Hippocr. 2,64 tithymali . . . genera sunt II, . . . femina misimiten vel carbicen vocatur.

caryon (-reon), -i *n. (f.: l.68. p.317,2) et* **carya** (-rena), -ae *f.* (κάρυον, καρύα) *form. nom. sg.:* carix *(var. l.): l.67.* caridis: *p.317,1.* caricle: *p.317,1.*

1 *gener. i. q. nux – Nuß:* ALPHITA I p.282,31 -eon (carix *var. l.*) nux idem . . ., inde -eon miristica, id est nux muscata (II p.30,22). **2** *spec.:* **a** -a basilica *i. q. iuglans – Walnuß:* ALPHITA II p.31,8 -ena basillica i. nux Alexandrina, quam multi persicam dicunt. **b** -on myristicon *sim. i. q. nux muscata – Muskatnuß:* GLOSS. Salern. p.8[b],4 nux muscata,

[Sroder]

miristica -idis (ALPHITA I p.282,39 -icle [carice *var. l.*], n. m. idem. II p.31,3 -eon mirifica, i. n. m.).

***caryophyllacium** (gariofila-), -i *n. benedicta – Benediktenkraut, Nelkenwurz (cf. l. 16sqq.):* GLOSS. Roger. I A 2,8 p.606,30 apponantur . . . mortificantia fistulam, ut est . . . succus lanceole, gariofilacii *(cf. l. 26).* THADD. FLORENT. cons. 121,7 ysopi, seminis ozimi, gariofilaci.

***caryophyllatus** (gario-, -ofila-, -yla-, -phila- *sim.*), -a, -um.

1 *adi.: ad caryophyllum pertinens, odorem floris loti Indicae exhalans – Gewürznelken-, nach Gewürznelken duftend:* CONSTANT. AFRIC. grad. p.368,7 cinnamomum . . . est et gario-um, quod est cortex ramorum gariophyllorum. MATTH. PLATEAR. gloss. p.383^{A} semen basiliconis -ylati, semen basiliconis maioris. *v. et vol. I. p.1386,24.*

2 *subst. fem. et neutr.:* **a** *bot.:* **α** *benedicta – Benediktenkraut, Nelkenwurz (Geum urbanum L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p.683sqq.):* GLOSS. III 526,28 St.-S. benedicta gariofilata benedicte. 557,54 gariofilata benedicte. 567,10 sanamunda i. gariofilata benedicte. CONSTANT. AFRIC. grad. p.363,28 gari-um calidum et siccum (IOH. PLATEAR. simpl. med. p.21a^{r} gariofilata vel gariofilatum c. est et s. . . .; dicitur autem -a, quod habet odorem similem gariofilis *eqs.*). GLOSS. Salern. p.6^{b},41 gariophilata sanamunda pes leporis. Ps. OTHO med. 307^{a} gariophillata: proscribit ructus acidos. GLOSS. Roger. I A 1,9 p.527,28 succum . . . gariofilate. ALBERT. M. animal. 22,69 duae mensurae suci herbae benedictae sive gariofilatae. 22,77 emplastrum factum de gariophilata. *al. v. et vol I. p.1164,19. 1422,45.* **β** -a agrestis *i. q. vulgago – Haselwurz (cf. l. 72sqq.):* ALPHITA II p.15,4 asarabaccara vulgago gariofilata (gariofilus ALPHITA I p.278,32) agrestis. **γ** *?osmunda – ?Königsfarn (Osmunda regalis L.):* IOH. IAMAT. chirurg. 9,6 foliorum tenerrimorum osmunde, id est gariofilata, sanicule. **b** *pharm. i. q. remedium caryophylla continens – Gewürznelken enthaltendes Heilmittel:* MATTH. PLATEAR. gloss. p.384^{A} -um dicitur a caryophyllis. IOH. PLATEAR. simpl. med. p.21a^{r} dicitur . . . gariofilata confectio quedam, que fit ex gariofilo.

caryophyllum (ga-, ka-, cha-, cor-, -rio-, -reo-, -rifolum, -rof-, -ofylum, -ofilum, -ofolum, -ofalum, -oflum, -pholum, -phil-, -ile, -ilea *sim.*), -i *n. (m.* -us: *l. 51.54.59sqq.66.69. p.318,2sq.; ?f.* -a: *l. 63. p.318,6)* (καρυόφυλλον)

1 *flos siccatus loti Indicae – Gewürznelke (cf. l. 67sq.):* FORM. Marculfi 1,11 (ed. A. Uddholm. 1962) piper tantum . . ., cariofilo (carioflo, gariofi, cariofile, cariofili, gariofilo *var. l.*) tant(um). GLOSS. med. p.15,13 careofilum species pigmenti. DIPL. Merov. I 86 p.76,33 cariofile lib. II. RECEPT. Sangall. I 80 cariofali unc. II. RECEPT. Bamb. 33 garofilem in pulverem redigis. *al. (v.ind.).* ANTIDOT. Bamb. 52 piperis -II . . ., psillo garofilo -I; quod si psillo garifile non inveneris, gariofilem mittis L. ANTIDOT. Glasg. p.150,26 gariofilos masculos. *al. (v. ind.).* SALOM. II. epist. 29 parva xeniola: . . . cariofili, masticis et piperis fasciculum. GLOSS. III 51,66 St.-S. gariopholum negelli. 387,69 kariofilum carioffer. 529,33 gariofili nagelkin. *al.* DYASC. p.98^{b} garifolum calidum et siccum est (*sim.* ODO MAGD. herb. 2141 gariofilum. CONSTANT. AFRIC. grad. p.357,17 gariophyllum). EPIST. Teg. I 95 adiuncto . . . coriofole nutrimento cum aliis pigmentis. TRACT. de chirurg. 977 odorifera . . . ut sunt gariofili *eqs.* MATTH. PLATEAR. gloss. p.367^{F} -us, quia spiritus reparat *eqs.* IOH. PLATEAR. simpl. med. p.20b^{r} dicimus quosdam gariofilos . . . acuti saporis esse *eqs.* HILDEG. phys. 1,111 p.1174^{C} gariofyli quantum habere potes. 3,53 de pulvere gariofileae, id est nelchin. Ps. PLATO quart. 3 p.138,14 fumus ex chariophillis. CHART. Hans. I 523 p.184,18 species aromaticas utpote muschatas, gariofolos. ALBERT. M. veget. 3,35 in . . . granis gariofilorum. *saepe. v. et l. 23.37sq. et vol. I. p.723,11sqq.* **2** *lotus Indica – Gewürznelkenbaum (Eugenia caryophyllata Thunb.):* ALBERT. M. veget. 6,115 gariofilus est arbor, quae crescit in insula Indiae. *v. et l. 13.* **3** *benedicta – Benediktenkraut, Nelkenwurz (cf. l. 16sq.):* GLOSS. p.261,124 Th. de cariofilo benedicte. **4** -us agrestis *i. q. vulgago – Haselwurz (Asarum europaeum L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p.457 sqq.):* GLOSS. Salern. p.7^{a},12 gariophilus agrestis, vulgus, vulgago, asara baccara. ALPHITA I p.292,41 gariofilus agrestis, asarus idem. II p. 16,7. *v. et p.317,31.* **5** *?aristolochia – ?Osterluzei (Aristolochia L.):* COMPOS. Luc. P 18 ar⟨isto⟩locias, . . . alii geropha (ageropa MAPPAE CLAVIC. 276).

caryota (carvita, caria), -ae *f.* (καρυωτή) *dactylus – Dattel:* BOTAN. Sangall. 30,4 herba sinicion . . ., carvita (cariota *Ps. Apul. herb. 76,4*) . . . semul teris et implastro facis. DYNAMID. Hippocr. 1,57 senecionis flosculus cum -a. *fort. add.:* ANTIDOT. Sangall. p.84,17 moves de fuste palma carie viridie. *v. et* carota.

***Carzapannus,** -i *m.* (*ital. vet.* carzare *et* pannus) *nom. propr. i. qui pannum pectit – Tuchkrempler:* REGISTR. Trident. I 45 p.51,3 (a. 1220) pro terra -i *(v. notam ed. p. 144).*

***carzino,** -are. (*cf.* 2. carminare *et ital. vet.* carzare) *pectere, carminare – krempeln, hecheln:* GLOSS. III 647,44 St.-S. -are zeisalon.

***carzo** *v.* *cresso. *Sroder*

1. casa, -ae *f. (m. vel n.: p.319,32.34.47.64; cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p.452) script.:* ga-: *l. 35. adde* DIPL. Heinr. III. 198^{b} p.253,23 gazas. ka-: *l. 70. p.319,34.72.* caus(a): *p.319,10.35.58.64.72.320,10.* -az(a): *l. 23.* -ss-: *p.319,50.320,2. form. abl. pl.* -bus: *p.319,23. 33.*

I *tugurium, domuncula – Hütte, kleines Haus (cf.* GLOSS. IV 192,63 St.-S. tegurium -a pauperum i. hutten. *al.):* **A** *strictius:* **1** *de habitaculis:* **a** *spectat ad homines:* **α** *in univ.:* WALAHFR. Wett. 414 dormire -a (gloss. R: in hutdun) squalente. TRAD. Ratisb. 195 p.146,11 curtem cum edificiis et reliquis curtilibus, villis et -is. VITA Mathild. I 15 p.580,34 -as et castella peragrabat. COSMAS chron. 3,44 fluvius . . . in hoc suburbio domus, -as . . . rapuit. FUND. Mur. 30 p.95,2 ut nec gasam nec vites . . . inveniremus. HELM. chron. 109 p.216,25 -as de virgultis contexunt *Slavi. al. hyperbolice:* THIETM. chron. 7,55 consideratis multo melioribus hiis *(sc. in caelo)* piget in hac lutea . . . manere -a. *alleg.:* HRABAN. univ. 14,29 p.409^{D} -a sive tugurium possunt egestatem praesentis vitae significare. **β** *in monasteriis (cf. J. van den Bosch, Capa, basilica, monasterium. 1959. p.130):* BEDA hist. eccl. 4,24 p.261,19 -a, in qua infirmiores . . . induci solebant. 4,25 p.265,9 singulorum -as ac lectos inspexi. **γ** *servi domuncula agrorum expers – 'Kate':* CHART. Osn. II 490 (a. 1247) cum minuta decima -arum ad easdem domos pertinentium. III 163 p.120,6 decimam . . . domorum et trium -arum. CHART. Westph. VII 1695 p.778,10 bona . . . cum mansis et mansionariis, -is et casariis. **b** *spectat ad animalia:* **α** *de castoribus:* ALBERT. M. animal. 7,50 castor . . . construit sibi -as . . ., quas facit cum solario. **β** *de apibus, vespis, formicis:* ALBERT. M. animal. 1,55 apis et formica, quae et faciunt -as et replent eas thesauris suis. 8,141 apes et sibi similia animalia . . . habitant simul in -a et civilitate una. **2** *de latebris, hospitiis (cf.* GLOSS. II 160,33 St.-S. mappalia -as i. hutta pastorum. III 130,30 -a herberga. *al.):* METELL. Quir. 66,6 deficit . . . -is nemus struendis. HELM. chron. 71 p.137,17 habitavit *episcopus* sub fago, quousque extruerent -as. FUND. Sangeorg. 13 factis . . . -is, ubi interim repausarent. CHART. Westph. III 1051 p.546,25 -am piscatoriam. **3** *de tectis ad negotia factis:* **a** *de officinis:* **α** *de moneta:* CHART. civ. Erf. 198 (a. 1265) pulcris -is . . . monetariorum . . . sessionibus . . . constructis. *ibid. al.* **β** *de aeris conflatura:* CHART. Walkenr. 70 (a. 1209) -as conflatorias . . . in nemore. CHART. Gosl. I 615 in -is dictis Oeserescamp. CHART. episc. Halb. 1049 -am, que in vulgari appellatur sylvercolk. CHART. Friberg. II 868 -am cum duobus follibus. *al.* **γ** *de salinis i. q. tectum, ubi sal coquitur – 'Salzkotte':* CHART. Rhen. med. I 135,41 p.164,19 (a. 893) -as II, in qua sunt ine III. CHART. archiep. Magd. 349 duas -as salis, in quibus octo sartaginum usus habetur (CHART. Westph. VII 1519 aree sive kase s. in opido Saltkoten). **b** *de mercatu i. q. taberna – Bude, Stand:* CHART. episc. Halb. 574 p.511,50 (a. 1225) cellarium in foro

[Heßler]

. . ., octo -e institorum, v sutorum. CHART. Hall. I 261 de -a quadam, que cram vulgariter nuncupatur. 262 -am inter antiquas cremistas . . . sitam. CHART. Altenburg. 174 p.127,5 -e panis et macellorum. *al.* *adde:* TRANSL. Godeh. 2 p.646,2 -am . . . erigebant, ubi fideles praetereuntes . . . oblationes deferebant. **B** *latius de spatio (exiguo) interiore:* **1** *camera, angulus – Kammer, Winkel:* MIRAC. Pirmin. 11 portitores . . . domorum perscrutati -as. COSMAS chron. 2,42 p. 147,21 in abdita stuba vel -a. *in imag.:* HERM. AUGIENS. vit. 972 hoc . . . nefas dum mentis occupat -as *(ed.,* causas *cod.).* 1302 libido . . . tuas omnes tenet . . . -as. **2** *favus – Wabe:* ALBERT. M. veget. 2,122 componunt *apes* -as ad mellis conservationem. animal. 4,87 mella . . . auferre de -is (26,5). **3** *arcula frugum – Fruchtfach:* ALBERT. M. veget. 6,129 est unaquaeque *theca exterior nucleorum pomi* quinque -arum (*syn.* cameras). **4** *vasculum, fornacula – kleines Gefäß, Öfchen:* Ps. AVIC. anim. 7,4 p.426 singula *frusta plumbi* ponantur in singulis -is factis de luto.

II *domus – Haus (cf.* GLOSS. III 629,4 St.-S. domus vel -a hvs. *al.):* **A** *de habitaculis (una cum fundo vel area; fundo excepto: l. 25.39sq.45.53):* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* EDICT. Roth. 19 si in ipso vico -as incenderint (LEX Baiuv. 2,5). CHART. Sangall. A 188 in . . . terris quam -ibus, edificiis (TRAD. Frising. 455 ecclesia cum -is, aliis e., curtiferis). COD. Odalb. 51 locum -ę. *al.* *proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1, 178 stantes sepe -as anceps fidutia vertit. **b** *spectat ad liberos, nobiles (regem: l. 36):* **α** *ruri:* LEX Sal. Merov. 13,1 si . . . ingenuam puellam de -am aut de screona rapuerint *(cf. H. Dölling, Haus und Hof in westgermanischen Volksrechten. 1958. p.10sqq.).* 34,5 in curte . . . aut in -a (CHART. Sangall. A 60 p.60,16 -a c. circumclausa cum domibus, edificiis. TRAD. Lunaelac. 63 -um cum c. DIPL. Otton. III. 46 p. 447,13 in -ibus habitationis . . . cum cortibus, ortis, areis. *al.*). FORM. Andec. 40 iuxta kaso. LEX Baiuv. 1,13 ad -as dominicas. CAPIT. Saxon. 8 illius causa incendatur. CAPIT. reg. Franc. 128,32 invenimus in illo fisco dominico -am regalem *(syn.* salam, domum; *cf. W. Metz, DtArch. 22. 1966. p.609 sqq.).* TRAD. Frising. 400ª p.342,25 -as dominicales seu cespitales. COD. Lauresh. 2337 mansum indominicatum cum solario lapideo et -a lignea. CHART. Sangall. A 372 p.346,29 -a salica. CHART. Epternac. 145 p.218,11 -am indominicatam cum ceteris edificiis circumpositis. CHART. Rhen. med. I 120 p.125,35 cum -a salaricia et orreo. DIPL. Conr. II. 258 p.356, 31 intus -a domnicata domni . . . marchio. *saepe.* **β** *in civitatibus sim.:* CHART. Fuld. B 29 (a. 756) aream . . . cum -a intus murum Mogontie. DIPL. Otton. I. 181 donavimus XXX -a *(A)* in urbe . . . Daventria. DIPL. Conr. II. 54 p.63,16 cunctas domus cunctaque edificia -arum cum curtis. LEO MARS. chron. 1,59 p.622,6 in Asculo -am solariatam. CHART. Tirol. 138 in cassa habitacionis. *al.* **c** *spectat ad colonos, mancipia, servos:* EDICT. Roth. 280 de -a servi. 352 de -a massarii *(cf.* DIPL. Karoli M. 155 -a una massaricia . . . et tres -as alias aldericias. *al.).* COD. Lauresh. 537 -a super mansum posita (CHART. Epternac. 140 p.210,1 cum curtillis et -is superpositis. DIPL. Ludow. Germ. 12. *cf.* TRAD. Weiss. 83 manso 1, ubi servus -am . . . stabilire potest). 2037 mansum cum -a et curia (TRAD. Patav. 39 cum -a et cum curte. DIPL. Heinr. III. 335 duas curtiles causas. *al.*). *saepe.* **d** *spectat ad monachos:* CARM. Aldh. 1,156 metuebant . . . -am contritam crepore. 1,167 -ae cacumina. **2** *latius:* **a** *curtis – Hof:* CHART. Epternac. 157 p.240,6 (a. 894/95) -am dominicatam cum domibus in ea edificatis. **b** *res domesticae – Hausstand:* EDICT. Roth. 234 nisi quod pro utilitatem -ae (cau- 9) ipsius *(servi massarii)* est, quatinus -a (caso 5) proficiat. **c** *domicilium, patria – Wohnsitz, Heimat:* CAPIT. reg. Franc. 54 praef. abbates et comites, qui modo ad -am *('nach Hause')* redeunt. 54,4 si . . . aliquis ad -am male fecerit, aut in uxore aut in domo. 73,4 comites dimittunt . . . homines ad -am. **B** *de aedificiis:* **1** *de aedibus ipsis:* **a** *iur. (fere in pertinentiis):* FORM. Andec. 7 beneficium de rem vestra . . . -is, campis, terris. LEX Baiuv. 16,15 de mancipiis, de terra, -is (cau- *Ep.*) vel silvis. DIPL. Karoli III. 23 kasas et res illas omnes. CHART. Ticin. 27 p.65,12 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. I. 1929) terris . . . et cassis et buscis. *al.* **b** *publ.:* LEX Baiuv. 9,2 in ecclesia vel infra curtem ducis vel in fabrica vel in mulino . . .; iste IIII domus -ae publicae sunt. **c** *usu communi i. q. templum – Tempel:* CONR. HILD. ad Hartb. p.194,14 Kaianum, que -a Iani fuit et ideo Caianum dicitur, preterivimus. **2** *de aedium sacrarum iure:* **a** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 39,6 res suas . . . ad -am Dei tradere. FORM. imp. 21 qui de -is Dei beneficia habent. DIPL. Loth. II. 9 p.396,38 (ed. Th. Schieffer. 1966) causam . . . Dei . . . sublimare. CAPIT. reg. Franc. 273,30 coloni tam fiscales quam et de -is Dei. *al.* **b** *de monasteriis:* DIPL. Merov. II 11 p.99,15 ad ipsum monasterium vel ad ipsam -am Dei. CHART. Fuld. B 39 ad -am sancti Bonifatii . . . et . . . ad -am sanctae Mariae. CHART. Sangall. A 39 p.41,15 -a sancti Gallonis . . . recipiat hoc. DIPL. Loth. I. 18 (ed. Th. Schieffer. 1966) contra ipsam -am Dei et sancti Victoris. CHART. Tirol. 421 p.217,33 possesio . . . fuit casedei de monasterio de Soneburg. 1092 heredes, qui spectabunt ad -amdei de Wingartaren. CHART. Scheftl. 24 p.26,21 nuncius . . . ecclesie seu casadei claustri de Scheftlarn. *al.* **c** *de ecclesiis, cathedralibus:* TRAD. Frising. 204 (a. 804) duplum ad ipsa -a Dei restituet. DIPL. Ludow. Germ. 102 p.148,25 ad . . . -am sancti Petri et sancti Rotberti. TRAD. Brixin. 20 servum Dei -ae sancti Ingenuuini proprium. CHART. Tirol. 484 p.272,41 feodum de -adeo. CHART. Lamb. Leod. 111 p.174,10 de . . . assensu . . . tam nobilium hominum nostrorum *(sc. episcopi)* quam hominum -e Dei (CHART. Tirol. 1012 tantum hominibus -adei vel liberis. *cf.* 1231 p.269,13 heredes, qui fuerint liberi vel -adei. CHART. Tirol. notar. II 534 tantum in liberis personis vel ad -adei pertinentibus; *de re v. Dt. Rechtswb. IV. p.1021sqq. s. v.* *'Gotteshausleute'*). CHART. Tirol. notar. I 961 terra -adei de Brixena. CHART. Tirol. 1199 in integrum iuris -edei plebis Bouzani. *al.* **C** *spectat ad caelum:* **1** *theol.:* HRABAN. carm. 4,1,21 -am ordinis atque beati ambit, quam tribuit illi super aethera sedem arbiter omnipotens. **2** *astrol.:* CARM. de Cunone 89 stat Iovis inque -a Martis. **D** *in nom. propr.:* DIPL. Karlom. (II.) 4 p.290,1 monasterii, quod Casa Aurea *('Casauria')* vocatur. DIPL. Arnulfi 31 p.46,23 Casapetrea. DIPL. Otton. I. 240 p.335,41 Casa Nova. DIPL. Heinr. III. 341 p.466,41 Casa Vetula. *saepe.*

2. casa *v.* capsa. **3. casa** *v.* causa.

casabundus *v.* cassabundus.

casadei *v.* casa *l. 18sqq.25.28sqq.* ***casadus** *v.* *casatus.

***casalenus** *v.* *casalinus. **casalia, -us** *v.* casalis.

***casalicius** (-iti-), -i *m. vel* ***casalicium,** -i *n.* **1** *area (coaedificata) – (bebautes) Grundstück:* GREG. CAT. chron. I p.319,23 dedit . . . -um unum cum casa. p.322,13 -os III cum casis et pergula. II p.100,1 -a v. *ibid. al.* *fort. add.:* DIPL. Otton. III. 101 p.513,19 cum servis . . ., villis, -is, ortis. **2** *villula, domus – Gehöft, Haus:* ACTA imp. Winkelm. I 162 p.138,43 (a. 1219) -tia quinque in maiori strata publica . . . omni servitio absoluta. *cf.* *casaricius.

***casaliculus** (-cl-), -i *m.* *praediolum – kleines Besitztum:* GREG. CAT. chron. I p.148,21 cum -o, qui vocatur Cesarianus. p.182,6 (epist. papae) confirmamus . . . -iclum, qui nominatur Antiquus. *in nom. propr.:* DIPL. Otton. III. 288 p.713,5 sancta Maria in Casaliclo. *al.* *cf.* *casariculus.

***casalinus** (-sil-, -len-), -i *m. vel* ***casalina,** -ae *f. vel* ***casalinum,** -i *n.* **1** *(parva) area (coaedificata), area coaedificanda – (kleines bebautes) Grundstück, Bauplatz:* DIPL. Otton. III. 70 corticella cum -o, vinea, prato *eqs.* DIPL. Conr. II. 258 p.356,43 omnibus illis casis et curtis . . . simulque cassinis et -is. GREG. CAT. chron. I p.174,7 in fundo Casale -am in integrum. p.316,17 intra . . . civitatem . . . -os desertos *dedit.* II p.36,13 medietatem casilini cum casa. *al.* PETR. CAS. (?) chron. 4,22 casas et -a. ACTA imp. Stumpf 530 p.745,4 domum et -lenum. **2** *(parvum) domicilium – (kleine) Wohnstätte:* GREG. CAT. chron. I p.246,9 duo -a in castello Toccię. **3** *praediolum – kleines Besitztum:* ACTA imp. Winkelm. I 84 p.77,28 (a. 1201) quoddam -um . . ., quod vocatur Geulef. *cf.* *casarinus.

[Heßler]

casalis, -e. *script.:* cha-: *l.52.* ga-: CHART. Bern. III 259 gazale. caus-: *l.43.p.322,6.* cassa-: *l.59.* caza-: *l.61.* -sil-: *l.29.* -sul-: *p.322,1.* -sual-: *l.29.* -all(is): *p.322,50. form.: nom. sg.* -us: *l.30. abl. sg.:* -e: *l.19.33sq.38.46sqq. p.322,1sq.* -ia: *l.41. acc. pl.:* -ios: *l.72.* -ias: *l.69. abl. pl.* -is: *l.27.29.*

I *subst. masc. et fem. et (praecipue) neutr.:* **A** *de aedificiis:* **1** *strictius:* **a** *aedificium attinens, tugurium – Nebengebäude, Hütte:* CHART. Sangall. A 20 (a. 757) dono vilarium . . ., in quo est eclesia, casa cum -bus. app. 1 p. 381,14 casa cum -bus curte clausa. COD. Wang. Trident. 91 domus murata . . . cum -bus et molendino. CHART. Tirol. notar. II 179 de . . . feudo -ium mansi. *al.* **b** *taberna – Bude:* CHART. civ. Erf. 22 p. 10,13 (a. 1140) -ia forensia (CHART. Mog. B 93 p. 97,23). **2** *latius i. q. domus – Haus:* **a** *proprie:* SALIMB. chron. p. 172,34 edificavit curtes et -ia et muralia. **b** *meton. de stirpe, gente:* **α** *spectat ad colonos:* REGISTR. Trident. I 156 p. 129,18 (a. 1220) confitetur . . . Warientus, quod ipse cum suo -e tenetur *eqs.* **β** *spectat ad liberos, nobiles:* SALIMB. chron. p. 56,21 qui *(Baratti)* in duo -ia dividuntur. p. 172,30 quod -e domni Pauli reviviscere posset. p. 542,20 -e marchionum Montis-ferrati. *ibid. al. (v. ind.).* **B** *de loco aedificii:* **1** *strictius de fundo exceptis aedificiis ibi positis:* **a** *area (coaedificata), curtile – (bebautes) Grundstück, Hofstatt (cf.* GLOSS. III 350,12 St.-S. -e vel mansura houestat): TRAD. Weiss. 10 p. 18,21 (a. 739) res meas . . . in villa . . . casis, -bus, terris . . . trado (CHART. Fuld. B 84 c., -is, pecuniis. CHART. Epternac. 85 casas, -es cum omne superposito. 88 c., casilis. 97 c., casualis, campis. CHART. Laus. 341 p. 305,9 trado . . . -e cum casa desuperstante, et ipse -lus habet terminaciones *eqs. al.*). REGESTA Alsatiae 302 (ed. A. Bruckner. 1949) -em unam cum . . . servo . . . desuper commanente. TRAD. Patav. 52 terram cum domo . . ., cum curte, cum -e, cum orto. CONSTR. Farf. 5 p. 8,18 in -e, qui dicitur Acutianus. DIPL. Otton. I. 336 p. 451,36 -e, in quo . . . monasterium est collocatum. CHART. Rhen. med. I 640 p. 700,6 -e, quod hovestat vocatur. CHART. Laus. 696 p. 567,18 pro ipso -i furni. CHART. Tirol. 952 de uno molinario cum -e. CHART. Tirol. notar. I 784 p. 402,24sq. villicus . . . ad . . . iusticiam -ium domorum fori Bozani investivit Hainricum . . . de duabus -bus cum terra. II 125 p. 79,11 domum cum turrim et cum illa -ia iacente in Bozano. CHART. Basil. A II 253 p. 330,24 in domibus, causalibus. *saepe.* **b** *area antea coaedificata vel postea coaedificanda – ehemals bebautes Grundstück, Bauplatz:* CHART. Tirol. 329 p. 163,26 (a. 1172) Henricus . . . investivit . . . episcopum . . . de -e uno . . . propter domum . . . edificandam. CHART. Tirol. notar. I 475 de uno -e vacuo. 543 p. 264,36 hedificabit . . . -e in dicto castro in illo loco et -e. CHART. Tirol. 1059 de uno -e, supra quo consueverat esse unum molendinum. CONO LAUS. notae p. 790,10 -e, in quo capitulum possit facere capellam et turrim *eqs.* CHART. Helv. arb. 160 p. 247,7 chasale. *al.* **2** *latius (una cum aedificiis):* **a** *praediolum, villula, colonia – kleines Besitztum, Gehöft, Hof (eines Hintersassen):* LIBER diurn. 34 vineas atque -es . . . diversi sibi . . . postulabant debere conduci. CONC. Karol. 12 p. 67,23 concessimus *(sc. papa)* . . . massas, fundos, -es, colonias, vineas (DIPL. Heinr. III. 192 p. 242,29 cum fundis et -bus. *al.*). COD. Lauresh. 441 1 -e cum 1 mancipio. DIPL. Otton. II. 305 p. 362,1 cassales duos . . . iacentes in corte regia . . . cum omnibus terris. CHART. Salisb. III 577 p. 55,13 pro quodam cazali . . ., quod annuatim XX denarios persolvit. CHART. Brixin. 58 proprium -e (*syn.* curiam). *al.* **b** *praedium, viculus, vicus – Landgut, Weiler, Ortschaft:* **α** *spectat ad loci possessionem:* DIPL. Arnulfi 125 p. 185,43 confirmamus . . . -e, quod dicitur Ballonum. DIPL. Otton. I. 336 p. 453,15 -e vel fundum, quod dicitur Leporari. LEO MARS. chron. 1,10 p. 587,46 cum servis . . . ad eundem -em pertinentibus. GREG. CAT. chron. II p. 147,4 in fundo Lumiriano . . . et per alias -ias. ACTA imp. Winkelm. I 887 p. 675,19 pro parte . . . domine -is Pulcarini. WILH. RUBRUQU. itin. p. 229,12 magni domini *Tartarorum* habent -ia versus meridiem. CHART. ord. Teut. 8 -ios. *al.* **β** *spectat ad situm, qualitatem sim.:* DIPL. Karoli III. 31 p. 52,32 in casule Ursino. DIPL. Heinr. II. 470 p. 599,23 in -e Figlinule. WILBR. OLD. peregr. 1,18,5 venimus ad Portellam, hoc est -e bonum. 2,4,1 -e . . . inhabitatum a Sarracenis. OLIV. epist. 3 p. 289,16 aspicientes Betsaidem, civitatem Andree et Petri, tunc ad -e modicum redactam. hist. Dam. 22 p. 196,9 a -i (caus- *L*). ANNAL. Marb. a. 1220 civitates et -ia. ANNAL. Ianuens. IV p. 93,14 -ia . . . inimicorum concremavit. ALBERT. M. eth. 6,3,5 p. 452^{b},42 quomodo Philippus . . . -ia incenderit. *al.* *in nom. propr.:* DIPL. Otton. II. 254^{b} p. 291,19 per ipsum monte, qui est super C-e (*cf.* 266 p. 309,37 montem . . . C-e). DIPL. Heinr. II. 73 p. 93,5 in corte, quę C-e sancti Petri dicitur. *saepe.*

II *adi.:* *ad officinam aerariam pertinens – Schmelzhütten-:* CHART. Gosl. I 553 (a. 1237) quamdiu -is fuerit ibi labor.

***casalivus**, -a, -um. **1** *adi.:* *coaedificatus, coaedificandus – bebaut, Bau-:* CHART. Tirol. 551^{a} (a. 1204) de una pecia terre -a cum domo supra se habente (CHART. Tirol. notar. I 605 ad domum supra levandam. CHART. Tirol. 1301 p. 340,30 de . . . p. t. -e et ortive. REGISTR. Trident. III 6 p. 229,16. *al. in hac regione*). **2** *subst.:* *area (coaedificata), area coaedificanda – (bebautes) Grundstück, Bauplatz:* DIPL. Otton. I. 407 cum . . . molendinis, -is, clausuris, vineis. DIPL. Arduini 10 p. 714,15 cum . . . servis et ancillis, -is, ortis.

casallis *v.* casalis. ***casaltro** *v.* *cassaltrum.

***casamentellum**, -i *n.* *curtile parvum, praediolum – kleine Hofstatt, kleines Besitztum:* DIPL. Conr. II. 112 p. 156, 39 -a duo, quę recta loborata per Uolandum presbiterum *eqs.* p. 157,23.

***casamentum**, -i*n. (?m.: l.50)* *script.* cassa-: ROB. TOR. chron. a. 1135 p. 492,12. *form.: ?gen. sg.* -tri: *l.64. ?acc. sg.* -ter: *l.63.*

1 *de aedificio:* **a** *domuncula, aedificium attinens – kleines Haus, Nebengebäude:* GREG. CAT. chron. I p. 252,35 in monte -o uno. CONST. I 251,1 in quodam -o de ecclesia beate Agathe. CHART. Tirol. notar. I 230 domum . . . cum -is circa ipsam (231.474^{b}). **b** *(parvum) domicilium – (kleine) Wohnstätte:* COD. Wang. Trident. 134 p. 309,29 (a. 1216) inwaitare debent . . . castrum pro eorum -is, quos habent in illo castro. **2** *de loco aedificii:* **a** *strictius i. q. area (coaedificata), curtile – (bebautes) Grundstück, Hofstatt:* CHART. Tirol. 506 (a. 1198) in -is . . . cum edificio. 800 p. 225,22 -um seu casale. *al. v. et p.323,53.* CHART. Tirol. notar. II 477 de . . . domo cum -o. SALIMB. chron. p. 594,33 -a cum fundamentis deserta. *area coaedificanda – Bauplatz:* CHART. Tirol. 602 (a. 1210) de uno -o de tera cum caneva (929 de dicto -o terre ad casam levandam). 810 p. 233,33 heredes debent illud -um levare. *al.* **b** *latius i. q. villula, curtis – Gehöft, Hof:* GREG. CAT. chron. II p. 37,13 -um, quod tenuit . . . monachus. CHART. Tirol. 490 -um 1 combustum . . . cum canipa murata. 1081 de toto -o, quam . . . visus est habere . . ., scilicet casalle cum canipis et domos. ANNAL. Bergom. a. 1227 (MGScript. XXXI p. 332, 20) turrim et -um Lanfranci . . . destruxerunt. *al.* **3** *de vassallorum casatorum rebus vel iure:* **a** *proprie i. q. feodum – Lehen:* CHRON. Andag. 4 p. 11,16 vel ex proprio . . . patrimonio, sed et ex -is. 57 Stephanus . . . casatus erat ecclesie . . .; abbas -um . . . ab eodem . . . redemit. CHART. Basil. A I 265 p. 406,17 sub periculo -i. CHART. Helv. arb. 21 p. 36,40 de tribus -is . . ., que sunt ligia episcopi. *al. v. et l.64.* *sing. collect.:* CONST. I 325,3 (a. 1186) de omni -o, quod a nobis habes *(sc. dux).* CHART. Lux. II 35 p. 47,3 omne -um, quod est de feodo ducis. **b** *translate i. q. status feodalis – Lehen(sverhältnis):* CHART. Basil. A I 327 (a. 1223) quae omnia . . . comes a nobis tenuit in -ter; quod -ter remisimus . . .; qui comes pro concambia huius -tri nobis dedit *eqs.* (BALDER. Alber. 20 p. 254,22 de beneficiis, quae in -o comes . . . tenuerat ab ecclesia). *v. et* *casiamentum.

***casanius** *vel* **-um**, -i *m. vel n.* *(gall.* *cassanus, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 459sqq. et W. Heßler, A LMA 37. 1969. p. 228)* *quercus – Eiche:* BOTAN. Sangall. 13,6 mittis gutta manace, visco, qui in -o nascit.

***casar(i)a**, -ae *f.* (*cf.* casa, *casearia) *tugurium pastoris alpini – Alp-, Sennhütte, 'Kaser':* CHART. Tirol. 946 p.

[Heßler]

7,20 (a.1231) asignavit . . . duas -ias et unam scariam ad Andrian. 946b -ram in Submonte. *ibid. al.*

***casaricius** *vel* **-um,** -i *m. vel n. (parvum) domicilium, domus – (kleine) Wohnstätte, Haus:* GREG. CAT. chron. II p. 34,24 concesserunt -um unum intra castellum Currise. *cf.* *casalicius.

***casariculus** *vel* **-um,** -i *m. vel n. praediolum – kleines Besitztum:* RATHER. iud. 4 (PL 136,611A) delegavi . . . presbyteris . . . ad Caput Alponis -um I, in Bogosio casalem unum. *cf.* *casaliculus.

***casarinus,** -i *m. vel saepius* ***casarina,** -ae *f. (parva) area (coaedificata), curtile – (kleines bebautes) Grundstück, Hofstatt:* GREG. CAT. chron. I p.186,8 casas atque -as VIIII in Aguliano. II p.47,12 iudex . . . dedit . . . res suas territorii Reatini . . .: prima petia est -us in Greci, secunda in fine Sancti Sabini. *ibid. al. nom. propr.:* GREG. CAT. chron. II p.64,22 casalem, qui nominatur C-a. p.277,3 in C-is. *ibid. al. (v. ind.). cf.* *casalinus.

casarius, -i *m. inquilinus domunculae agrorum expertis – Kätner, Häusler:* CHART. Westph. III 460 (a.1246) curti in Holnhorst et sex ibidem -is. *v. et supra p.318,48.*

***casatica,** -ae *f. familia colonorum domo et colonia instructa – mit Haus und Hof ausgestattete Gruppe von Hintersassen:* CHART. Tirol. 946 p.7,38 (a.1231) ut . . . episcopus . . . macinatas et personas de macinata cum . . . possessionibus, -as cum suis possesionibus et peculio et desendentibus . . . habere debeat (*cf.* p.8,5.10). CHART. Tirol. notar. I 314a fictum . . ., quod . . . Ordanus . . . et Bechis . . . et eorum -ae solvere tenentur.

***casaticus** (cassa-) *vel* **-um,** -i *m. vel n.* **1** *de aedificio i. q. domus (coloni) vel colonia – Haus oder Hof (eines Hintersassen):* CHART. Tirol. notar. I 518 p.252,18sqq. (a.1236) item . . . dicit . . . de -o de Capite Agnello . . ., de -o de Aginello et Spica fratribus . . ., de -o et podere de Gaffaro. **2** *de praestatione:* **a** *tributum ad usum domus spectans – Abgabe für die Benutzung eines Hauses, Hausgeld:* DIPL. Otton. I. 245b p. 352,49 portaticum, pontanicum, -um vel quodlibet pensum . . . exigere (*inde* DIPL. Conr. II. 268 p.371, 37 cassaticum). **b** *tributum pro mercibus in horreo publico depositis solvendum – Magazingebühr (cf. A. Schaube, Handelsgeschichte der roman. Völker. 1906. p.511):* ACTA imp. Winkelm. I 790I (a.1231) pro ipsis mercibus dabitur curie . . . ab emptore -um. 790II accipere iura -i et dohane. RYCCARD. chron. a.1232 p.183,15 de iure -i remissa sunt grana III pro uncia.

***casatura,** -ae *f. feodum – Lehen:* DIPL. Conr. III. 143 p.258,31 (ed. F. Hausmann. 1969) assignavimus . . . castellaniam quoque et -as et hominia, que de feodo episcopi esse consistit.

***casaturris,** -is *f. (cf. ital.* casatorre, *v. S. Battaglia, Grande Dizionario della lingua italiana. II. 1962. p.828) domicilium urbanum ad modum turris constructum – Wohnturm:* CHART. Tirol. 945 p.3,25 (a.1231) de uno casamento cum -e et cum casis (p.3,41).

***casatus,** -a, -um. *script.:* caus-: *p.324,16.* -ss-: *l.60. p.324,3.35sq.* -set-: *p.324,7.* -ad(us): *p.324,4sq.25.29.31. form. abl. pl.* -ibus: *p.324,27.31.*

I *adi.:* **A** *de servis i. q. domo et colonia instructus, collocatus – mit Haus und Hof ausgestattet, 'behaust':* CHART. Fuld. B 237a p.341,21 (a.796) duos servos cassatos (526 p.506,10 praeter unum servum -um, quem cum omni domo sua . . . omittimus. CAPIT. reg. Franc. 45,11 traditionem . . . servorum . . ., qui iam -i sunt . . ., excepto auro . . . et mancipiis non -is). **B** *de vassallis i. q. feodo instructus, beneficiatus – mit einem Lehen ausgestattet, belehnt:* CAPIT. reg. Franc. 50,4 de hominibus comitum -is (80,5 quot homines -os *habeat* in ipso beneficio). 74,7 ut . . . vassallos suos -os secum non retineant *vassi dominici.*

II *subst.:* **A** *masc. (?neutr.: p.324,10.12):* **1** *in colonatu:* **a** *servus collocatus, coloniae possessor, colonus – angesiedelter ('behauster') Knecht, Hufenbesitzer, Hintersasse (spectat ad liberos: p.324,6):* CHART. Epternac. 30 (a.721) -um I cum omni . . . peculiare (CHART. Sangall. A 38. THEOD. EPTERN. chron. 2 [MGScript. XXIII p.63,11]). 41 donamus . . . cassatus septem, qui ad ipsam villam . . . deservire videntur. COD. Lauresh. 449 dono . . . I casado (carado *cod.*, gloss.: mancipium). 873 I -dum . . . cum . . . I ancilla. TRAD. Lunaelac. 25 cum . . . -is, servis vel liberis, mansis. 122 extra unum casetum. CONC. Karol. app. 9A p.838,29 villulas et . . . vassallos -osque . . . retinere. *al.* **b** *colonia, mansus – Hof eines Hintersassen, Bauernstelle:* CAPIT. reg. Franc. 20,13 de -is (-os *rec. Lang.*) quinquaginta solidum unum *reddat.* CONC. Karol. 18 biduanas *ieiunias* . . . faciant . . . episcopi, . . . canonici atque eorum infra -um (-os *E2*, -i *V. B1*) homines (*postea:* homines in eorum -is). **2** *in re feodali i. q. vassallus – Lehnsmann:* EPIST. Hann. 90 p.156,13 cum esset meus *(sc. archiepiscopi)* de rebus ecclesię -us (caus- *H*) et . . . filius (91 p.159,27 nostrum maiorem e. -um. CHART. Basil. A I 176 p.265,16 consilio sororum et -orum sue e. *al.*). HUGO FLAV. chron. 2 p.477,52 -os . . . et nobiles. CHRON. Andag. 92 p.239,8 liberos et militares -os. CHART. Lamb. Leod. 35 p.57,7 more -orum hominium . . . facere. DIPL. Loth. III. 119 p.192,42 cum . . . -is, qui ad custodiam . . . castelli pertinent. GESTA Camer. cont. I D 5 cives cum -is. *al.* **B** *fem.:* **1** *proprie:* **a** *strictius i. q. area (coaedificata), curtile – (bebautes) Grundstück, Hofstatt:* FORM. Sangall. I 2 p.380,38 -dam unam sepe circumcinctam cum una domo. CHART. Sangall. A 66 dotavi eam *(basilicam)* -ibus VIII. 455 excepto . . . I prato ipsi -ae propinquo. 463 p.80,4 legitimam -am (['*Ehofstatt*' *K.-H. Ganahl, ZRG-Germ. 61. 1941. p.23*]. CHART. Turic. 155 -dam l.). CHART. Scafhus. 16 p.35,17 tam terris quam domibus, mancipiis, -dis, pomariis (*sim.* 19 -dibus). *al.* **b** *latius i. q. colonia, mansus – Hof (eines Hintersassen), Bauernstelle:* CHART. Epternac. 11 p.35,35 (a.704) VIII -as cum hominibus et mancipiis. 20 p.51,38 -as tres cum sala et curticle. CONC. Karol. 2,2 ut . . . de unaquaque -a (cass-, casa *var. l.*) solidus . . . reddatur (*cf.* EPIST. Bonif. 87 p.199,20 cassata). *usu laxiore:* CHART. Sangall. A 16 (a.752) servientes -as quindeci. 48 -as II his nominibus: Hattun et uxorem . . . cum hoba sua. **2** *meton. i. q. coloni familia, gens – Familie, Geschlecht eines Hintersassen:* CHART. Epternac. 8 p.30,8 (a.704) has -as ibidem manentes cum omni peculio vel laboratu eorum . . . trado. REGISTR. Trident. I 83 (a.1220) dixit . . . Petrus, quod debet solvere . . . cum dicto fratre suo . . . et cum sua -a unam spalam. 156 p.128,32 cum sua -a et quibusdam suis consortibus. *al. (v. ed. p.144).* *Heßler*

***cascavellus** (cassa-), -i *m. (hisp.* cascabel, *cf. Meyer-Lübke, REW3 nr. 1731) campanula, olla parva – Glöckchen, kleiner Topf:* PS. AVIC. anim. 6,2 p.205 accipe cuprum et fac in modum cascanellos *(sic?)* vanos de intus. p.206 cassavellis. *cf.* caccabellus.

***cascha** *v.* 1. *caffa.

cascus, -i *m. plur. i. q. maiores – Vorfahren:* VITA Rigob. 11 (MGMer. VII p.68,3; a.888/94) porta ex consuetudine -orum (Wasc- *var. l.*) . . . Collaticia . . . vocatur.

casea *v.* caseus.

***casealia** (-sia-), -ae *f. pecuaria – (Milch-) Viehhof, Schwaige:* TRAD. Salisb. II 347 (c.1231) ordinavit ad stipendium canonicorum . . . casialiam CCC caseorum.

***casealis,** -e. **1** *adi.:* **a** *ex caseo constans – aus Käse bestehend:* ALBERT. M. veget. 4,147 quod separetur *lac* . . . in tres substantias, aquosam scilicet, butirosam et -em. **b** *ad pecuariam pertinens – zu einem (Milch-) Viehhof gehörig:* TRAD. Salisb. II 207 (s. XII.2) curtim . . . cum beneficio -i. REGISTR. Patav. I p.167,12 villicatio -is, que solvit DC caseos. **2** *subst. neutr. plur.: pecuaria – (Milch-) Viehhof, Schwaige (cf. Ph. Dollinger, L'évolution des classes rurales en Bavière. 1949. p.438):* TRAD. Salisb. II 24 (c.1129) tradidit . . . duo -ia et unum pratum. REGISTR. Patav. I p.195a, 11 de III -bus . . . MDCCC casei (p.196,2).

***casearia,** -ae *f. pecuaria – (Milch-) Viehhof, Schwaige:* CHART. Salisb. II 528 p.718,1 (a.1198) -a una . . ., prediolum unum. *v. et* *casar(i)a.

[Bansa]

***caseārius,** -i *m.* **1** *qui pecuariam tenet, armentarius – Inhaber eines (Milch-) Viehhofs, Senner:* TRAD. Brixin. 555 (a. 1224/35) pueros Heinrici -i. **2** *fort. i. q. villicus – viell.: Meier:* REGISTR. Eins. 1 p. 43,2 (a. 1217/22) summa de tota villicatione -i ([*v. notam ed.*]. *cf.* p. 41,14. 42,4).

***caseatio,** -onis *f.* *coagulatio – das Gerinnen:* ALBERT. M. animal. 3,168 non est tanta -o eius *(lactis cameli)*, quod nocere possit.

***caseator,** -oris *m.* *qui pecuariam tenet vel fabricator seu mercator caseorum – Inhaber eines (Milch-) Viehhofes oder Käsehersteller, Käsehändler (interdum cognomen subesse potest):* CHART. Basil. A II 2 p. 4,2 (a. 1033; spur. ?) interfuerunt . . . Volmarus, Heinricus -r. CHART. scrin. Col. A I p. 301,24 Albero -r habet domunculam. B 1261 Theodericus -r.

casella, -ae *f.* *domus parva – kleines Haus, Hütte:* LIBER hist. Franc. 28 p. 288,14 -a incensa . . . est. DIPL. Karoli M. 81 p. 117,16 sinadochium . . . cum villa . . . et -a una infra Papiam. GREG. CAT. chron. I p. 159,33 terrulam aut -am absque hęrede. CASUS Petrish. 3,25 prior cella quandam -am iuxta possederat. *al.* *nom. propr.:* CHART. Rhen. med. I 401 p. 457,34 (a. 1101) iuxta villam, que dicitur C-a.

***casellum,** -i *n.* (*cf.* casa, castellum) *domus (munita), castellum – (befestigtes) Haus, Burg:* DIPL. Heinr. IV. 352 omnem districtum de loco -i de Pontecorono . . . tradidimus. CHART. ord. Teut. 20 dedimus in pignore unum -um . . . cum omnibus iuribus suis et rusticis. ACTA imp. Winkelm. I 920 p. 697,8 per baiulos -i Rutillani, quod erat in manu nostre curie.

***caseola,** -ae *f.* *casula – Hütte:* REGESTA Alsatiae 207 p. 126,19 (ed. A. Bruckner. 1949; a. 768) quidquit . . . visus sum habere in . . . casis, -is (CHART. Basil. A I 43 p. 83,17).

caseolus, -i *m.* *caseus (parvus) – (kleiner) Käse:* EPIST. Teg. I 107 p. 110,28 exceptis XV parvis -is. ODO MAGD. herb. 1583 -os succus putrescere non sinit eius *(mentae)*. NIVARD. Ysengr. 5,676 aridior . . . trilustri -o . . . esus. METELL. Quir. 44,22 panibus et -is ibi se pensans.

***caseor,** -ari. *coagulari – gerinnen:* ALBERT. M. veget. 6,386 non -atur lac.

adi. **caseātus,** -a, -um. *caseum continens – Käse enthaltend:* ALBERT. M. animal. 3,166 quanto . . . lac fuerit spissius, tanto erit etiam -ius.

Casepia *v.* Cassiepia.

***caseta** (-ita), -ae *f.* (*ital.* cassetta) *vas, capsula – Behälter, Kästchen:* CATAL. thes. Germ. I 22,11 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; a. 1241) magnum caldarium, I casitam cum sanctuario, VI vegetes. CHART. Tirol. notar. II 486 cum . . . fistulis et bursis et -is.

***casetus** *v.* *casatus.

caseus, -i *m.* (*f.* -a: *p. 326,43; n.* -um: *l. 59. p. 326,52*) *script.:* caxe-: REGISTR. Trident. III 15 p. 239,18.24. -ss-: *p. 326,13.39.60.* -si(us): *p. 326,2.13. adde* ALCUIN. epist. 298 p. 457,10. REGISTR. abb. Werd. 9,1 p. 292,6. *al.* *metr.* că-: ECBASIS capt. 543. EKKEH. IV. bened. II 138.

1 *proprie i. q. lac coagulatum,* τυρός *– geronnenes Milcheiweiß, Quark, Käse:* **a** *gener.:* WALAHFR. Mamm. 5,4 -us efficitur paulatim lacte coacto. ADALH. brev. Corb. 22 p. 397,13 (Corpus consuet. monast. I. 1963) de berbicariciis, unde fratribus . . . -um procuratur. ERMENR. ad Grim. 28 p. 566,38 -um praemere. NOTKER. BALB. gest. 1,15 -um . . . ex pinguedine canum. COD. Udalr. 96 p. 185,20 mordax mordacis -i vermiculus. RITUALE Rhenaug. 70 (Spicil. Friburg. V. 1959) dignare, Domine, . . . benedicere hanc creaturam -i, quam ex adipe animalium producere dignatus es. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 140,13 datur -us recens *falconibus.* ALBERT. M. meteor. 4,2,13 p. 766^{b},38 per coagulationem lactis sequestrantur serum et -us. animal. 1,82 de substantia -i sunt duo, coagulum videlicet, quod facit, et lac, ex quo fit -us. CHART. Brixin. 172 p. 183,26 solvat . . . pauperibus . . . elemosinam in -is et in pane. *saepe.* aqua -i *i. q. serum – Molke:* Ps. GERH. CREM. sal. I 9 p. 18,12 de aqua -i. *in cognomine:* CHRON. Erf. mod. I a. 1202 Heinricus scolasticus . . . cognomento C-us. CHART. Rhen. med. III 900 Iohanne C-o. **b** *pharm.:* RECEPT. Sangall. II 19 casio molle ex mel trito inpone super. RECEPT. Bamb. 64 ad setulas: -um viridem superponis. *de diaeta:* CONSTANT. AFRIC. theor. 5,94 -us recens laudabilior est, quia cito digeritur; siccus vel salsus est pessimus. DIAETA Theod. 264 -us caprinus similiter stringit ut bubalinus, . . . -us ovinus plus nutrit. HILDEG. phys. 1,13 p. 1134^{B} si . . . comedere vult . . . -um, non coctum nec crudum, sed aridum comedat. REGIMEN san. Salern. 31 nutrit . . . -us infans. *al.* **c** *iur.:* **α** *de censu, tributis sim.:* CHART. Rhen. med. I 6 p. 7,7 (a. 636) formas -i XL dare (*cf.* CHART. Welt. 21 p. 130,37 [a. 1267] -orum formellas). DIPL. Merov. I 86 p. 76,41 hoc est . . . lardo . . ., cassio lib. XII, pisus lib. XX. DIPL. Heinr. II. 275 p. 325,16 -os fiscales. BERTH. ZWIF. chron. 3 p. 152,10 cum trecentis -is alpinis. VITA Meinw. 82 I malder -orum. CHART. Argent. IV 11 p. 7,32 duodecim -i quadripertiti vel XVI tripertiti. CHART. Rhen. med. II 242 p. 280,30 -os anglicos. CHART. Tirol. 614 p. 89,1 XL scotarum -i. REGISTR. Eins. 1 p. 50,8 IIII -i pannuales, -um visitatorium *(cf. notam ed.)*. REGISTR. Trident. I 13 modium -i vicinalis. CHART. Tirol. notar. I 820 iure . . . feudi . . . investivit Gundrammum . . . de centum -os. CHART. Tirol. 1105 -um, qui dicitur siliqua, solvere debent. TRAD. Welt. 124 reservatis sibi decimalibus -is. CHART. Tirol. 1248^{a} p. 370,19 XII rimanias -y. CHART. Otterb. 124 p. 96,21 -os monachiles. CHART. Westph. III 721 ad officium -orum. CHART. Advoc. 218 p. 110,25 obularios. *al.* *describitur -us voce theod.:* REGISTR. abb. Werd. 8,10 p. 277,7 (s. XII.$^{med.}$) -os tales, quales sunt suegkese. CHART. Fuld. B 10 p. 16,29 -os grandes berckese vocatos. CHART. Babenb. 68^{a} p. 280,30 swaykaß. CHART. Carinth. V 107 podemchaes. REGISTR. Baiuv. A p. 144,13 armentaler -i pro II denariis computati. p. 387,25 waeidchaese. *remissius de censu moneta soluto ('Käsezins'):* CHART. Bund. 332 (c. 1154) ut . . . solvant . . . solidos . . . II in -is. CHART. Tirol. 1248^{a} p. 369,39 XII denarios -y (CHART. Argent. IV 228 p. 140, 41). *al.* **β** *de iudicio Dei (cf. Brunner, Rechtsgesch. II. p. 552sq.):* ORD. iud. Dei B II 3^{a} p. 642,27 qui hunc furtum fecerunt . . ., neque manducent neque transglucient . . . panem et casseum istum. RITUALE Flor. p. 129,17 benedictio panis et -i ad examinationem furti. *al.* **d** *eccl.:* **α** *de stipe:* LUP. FERR. epist. 43 fratribus et famulis vestimenta, pisces, -us et legumina ministrabantur. CHART. episc. Halb. 112 p. 76,26 *sorores* integram -am habeant. TRAD. Scheftl. 231 ut fratribus . . . consolatio . . . prebeatur, scilicet . . . poculum vini et pulcher panis et -us. CHART. Stir. II 53 p. 91,20 fratribus ordinavit . . . omni sabbato -um et vinum. *al.* **β** *de oblatione:* RUP. MEDIOL. Adalb. 11 oblatum ad beati viri pignora -um furari. TRAD. Patav. 972 tradidit sancto Stephano XXX -os pro memoria sui habenda. *al.* **γ** *de nutrimento (ieiunii):* HINCM. annal. a. 867 p. 89,20 ante pascha a carnium et VII ebdomadibus a -i et ovorum esu . . . non cessamus. CONSUET. Eins. 30 p. 103,7 ad edendum dimittatur in quinquagesima ova et -um. BERNOLD. CONST. chron. a. 1085 p. 443,8 ne quis -um vel ova comedat in quadragesima. *al.*

2 *translate:* **a** *techn. i. q. gleba – Klumpen:* Ps. AVIC. anim. 6,9 p. 254 fac -os terreos. **b** *bot. i. q. gemma terminalis – Vegetationskegel:* OLIV. hist. reg. 60 p. 127,23 palmarum -os rodebant pro alimentis eis utentes. ALBERT. M. veget. 6,179 habet *palma* capsam, in qua est substantia mollis, quae . . . vocatur -us (casseus *var. l.*) palmae.

***casfora** *v.* *camphora. ***cashariacum** *v.* *catariace.

casia (cassia), -ae *f.* (κασία) *metr.* cās-: *p. 327,21.34.*

1 *xylocassia vel cortex eius aromaticus – Holzkassie, Zimtkassie oder deren würzige Rinde (Cinnamomum Cassia Bl. vel sim., cf. André, Lex. bot. p. 75):* **a** *strictius:* PAUL. AEGIN. cur. 164 ex ficubus, . . . pipere, cinnamomo et cassia (*3,28,3* κασσίας). GLOSS. I 516,54 St.-S. -a uvihpoum ([fichpoum *r*, figbovm *q*]. III 486,29 cassia lignea wihboum. *ibid. al.*). CONSTANT. AFRIC. grad. p. 369,8 cassia lignea calida et sicca in tertio gradu. IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 12b^{r} -a lignea vel xilocasia idem est, cuius due sunt species, una, que est similis cinamo *eqs.* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 368^{D} -a

lignea cortex est cuiusdam arboris in India nascentis. HONOR. AUGUST. cant. 4,13/14 p.426A fistula, brevis arbuscula aromatum, quae -a *eqs.* ALBERT. M. veget. 6,71 cassiam . . . scimus aut arborem aut aliquid ad arboris naturam accedens esse *eqs.* 6,72 *(de speciebus).* ALPHITA I p. 283,7 quando cassia simpliciter ponitur . . ., de lignea intelligitur. *al. v. et l.28. alleg.:* RHYTHM. 81,18,3.5 in -a . . . monstrat sapientia . . .; -a quoque sacramentum baptismi. HRABAN. univ. 19,7 p. 526A mystice -a est doctrina recta. WILLIR. cant. 4,14 p.34,8 his *(humilibus)* . . . verecundus color est veluti rubicundus cortex in -a, quia detestantur iniqua. ABSAL. serm. 3 p.29B in cassia, quae . . . in altum surgit, desideria sanctae devotionis figurantur. **b** *latius usu poetico i. q. odoriferum quoddam – etwas Wohlriechendes (interdum herba q. d. cneorum – Seidelbast [Daphne L.] subesse potest; cf. André, Lex. bot. p. 75):* CARM. Cenom. 5,24 omnigenis stipatus floribus ortus, narcisso et -a (SEDUL. SCOT. carm. 2,71,17 -ae de flore salutans. LAMB. LEOD. Matth. I 254). SEDUL. SCOT. carm. 2,44,1 ferte viro -am, myrram date. CARM. Bur. B 169,3,8 oris basia, a quo stillat . . . dulcis cassia. *meton.:* MILO carm. 3,4,2,10 virgo Maria, . . . balsama, cassia, nardus.

2 *arbor q. d. Cassia fistula (L.) vel fructus eius purgativus – Röhrenkassie oder ihre abführend wirkende Frucht (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 862):* ANTIDOT. Augiens. p. 41,33 recipit hec: . . . cassia fistula. GLOSS. III 527,27 St.-S. cassia fistula bochshorn (539,31). CONSTANT. AFRIC. grad. p. 346,41 cassia fistula mediocris est inter calidum et frigidum. IOH. PLATEAR. simpl. med. p.12aʳ -e duplex est maneries; . . . cum . . . reperitur -a simpliciter, intellegenda est -a fistula. ALBERT. M. veget. 6,75 cassia fistula . . . arbor est de partibus orientis . . . allata . . .; fructus autem, qui sunt semina quaedam longa, producit *eqs.* ALPHITA I p.283,5 cassia cyringia, id est cassia fistula. Ps. OTHO med. 52 rufa, gravis, clara sit cassia fistula cara. *al. v. et l.41.*

3 *fort. i. q. amaracus – viell.: Majoran (Majorana hortensis Moench vel sim., cf. André, Lex. bot. p. 75):* DYNAMID. Hippocr. 2,27 sampsuci, hoc est -ae, decoctio.

***casiafistulatus** (cassi-), -a, -um. **1** *adi.: cassia fistula conditus – mit Röhrenkassie zubereitet:* BERNH. PROV. comm. 1,1 p.270,39 sirupus sic cass-us. THADD. FLORENT. cons. 113,5 electuarium cass-um sic fit: recipe cassiafistule *(sic?)* libr. II. **2** *subst. neutr.: electarium cassia fistula conditum – Latwerge, die Röhrenkassie enthält:* THADD. FLORENT. cons. 111,3 addatur cass-i unzia I. 146,8 misceantur . . . cum cass-o.

***casialia** *v.* *casealia.

***casiamentum,** -i *n. domus (munita), castellum – (befestigtes) Haus, Burg:* ACTA imp. Winkelm. II 1061 p.741,40 (a.1280) donamus . . . -a et poderia Montisrotondi. *v. et* *casamentum.

casida *v.* 1.3. cassida. **casidile, -lida** *v.* cassidile.

***casilinus** *sim. v.* *casalinus. **casillago** *v.* cassilago.

1. *casina *v.* 1. *cassina. **2. casina** *v.* chasma.

***casita** *v.* *caseta. **casius** *sim. v.* case(us).

casleu. (כִּסְלֵו) *mensis Iudaeorum – jüdischer Monat:* BEDA temp. rat. 11,22 eorum *Hebraeorum* mensis . . . nonus -u Decembri . . . comparatur. GLOSS. I 81,27 St.-S. -u mensis Novembris.

casma *v.* phasma.

***casmatius,** -a, -um. (*a* cauma *ut vid. per confusionem, cf.* chasma) *?igneus – ?feuerfarbig:* AETHICUS ISTER 87 si . . . invenerit . . . -um ullicem, ferri metalla repperiet.

***casmia,** -ae *f. (fort. latet lomb.* gatina *sim.; cf. Meyer-Lübke, REW³ nr. 1770ᵇ) flores salicis – Weidenkätzchen:* ANTIDOT. Glasg. p.142,37 -as -II, id est flores salicis.

***caso** (casso), -avi, -are. **1** *feodis instruere – mit Lehen ausstatten:* CHRON. Mich. 7 cum . . . terram non haberet, unde castrum illud -are posset, de tercia parte possessionum abbatiae illud -vit. CHRON. Andag. 52 p.124,6 si quem . . . vellent noviter -are (cass- *var. l.*). 89 p.222,12. **2** *refl. i. q. considere – sich niederlassen:* CHART. Bern. II 281 p.309,34 (a.1249) si quis . . . portionem suis liberis dederit . . . et se extra -verint.

adi. **casatus,** -a, -um: *v. p.323,55sqq.* **casola** *v.* casula.

***casolaria** (caxo-, caxal-, -sul-), -ae *f.* **1** *casula ad faciendum caseum instructa – Hütte zur Herstellung von Käse:* CHART. Tirol. 672 p.132,11 (a.1215/18) manso potest apponi una casularia *('Käsealm' ed.).* **2** *de quadragesima:* **a** *tempus, quo caseus comedendus est – die Zeit, in welcher Käse gegessen werden muß:* CHART. Tirol. notar. I 48 (a.1236) usque ad dominicam de caxa-a (73 d. de caxo-a). **b** *dominica, qua caseus comedendus est – Sonntag, an dem Käse gegessen werden muß ('Käsesonntag'):* CHART. Tirol. notar. I 85 (a. 1236) ad diem Martis post caxo-am.

***casolarius** (-sul-), -a, -um. *ad tempus pertinens, quo caseus comedendus est – zu der Zeit gehörig, in welcher Käse gegessen werden muß, Käse-:* CHART. Tirol. notar. I 676 (a. 1237) ad dominicam -am (II 82.117. CHART. Neocell. Brixin. 92 p.136,26 [Font. rer. Austr. II 77. 1965] in dominica casul-a, id est in dominica 'Invocavit').

***caspus,** -i *m. (ital. dial.* caspo, *cf. S. Battaglia, Grande Dizionario della lingua italiana. II. 1962. p.843) frutex – Busch:* SALIMB. chron. p.521,25 arbores grandes . . . apparent urtice seu salvie -i. *Bansa*

1. *cassa *subst. (fort. cohaeret c.* *cazica *vel ital.* casso *a* capsus) *lac pingue (e mammis proveniens) – fette (Mutter-)-Milch:* GLOSS. III 496,42 St.-S. -a spunerunst.

2. cassa *v.* capsa. **3. cassa** *v.* 1. casa.

cassabundus, -a, -um. *nutabundus, titubans – schwankend, taumelnd (cf.* GLOSS. I 70,20 St.-S. -us [casu- *c*] in zuei rahhondi. 71,20 -us cadens): ALDH. virg. I 11 p.239,11 quod prius Lucifer . . . in . . . tartarum -us corruisset. 60 p.321,6 animae ergastulum . . . -um. *subst. masc.:* ALDH. virg. I 26 p.261,12 nutabundum aspexit et . . . -um (casa- *O*) contempsit.

1. *cassalis *v.* *capsalis. **2. cassalis** *v.* casalis.

***cassaltrum** (casaltro) *subst. (orig. inc.) stypteria – Alaun, Beizstein:* GLOSS. III 294,48 St.-S. alumen vel casaltro vel spiptiria . . . bisten. 486,40 -um beizstein (497,1).

***cassamentum** *v.* *casamentum.

cassamum (caps-), -i *n.* **1** *carpobalsamum – Balsamfrucht (cf. André, Lex. bot. p.76):* ANTIDOT. Lond. p.17,26 capsamo ‹VII. ANTIDOT. Augiens. p. 64,36 -u unc. VIII. **2** *frutex balsami – Balsamstaude:* GLOSS. med. p.91,4 xylocassamo ligno -i.

***cassamus** *subst.* (κάσαμον) *cyclamen – Alpenveilchen (Cyclamen Europaeum L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p.1284):* GLOSS. III 527,21 St.-S. ciclamen -us malum terrae . . . erdphil (MATTH. PLATEAR. gloss. p.385B).

***cassarum** (-ser-), -i *n. (ital.* cassaro *ab arab.* ḳaṣr *a byz.* κάστρον, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 1117) turris (castri) – (Burg-) Turm (cf. F. Schneider, Burg und Landgemeinde in Italien. 1924. p.283². 308):* CHART. Ital. Ficker 291 p.328,44 (a.1221) actum prope portam s(ancti) Miniatis sive -eri. 304 p.339,12 coram . . . canevario . . . -i. 434 p.445,38 recettum seu -um ipsius castri et muros . . . diruere. GREG. IX. registr. 771 p. 670,6 eius *(castri)* turrem vel -um detinebant. *al.*

***cassaticus** *v.* *casaticus.

1. *cassatio (-cio), -onis *f. adnullatio, abrogatio – Ungültigkeit (serklärung), Abschaffung, 'Kassation':* GERHOH. ad Innoc. p.222,16 ut eos *(haereticos)* a -e sacramentorum sequestrem. CHART. ord. Teut. (Thur.) 81 ne . . . in -cionem, mutacionem seu retractationem . . . concambii . . . oriatur questio. CHART. Sil. A IX 6ª p.223,29 gaudere . . . libertate omni immutacione sive -cione cessante. *al.*

2. *cassatio *v.* *incassatio.

***cassator,** -oris *m. qui adnullat – einer der für ungültig erklärt:* CHART. Babenb. 232,114 (a.1276/77) statutis nolumus umquam -es (cess- *D1*) . . . inveniri.

***cassatorius,** -a, -um. *qui tollit – beseitigend:* ALBERT. M. summ. theol. I 20,80 p.869ª,19 si . . . *promulgatum a Deo* mutaretur praecepto revocatorio vel -o *eqs.*

***cassatus** *v.* *casatus. ***cassavellus** *v.* *cascavellus.

cassel *v.* 2. cassis. **cassella** *v.* capsella.

[Rudolph]

***casserum** *v.* *cassarum.

casseus *v.* caseus. **cassia** *sim. v.* casi-.

1. cassiculum, -i *n.* (2. cassis) *rete (parvum) – (kleines) Netz:* Gloss. IV 92,38 St.-S. reticulum -um . . . nezzte. 124,32 -a retiola.

2. cassiculum, -i *n. vel* ***cassicula,** -ae *f.* (1. cassis) *cassis parva – kleiner Helm:* Gloss. IV 124,34 St.-S. -um (-am *cod. a. corr.*) helmili. 134,56 -a helmi⟨li⟩.

***cassicum,** -i *n.* (*cf.* 2. cassis) *?rete venatorium – ?Jagdnetz:* Agbr. carm. (cod. Vat. Regin. 1964 f. 97^{v}) est oratori grata silere quies, sic . . . ponere . . . venatori . . . -a.

1. cassida (casi-), -ae *f.* *galea – Helm* (*cf.* Gloss. IV 44,46 St.-S. -a vel cassis helm. 134,54): Vita Lamb. Traiect. 13 (MGMer. VI p. 367,6) erant induti lurices et -is (casi-, -des, -bus *var. l.*) *eqs.* *in imag.:* Humb. Wirz. epist. (MGEpist. V p. 441,3) sit . . . tibi -a Christus.

2. *cassida, -ae *f.* (*cf.* cassidilc, 2. cassis) *pera – Tasche:* Gloss. III 314,69 St.-S. -a (-de *cod. a. corr.*) pera muhsina vel tascha.

3. *cassida (casi-), -ae *f.* (*cf.* 1. cassida *vel ital.* casso *a* capsus) *thorax – Brustpanzer:* Gloss. III 638,5 St.-S. torax brunie vel -a (668,20 casida).

cassidile (casi-, caps-, -ilida *sim.*), -is *n.* *pera – Tasche* (*cf.* Gloss. I 475,21 St.-S. de -i [decassidi *a*, decassili *b*] burssa. 478,68 -i [-e *a*, -ididili *o*] tascho. 480,13 casilida malaha. III 332,25 casidile [casilide *a.b.c*] pera i. tasca. IV 228,6 cassilide . . . pursa. *al.*): Ecbasis capt. 335 caps-e suo gestabat in inguine dextro Esau. *in imag.:* Conr. Fab. Gall. 6$^{ex.}$ o mira . . . philologia, que . . . promulgavit eloquia cordis dudum instincta -i.

Cassiepia (Casepia, -iopaea), -ae *f.* *de sidere i. q.* Κασσιέπεια – *Sternbild der Kassiopeia:* Carm. de temp. rat. 522 in arce, ubi Casepia cursum tendit. Honor. August. imag. 1,114 huic *(signo Cygni)* coniungitur Cepheus rex et -opaea, uxor eius.

cassilago (casi-, -ll-, -ila *sim.*), -inis *f.* *altercum, hyoscyamus – Bilsenkraut (Hyoscyamus niger L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 925sqq.):* Gloss. III 539,29 St.-S. -o (-loga *a*) bilse. *al.* Tract. de aegr. cur. p. 326,12 cathaplasma de -ila contrita. Bernh. Prov. comm. 6,1 p. 290,3 appellatur -o herba canicularis, quare canes occidit *eqs.* Roger. Salern. chirurg. 1,837 accipe semen casillaginis. *al. fort. add.:* Wilh. Cong. chirurg. 1738 r(ecipe) . . . plantaginis, cassilis *eqs.* *v. ThLL. s. v.* capsilago.

1. *cassina (casi-, caxi-), -ae *f. vel* ***cassinum,** -i *n.* (*cf. ital.* cascina *a* *capsia, capsus *sim., v. et C. Battisti – G. Alessio, Dizionario etimologico italiano. I. 1950. p. 790) aedificium agreste (minus), villula, tugurium – (kleineres) ländliches Gebäude, Landsitz, Hütte:* Edict. Roth. 379 si quis -am . . ., ubi vir non habitat, . . . disturbaverit. Bened. Andr. chron. p. 75,27 fundum . . . cum famulis, . . . casinis, casale. Chart. Ital. Ficker 27 p. 34,8 sediminas . . . et casinas et torcularas. Greg. Cat. chron. II p. 171,24 campum . . ., qui fuit antea vinea domnicata regis et tunc -ę et orti. Otto Mor. hist. p. 53,5 usque ad -um Tomadi. Gesta Frid. imp. A p. 48,15 ad casinum (cass- *B*) Thome. p. 54,22 *loca* inter casinam Plasmundi et Noxedam. Chart. Bund. 819 p. 270,14 construere . . . -am . . . bonam et pulcram et ydoneam. Chart. Ticin. 35 p. 80,13 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. I. 1929) actum prope caxinam alpis illorum de Breno. *al. in his regionibus. v. et supra p. 320,64.*

2. *cassina *v.* *crassina. **Cassiopaea** *v.* Cassiepia.

1. cassis (caps-), -idis *f. (m.: l. 69) form.:* *acc. sg.* -da: *p. 330,1.* *nom. pl.* casses: *l. 71.*

tegumentum capitis, galea – Kopfschutz, Helm (cf. Gloss. III 374,38 St.-S. -s helm. *al. v. et l. 13):* **1** *proprie:* Origo Lang. 4 tulit . . . capsidem (quod nos elmos dicimus *suprascr. 2) regis.* Waltharius 334 imposuit capiti rubras cum -e cristas. Hrotsv. Pel. 118 gemmato -e. Chron. reg. cont. III a. 1210 p. 231,7 auream habens in capite -em. Gesta Ern. duc. II 15 p. 210,3 casses de ferro . . . fabricantur. *al.* **2** *in imag.:* Aldh. virg. II 2463 *(de iustitiae comitibus)* gestantes . . . -da. 2851. **3** *translate:* **a** *calvaria – Schädel:* Ps. Galen. incis. 62 initium . . . ossium est -s et est positio eius rotunda, sub qua cerebrum habitat. **b** *cooperimentum modo galeae formatum – helmartiger Aufsatz:* Casus Petrish. 1,19 -s ligneis columnis tornatis superpositus angulosus.

2. cassis (casi-, casp-, -el), -is *m.* *rete – Netz (cf.* Gloss. III 165,40 St.-S. -s hamo. *al.*): **1** *de plagis venatorum* (*cf.* Gloss. IV 124,30 St.-S. -s rete est venatorum): Vita Gang. I (MGMer. VII p. 158,20; c. 900) eas *(feras)* . . . -ium nodis . . . inretire. Willir. cant. 2,15 in obstantes ruat ut vulpecula -es. **2** *de telis aranearum (cf.* Gloss. III 202,11 St.-S. cassel spinnewope. 624,67 caspes spinniuucpi. *al.*): Egbert. fec. rat. 1,656 subtiles posuit -es simul et male fortes. *al.* *in imag. et per compar.:* Vita Liutb. 19 diversis aranearum -bus (casi- *B*) . . . animos capere. Annal. Altah. a. 1055 p. 51, 32 nisi hoc *(facinus)* Deus ut -es comminuisset aranearum.

3. cassis *v.* 1. capsis.

cassiterum (cathitheos, crastpon), -i *n.* (κασσίτερος) *metallum rude cum sulphure permixtum – Schwefelkies, -glanz, -blende:* Albert. M. meteor. 3,5,1 p. 702^{a},23 metallum aliquod, quod arabice almarcassica et graece dicitur cathitheos. *fort. huc spectat:* Ioh. sacerd. 201 accipe crastpon et liquefac ad ignem *(cf. J. Ruska, QuellStudGeschNat. 5,2/3.1936. p. 97).*

cassius *v.* cascus.

casso, -avi, -atum, -are. *script.* caps-: *p. 331,32.*

I *obi. res:* **A** *gener.:* **1** *tollere, vanum facere – zunichte machen, beseitigen, zerstören:* Aldh. virg. I 50 p. 306,19 cum . . ., quicquid . . . molire deliberaret, -retur. Vita Liutb. 29 p. 34,10 vires tuas . . . -tas video. Epist. Teg. I 66 ne . . . spes . . . -etur. *al.* **2** *frustra facere – vergebens unternehmen:* Froum. carm. 32,31 est meus iste labor -tus? Chart. cell. Paulin. 20 p. 27,7 legatos . . . multociens -to itinere nichil proficientes. **3** *prohibere – verhindern:* Albert. Stad. Troil. 1,499 bellum . . . -are futurum. **4** *vastare – verwüsten:* Ioh. Ven. chron. p. 7,4 civitas . . . Gothorum incessu . . . -ta. **5** *medial.:* **a** *evanescere – verschwinden:* Herm. Iud. conv. 17 p. 115,9 (ed. G. Niemeyer. 1963) -ta . . . diabolica illusione. **b** *non evenire – nicht zutreffen:* Rimb. Anscar. 36 p. 70,21 ea, quae per somnium videbat, . . . tam vera erant, ut numquam ea -ta reminiscamur. **B** *spec.:* **1** *iur., publ., canon.:* **a** *adnullare, irritum facere – für ungültig erklären, unwirksam machen, aufheben, 'kassieren':* Capit. reg. Franc. 293,10 p. 400,35 ut, quicquid . . . actum est, . . . regali rigore . . . -etur. Lamb. Hersf. annal. a. 1074 p. 200,7 sententiam. Dipl. Heinr. IV. 451 p. 609,32 constitutionem. Chart. Turic. 253 donationem. Const. I 148,1 illicitas alienationes . . . presenti sanctione -amus. Otto Frising. gest. 1,1 p. 13,26 electio . . . -anda iudicatur. Vita Norb. I 12 p. 685,17 consecratio . . . -ta est. Chart. Wirt. II 435 instituta . . . -are aut quassare. Chron. Mont. Ser. a. 1214 p. 185,30 ut litteras datas dentibus scinderet, quod litteris -tis fieri solet. Const. III 182 p. 167,34 revocamus, -amus, anullamus, irritamus. *saepe.* *illicitum iudicare – für unzulässig erklären:* Const. I 228 p. 324,5 (a. 1165) obstructionem Rheni . . . -vimus et penitus destrui precepimus. *redarguere – widerlegen:* Gerhoh. psalm. 37,13 p. 651,7 testimonia ista -asse ac falsa probasse. **b** *aspernari, denegare – abweisen, verwerfen, abschlägig bescheiden:* Chart. Traiect. 485 p. 433,11 (a. 1176) querimoniam . . . ordine iudiciario sepius -tam. Heinr. Wirz. cur. 302 cur -rentur . . . petita tibi? 419 audio, quod -at (cessat *C*) quam plura negocia lector. 439 *preces.* **c** *sedare – beilegen:* Trad. Scheftl. 327 (c. 1196/97) litem *(sic)* . . . hoc modo -ta est. *ibid. al. (v. ind.).* **d** *dissolvere – auflösen, suspendieren:* Chart. Gosl. II 207 p. 245,35 (a. 1274) que *(fraternitas mercatorum)* per intervallum temporis aliquantulum -ta sit. **e** *reprobum facere – außer Kurs setzen:* Herm. Altah. annal. a. 1255 dux . . . monetam Lantshuotensem . . . -vit. **f** *dimittere, resignare – aufgeben, verzichten, abtreten:* Chron. Fred. 4,37 docatum . . ., quem contra Theudeberto -verat. 4,45 duas civitates . . . ad parte Francorum -verant. 4,69 unde unum centenarium auri . . . -rit. *ibid. al. (v. ind.).* **2** *theol.*

[Rudolph]

i. q. pro nihilo putare, contemnere – für nichts achten, mißachten: GODESC. SAXO theol. 18 p.249,11 pretium sanguinis Christi . . . non est ausus . . . frustrari, -are *Origenes. non explere – unerfüllt lassen:* ALBERT. M. summ. theol. I 20,80 p.884^{b},42 -atur Dei voluntas. **3** *medial.:* **a** *philos. i. q. finiri – aufhören:* ALBERT. M. somn. 3,2,5 p.202^{a},23 si in aliquo mediorum appropriantium fiat fortior ad oppositum motus, tunc -bitur primum. *ibid. iterum.* **b** *natur. i. q. perire – zugrunde gehen:* ALBERT. M. animal. 6,73 plurimum spermatis *piscium* -atur in mari.

II *obi. homines:* **A** *gener.:* **1** *privare – berauben:* WALDR. carm. 3,19 vultu optato -ari. STEPH. COL. Maurin. 7 (3) auditus munere -ta est *sanctimonialis.* CHART. Turic. 255 herede -tus. HERBORD. Ott. 2,25 bona spe -ti sumus. *al.* **2** *medial. i. q. frustra niti – vergebens sich anstrengen:* MIRAC. Hucberti 2,15 aper . . . confusionem -tis venatoribus reliquit. CHART. Mog. A 451 p.359,3 hac quia -tus non bene procedit via. *al.* **B** *iur., publ., canon.:* **1** *reicere, repellere – zurückweisen, ablehnen:* CHRONOGR. Corb. p.56,21 filiam in prelatricem . . . electam . . . et per abbatem -tam. TRAD. Weiss. app. II 7 p.330,8 quemlibet iuratorum . . . -andum . . . habemus potestatem. **2** *deponere – absetzen:* RYCCARD. chron. a.1237 p.193,24 duobus aliis -tis rectoribus. **3** *excludere – ausschließen:* ANNAL. Magd. a.982 p.156,13 Ochtricus -tus *(sc. ab electione).*

adi. **cassatus,** -a, -um. **1** *non impetratus – unerfüllt:* RUP. MEDIOL. Adalb. 10 p.11,15 nullus . . . -i voti querulus causator abscessit. **2** *irritus, auctoritatis expers – ungültig, ohne Rechtskraft:* DIPL. Otton. III. 303 p.729,46 quaecumque . . . episcopus . . . commutavit, nostra auctoritate sint irrita atque -a. LEG. Lang. p.597^{a},44 cartam venditionis capsatam et taliatam reddere. *al.* **3** *orbus – beraubt:* CHART. march. Misn. III 352 p.236,3 (a.1224) ut . . . inefficax habeatur *instrumentum* . . . et omni virtute -um. **4** *exstinctus, vacuus – gelöscht, erledigt:* CHART. Dortm. 113 p.52,12 (a. 1262) dum filius meus moritur, -i sunt VII solidi.

***cassolla,** -ae *f. (cf. prov. vet.* cassa *a* cattia, *v. S. Battaglia, Grande Dizionario della lingua italiana. II. 1962. p. 851) catinus – (Schmelz-) Tiegel:* MOSES PANORM. marisc. 18 p. 186,14 pone in quadam -a ferrea . . . et facias bullire. *cf.* *catiola.

cassula *v.* 1. capsula.

1. *cassura, -ae *f. (orig. inc., ni cohaeret c.* *cassola *sim.) crater – Krug, Mischkessel:* GLOSS. IV 272,1 St.-S. craterę vel -ę idem sunt i. bichere (467,7).

2. cassura *v.* casura.

1. cassus, -a, -um. *script.* cas(us): *p.332,8. struct.: gen.: l.52. abl.: l.50.*

1 *gener.:* **a** *orbus – beraubt:* EPITAPH. var. II 38,1 vitae . . . flamine -us. **b** *frustratus, defraudatus – vergeblich hingehalten, getäuscht:* GEBEH. AUGUST. Udalr. p. 595,5 malignorum toties votorum -us. **c** *vanus, inanis – nichtig, unnütz, vergeblich:* LIUTG. Greg. 12 p. 76,15 sermone -o. VITA Heinr. IV. 9 p.31,3 -a obsidione. CHRON. Pol. 2,17 p.85,24 -o . . . labore. HELM. chron.67 p.127,5 timor. *al.* **2** *iur., publ., canon.:* **a** *irritus, auctoritatis expers – ungültig, ohne Rechtskraft:* DIPL. Heinr. V. (ed. F. A. Sinnacher, Säben u. Brixen. II. 1821. nr. 81 p.387,15) ut, quidquid abbasissa . . . attemptaverit, -um . . . teneatur. CONST. II 106 p. 135,6 privilegia . . . -a . . . et inania reputari. ACTA imp. Winkelm. I 283 p. 258,27 sententie eius *(iudicis)* -e sint. CHART. Tirol. notar. I 834^{a} quod irritum et -um sit et vanum. HEINR. WIRZ. cur. 291 cartula . . . si -a revertitur ad me. *al.* **b** *dissolutus – aufgelöst:* ACTA imp. Winkelm. I 283 p. 258,19 (a. 1226) ut omnes societates . . . sint . . . -e et ne de cetero fiant. **3** *mus. fort. i. q. depressus – viell.: gedämpft:* IOH. GARL. mus. mens. I p. 97^{b} unus *sonorum modus* in plenitudine vocis, alter est sub voce -a, tertius sub voce amissa (ANON. mus. Sowa 1^{a} p. 23,11 vox -a idem est quod sonus, non vox, artificialiter procreatus. *al.*).

subst. **cassum,** -i *n.* **1** *vanum – das Leere:* BEDA hist. eccl. 2,15 p.116,30 nec vota . . . in -um cecidere. **2** *abolitio – Ungültigkeit, Aufhebung:* CHART. march. Misn. III 154 (a.1207/10) quicunque . . . eam *(paginam)* infringere vel incassum audeat revocare. CONST. III 193,10 -i et irriti nuntiationem . . . nuntiare.

usu adv. **incassum** (in cassum). *frustra, inaniter – vergebens, nutzlos:* LIBER diurn. 602 p. 83,7 -um . . . laborare (CHART. eccl. Erf. 53 p.35,17. *al.*). WILLIB. Bonif. 4 p. 17,14 in cassum (casum *1*) inhabitatur locus. NICOL. I. epist. 48 p. 331,16 -um in stadio currit, qui *eqs.* CHART. Babenb. 54 p. 74, 38 post multos conventus . . . -um habitos. *saepe. sine causa – unbegründet:* LIBRI Karol. 1,16 p.38,42 Beseleel . . . -um . . . in exemplum trahitur.

adv. **casse** *vel* **casso.** *frustra, inaniter – vergebens, nutzlos:* CARM. Cent. 160,20 donec distentus venter resolutus inane, post iterum ut . . . valeat . . . sinu replicare suo, quod -e removit. TRIUMPH. Remacli 2,16 -o vim . . . inferri. ALBERT. M. herm. 1,2,5 p.394^{a},15 partes indeclinabiles . . . infinitari non possunt, quia -e infinitarentur *eqs. al.*

2. *cassus, -i *m. (orig. inc., ni subest* cattus) *mus Alpinus – Murmeltier (Marmota marmota L.):* EKKEH. IV. bened. II 134 Alpinum -um faciat benedictio crassum *(v. notam ed.).*

3. cassus *v.* capsus. **4. cassus** *v.* casus.

1. *casta (ka-), -ae *f. vel* ***casto,** -onis *m. (theod. vet.* kaste, *cf. supra p.111,47) taberna (mercatorum), horreum – (Verkaufs-) Bude, Lager:* CHART. scrin. Col. A I p. 26,20 (c. 1142/56) quod eadem kasta . . . in proprietatem . . . est redacta. p.66,42 emerunt . . . tabernam castonę *(i.* -em *ind.).* p.55,16 duo -es iuxta Renum positi . . . proprii sunt Blithildis. *ibidem al. (v. ind. p.310).*

2. *casta, -ae *f. (fort. cohaeret c. arab.* kaffa, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 994) putamen – Fruchtschale, -hülle:* ALBERT. M. veget. 1,177 cooperculum . . . in quibusdam *(fructibus)* . . . vocatur -a (-sc- *B,* casea *L*) ut in glande et castanea. 6,372 *lens* profert -am (-ps- *L,* -sa *P*). 6,401 -a (coxa, taxa *var. l.*) seminis eius *(viciae avium).* 6,472 cuius *(viciae)* costae (-a *L,* -sa *P*) sunt longae. 7,131 -is (-seis *V,* cosas *CPZ*) pisorum . . . exsiccatis. *ibid. al. (v. ind.).*

castagnetum *v.* castanetum. ***castalania** *v.* *castellania.

***castaldatus** *v.* *gastaldatus.

***castaldellus,** -i *m. (ital. dial.* castaurello *cft. ed.) piscis quidam acus similis – ein dem Hornhecht ähnlicher Fisch:* BERNH. PROV. comm. 12,2 p. 324,35 recipiantur per os . . . pisces illi, qui dicuntur -i; illi pisces sunt similes piscibus acubus.

***castald(i)us** *sim. v.* *gastald-.

Castalides, -um *f.* (Κασταλίς) *musae – Musen:* RHYTHM. 115,52,3 hec de saltu mihi lune dixere -es.

***castalinus,** -a, -um. (*cf.* castus, Castalia) *ad castitatem alludens – Keuschheit ausdrückend:* IOH. DIAC. cen. 2,68 virgo fert Maria stolam, Susanna -am (-ll-, -el(l)- *var. l.*).

castalitas, -atis *f. (cf.* Castalides) *eloquentia – Beredsamkeit (cf. Corp. gloss. Lat. ed. Goetz IV 214,4* -i de elogutione): COLUMB. epist. 1$^{tit.}$ (ed. G. S. M. Walker. 1957) egregio speculatori *(sc. Gregorio M.),* theoria utpote divinae -is (-stul- *S*) perito (potito *codd.*), . . . salutem.

***castallia** *v.* *gastaldia.

castanea, -ae *f., raro* **castaneus,** -i *m. vel f. vel* **castaneum,** -i *n.* (κάστανον, καστάνεια) *script.:* -ten-: *p.333,3.18.* -ton-: *p.333,23.* -n(a): *l.66. p.333,8.* -ni(a): *l.66. ?form. nom. pl.* -nes: *l.65.*

I *de planta i. q. balanus Iovis – Echte Kastanie (Castanea sativa Mill., v. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 863sqq.; cf.* GLOSS. III 676,23 St.-S. -nes chestinne. *al.): **A** de arbore (cf.* GLOSS. III 42,22 St.-S. -ę [-nie, -nae *var. l.*] chestinnebŏm. 352,66 -us kestenbŏm. *al.):* **1** *gener.:* BERNH. PROV. comm. 6,5 p.293,4 flores -e. OTTO FRISING. gest. 2,13 p.114,28 ut arbores fructiferas, precipue -as, . . . instar nemorum educet. ALBERT. M. veget. 6,47 -a . . . est arbor apud nostram habitationem multum nota. *al. cf. p.333,61sqq. alleg.:* HRABAN. univ. 19,6 p.515^{B} -am Latini a Graeco appellant voca-

[Rudolph]

bulo . . .; haec arbor continentium coetum significare potest, qui per castitatem corporis multos virtutum fructus affert. **2** *iur.:* EDICT. Roth. 301 si quis -enea (-anea, -aneum *sim. var. l.*) . . . inciderit. CHART. Laus. 525 (s. XIII.[1]) tenent . . . fratres . . . plures -as. **B** *de fructu:* **1** *gener.:* ECBASIS capt. 178 molles -as domnis cenantibus aptas (EKKEH. IV. bened. II 191). CHART. Bund. 479 de pecia una terre cum arbores -arum (960 p. 390,9 -ni. CHART. Frising. 272 p. 296, 22 -orum). ALBERT. M. veget. 6,208 -a nutribilior est glande. *al. v. et p. 347,24.* **2** *pharm.:* PAUL. AEGIN. cur. 209 p. 144,2 -as (*3,46,4* καστάνων) comedant. RECEPT. Bamb. 64 -e cocte aut asse . . . inponis. DIAETA Theod. 502 -ę carnem purgant, sed inflationem faciunt. ROGER. SALERN. chirurg. 3,724 accipe corticem -arum *eqs. al.* **3** *iur. de praestatione:* DIPL. Karlom. (II.) 7 p. 295,35 quidquid . . . exigere poterat, id est annona, . . . -arum *eqs.* CHART. Bund. 464 dabat fictum . . . staria tria -arum pistarum. CHART. Ticin. 32 p. 73,36 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. I. 1929) decimam . . . -enearum. *al.*

II *de textilibus:* **A** *pannus spadix – kastanienbraunes Tuch:* CATAL. thes. Germ. I 35[b],6sq. (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; c. s. X./XI.) sindones . . . IIII laneas et unum -oneum . . . et V -onea. RATHER. epist. 19 p. 109,13 -⟨a⟩m c⟨um⟩ pallio . . . mittere. LEO MARS. chron. 1,55 in eis *(captivis)* redimendis expendimus . . . -as (ast- *var. l.*) duas pro Bizanteis VIII. **B** *pannus viridis – grünes Tuch:* GLOSS. III 377,59 St.-S. -us grůnedůch.

***castaneaceus,** -a, -um. *ex floribus castanearum paratus – aus Kastanienblüten gewonnen, Kastanien-:* IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 27a[r] mel -um, quod fit ex floribus castanearum.

***castanearius** (-tena-), -i *m. castanea – Kastanie(nbaum):* CAPIT. reg. Franc. 32,70 de arboribus volumus, quod habeant . . . -os. FORMA mon. Sangall. p. 14[a] laurus, . . . -enarios, . . . ficus.

***castaneatus,** -a, -um. *spadix – kastanienbraun:* BERNH. PROV. comm. 11,2 p. 321,18 balsamum mel non clarum nec album, quod -um *(an subst.?)* dicitur.

***castaneola,** -ae *f. nux castaneae similis in India proveniens, fort. i. q. Strychnos nux vomica (L.) – kastanienähnliche, in Indien vorkommende Nuß, viell.: Brechnuß:* BERNH. PROV. comm. 3,2 p. 281,39 -a Indica idem facit *(sc. vomitum provocat).* ALPHITA II p. 126,23 (add.) nux Indeyca, nux vomica, -a idem. *al. fort. add.:* TRACT. de aegr. cur. p. 253,28 addatur . . . esule, -e, polipodium, nucis muscate.

castanetum (-ten-, -tagn-, -nie-, -edum, -ectum *sim.*), -i *n. nemus castanearum – Kastanienwald, -anpflanzung:* DIPL. Otton. II. 144 p. 162,16 cum . . . silvis, olivetis, pratis, -is *(item in pertinentiis:* CHART. Ital. Ficker 35 p. 52,38 -ieta. DIPL. Otton. III. 408 p. 842,10 -enetis. ACTA imp. Stumpf 359 p. 512,28 -gnetis. LEO MARS. chron. 1,54 cum . . . -ieto [-neto, -aneo *var. l.*]. *al.).* COD. Wang. Trident. 114 p. 261,13 castegnedum. ACTA imp. Winkelm. II 6 p. 7,9 confirmantes . . . -ectum de Iubiano. ANNAL. Ianuens. III p. 10, 12 in quodam -gneto . . . insidiis posuerunt. *al.*

***castanetus,** -a, -um. *qui castaneis consitus est – mit Kastanien(bäumen) bepflanzt:* CHART. Bund. 387 p. 287,22 (a. 1174) dedit . . . quatuor pecias de terra -a.

castaneum *v.* castanea.

1. castaneus (-nus), -a, -um. **1** *strictius i. qui castaneae est – Kastanien-:* ANDR. STRUM. Ariald. 9 arbores . . . -as . . . decorticemus (CHART. Bund 564 a. sex -nas). CHART. Bund. 201 accepimus . . . libras octo . . . pro silva -a. *ex floribus castanearum paratus – aus Kastanienblüten gewonnen:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 370[F] est nomen mel -um, quod aliquantulum amaritudinis habet (BERNH. PROV. comm. 7,1 p. 293,31). **2** *latius i. q. spadix – kastanienbraun:* CAPIT. reg. Franc. 128,4 planetas -as II. HARIULF. chron. 3,3 p. 88,16sqq. casulae -ae XL, . . . cappa -a . . . I. CONSTANT. AFRIC. theor. 1,10 p. 2b[v] *pili capitis* plani -i . . . humidum significant cerebrum. *al.* *Rudolph*

2. castaneus *v.* castanea. **castanietum** *v.* castanetum.

1. castanus *v.* 1. castaneus. **2. castanus** *v.* cantherius.

castegnedum *v.* castanetum. **castelanus** *sim. v.* castell-.

1. castella *v.* 1. castellum. **2. *castella** *v.* 2. *castellum.

***castellana,** -ae *f. uxor (vel vidua) castellani – Frau (oder Witwe) eines Kastellans, Burggräfin:* WALTH. TER. Karol. 37 Aganitrudem, castri quod dicitur sancti Audomari quondam -am. TRAD. Salisb. II 170 -a de Weruen pro remedio animę mariti sui . . . delegavit . . . mansum. 315 Diemůdis, -a Salzburgensis, . . . purchravio, marito suo, . . . tradidit . . . famulam *eqs.* CHART. Ital. Ficker 197 p. 249,18 debent restituere -e sedimen castellani. CHART. Lamb. Leod. 338 nobilis mulier Maria, . . . -a Couini, uxor mea *(sc. comitis Suessionensis). al. fort. de muliere potestate castellani fungente:* LAMB. ARD. hist. 149 p. 637,40 Broburgensis castellarie heredem . . ., etiam Broburgensem -am (*de eadem:* LAMB. ARD. hist. 150 p. 639,26 prepotens matrona, Broburgensis -a. WILH. ANDR. chron. 139 p. 730,16).

***castellanatus,** -us *m. custodia castelli – Burgwachdienst, Burghut:* CHART. Carinth. V 416 (a. 1279) recepi . . . -um castri. *ibid.:* ea fide, qua idem castrum iure et nomine -us recipio, . . . reddam.

***castellancia** *v.* *castellantia.

***castellaneus,** -a, -um. *qui castello praeest – eine Burg befehligend, Burg-:* CHART. Traiect. 184 p. 173,43 (interp. post 1026) Robertus comes -us.

***castellania,** -ae *f. script.:* -stala-: CHART. Lux. IV 142. -ny(a): *l.32.*

1 *districtus potestatis vel iurisdictionis castellani – (Herrschafts-)Bereich, Bezirk eines Burggrafen (cf. F. L. Ganshof, ZRGGerm. 74.1957. p.99):* CHART. Bern. I 144 p. 360,23 (a. 1107) Fulmarus de -a Outoldenchus. REGISTR. Dal. p. 421, 6 de bonis -nye castri Depenhem. CHART. Lux. I 550,8 dabit . . . in castello et in -a terram. II 84 castrum . . . cum -is et appendiciis. CHART. Pommerell. 76 p. 63,26 contuli . . . -am . . . villis utilibus preciosam. CHART. Helv. arb. 135 p. 212,12 carrugium . . . petere . . . infra -am Sarretae. ANNAL. Mosom. a. 1245 (MGScript. III p. 164,22) tenere . . . in feudum . . . homines beate Marie de -a Mosomensi *eqs. al.* **2** *praefectura, potestas, officium castellani – Befehls- oder Verfügungsgewalt, Amt eines Burggrafen, Burggrafschaft:* GESTA Camer. cont. I D 12 castellanus -am Cameracensem, quam de . . . comite tenebat, ab episcopo . . . hominio facto . . . suscepit. CHART. Rhen. med. III 136 p. 125,3 super milites pertinentes ad -am Valdencie. CHART. Brand. A XXIV 17 p. 336,23 quod *(ius)* habuimus *(sc. dux Silesiae)* in officio -e. CONST. II 394,16 quod vicarius . . . regis habeat . . . iura et -as et honores in castris predictis. *al. v. et p. 336,40. spectat ad beneficium castrense:* CHART. Osn. II 351 p. 272,25 (a. 1236) bona sive sint feodalia sive -e *eqs.* **3** *usu communi i. q. castellum – Burg:* CHRON. Pol. 2,46 comburendo tres -as (-uas *ZS*) . . . dissipavit.

***castellanicus,** -a, -um. *ad castelli custodiam obligans – zum Burgwachdienst verpflichtend:* TRAD. Salisb. I 368 (a. 1147/67) quam *(curtem)* . . . iure -i beneficii possederat.

***castellantia** (-ela-, -cia, -za), -ae *f.* **1** *districtus potestatis vel iurisdictionis castellani – (Herrschafts-)Bereich, Bezirk eines Burggrafen:* COD. Wang. Trident. 59 (a. 1196) castrum Arci et -cia . . . est allodium. CHART. Ticin. 192 p. 18, 15 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. III. 1943) quas *(terras)* vendiderant in . . . -cia de Somovico. CHART. Bund. 824 quam *(decimam)* . . . tenent . . . in -elancia de Domafolle et in eius territorio. REGISTR. Trident. III 17 p. 241,13 de -za Numii. *al. in his regionibus.* **2** *praefectura, potestas, officium castellani – Befehls- oder Verfügungsgewalt, Amt eines Burggrafen, Burggrafschaft (cf. F. Schneider, Die Entstehung von Burg und Landgemeinde in Italien. 1924. p. 311):* CHART. Tirol. 452 (a. 1189) de . . . omnibus iuribus ad istam -am pertinentibus. COD. Wang. Trident. 163 p. 350,10 cum . . . portenariis, publegis et -a pertinentibus ad dictum castrum. 188 p. 382,11. **3** *custodia castelli – Burgwachdienst, Burghut:* CHART. Tirol. notar. I 518 p. 252,9 (a. 1236) quam *(domum)* dicit sibi pertinere iure custodie cum honore -cie.

[Pape]

***castellanum,** -i *n.* *area vel regio castelli – Burgareal, Burggelände:* CHART. Tirol. 1049[a] p.92,7 (a.1236) teneat . . . castrum . . . cum -o et dosso et monte (p.92,40.p.93,3 cum monte et -o . . . ad ipsum c. pertinentibus. p.93,11). *cf.* *castellarium.

1. castellanus, -i *m.* *script.:* cha-: *p.336,3.* -tila-: *l.64.* -ela-: *l.27. adde* CHRON. Pol. 2,17 p.85,9 *cod. H. al.* -lian(us): *l.12. adde* FOLCUIN. Bert. 96.

I *qui castellum custodit vel inhabitat – Bewacher oder Bewohner einer Burg:* **A** *gener.:* COD. Karol. 58 p.584,2 in eandem civitatem . . ., castello Felicitatis, properans . . . -os abstulit *dux.* FLOD. annal. a.925 p.30,5 -i (-llia- *var. l.*) cum suburbanis . . . Nortmannos repellunt. TRANSL. sang. Dom. in Aug. 22 clericus quidam e -is. ADALB. MAGD. chron. a.939 p.161,13 Brisacenses -i regiae dominationi subduntur. ANNAL. Petr. Erf. III a.1181 p.65,29 -is in pace dimissis. CHART. Ital. Ficker 434 p.445,40 -os et habitatores Matelice. *saepe.* **B** *iur. i. qui (plerumque beneficio) ad custodiam castelli obligatus est, castrensis – Burglehnsmann, Burgmann (cf. E. Mayer, Italienische Verfassungsgeschichte. I. 1909. p. 422sq.):* DIPL. Otton. I. 348 p.475,25 nullum . . . -um . . . a castello illius *(episcopi)* seducat *comes eqs.* GREG. CAT. chron. II p.43,15 -i de guaita. CHART. Heinr. Leon. 36 hanc curam *(sc. curtis)* -is nostris . . . iniungemus. CHART. march. Misn. II 474 p.329,25 *(ex Italia)* -os . . . eos intelligimus, qui in montanis et planis habitant *eqs.* CHART. Tirol. 801[a] regule -elanorum . . . episcopatus de eorum castelis . . . sunt feodum. CHART. episc. Wirz. I 229 p.246,30 -us noster *(sc. episcopi)* erit, quod burgere dicitur, in ipso castro *eqs.* CHART. Stir. III 71 p.134,10 -i mei *(sc. nobilis)* quatuor in . . . castro residentes. 88 p.154,9 ius ministerialium Aquilegensium . . . habeant ministeriales, -i et infeudati *(cf. H. Schmidinger, Patriarch und Landesherr. 1954. p.111.116).* CHART. Carniol. II 196 p.155,11 testes sunt . . . -i de Ortenburch (CHART. ord. Teut. [Hass.] 248 -i nostri [*sc. comitis*], milites . . . de Gruzzen). CHART. Westph. III 848 scriptum nostro *(sc. burggravii)* et -orum in Stromberg sigillis . . . consignatum. CHART. Eichsf. 535 Burchardus miles . . ., -us noster *(sc. ducis)* in Indagine. *saepe. remissius in civitate:* CHART. civ. Erf. 49 p.21,33sq. (a.1185) ut eum *(comitem)* . . . -um nostrum *(sc. archiepiscopi)* in Erphordia facientes domum et -i feodum . . . assignaremus *eqs.* CHART. episc. Hild. II 598 p.299,5 presentibus -is et burgensibus eiusdem civitatis.

II *praefectus castelli, burggravius – Burgkommandant, Burggraf, Kastellan (cf. S. Rietschel, Das Burggrafenamt und die hohe Gerichtsbarkeit in den deutschen Bischofsstädten. 1905; F. L. Ganshof, ZRGGerm. 74. 1957. p.99):* **A** *publ. et iur. (accedente officio iudicis, e.g. l.64.66. p.336,15qq.; administratoris, magistratus, e. g. l.64.66):* **1** *de praefectis castellorum imperatori vel regi (Teutonico) subditorum (de praefecto castelli regis Ungariae: l.58; Hierosolymitani: l.55):* DIPL. Heinr. II. 120 nullus . . . gastaldio, -us . . . abbatem . . . inquietare . . . presumat. CHART. archiep. Magd. 293 p.364,38 Odelricus, -us de Witin. CHART. ord. Teut. 2 vicecomes et -us Ierosolimitanus. CONST. I 276,3 si -us Alamanus mortuus fuerit *eqs.* ACTA imp. Winkelm. I 49 p.46,24 nullus marchio, comes, -us . . . guerram . . . movere . . . presumat. CHART. Burgenl. I 179 p.133,27 -us Supruniensis. CHART. Carinth. V 174 per -os et custodes municionum nostrarum *(sc. regis)* . . . nulla dampna . . . inferemus. *al.* *de praefecto civitatis:* ACTA imp. Stumpf 120 p.150,1 (a.1152) Otto, -us Ratisponensis. **2** *de praefectis castellorum ducibus subditorum:* CHART. Pomm. B 48 (a. 1159) acta sunt hec . . . coram . . . -tilano . . . castri. CHART. Stir. I 701 p.688,20 ducis Styrensis honestus ministerialis . . ., -us in Graze. CHART. Oelsn. 38 coram -o de Wratislavia litigare. CHART. Carniol. II 290 p.226,5 dux . . . fecit iurare . . . -um de Leybaco . . . patriarche fidelitatem *eqs.* CHART. Raitenh. 327 ego Fridericus tunc temporis -us in Titmaeningen *eqs. al. v. et p.336,23.* **3** *de praefectis castellorum comitibus vel nobilibus subditorum:* FUND. Barr. (MGScript. XV p.981,44; a.1032) *teste* Valfrodo -o. GISLEB. MONT. chron. 9 p.14,11 cum comite Hanoniensi tres Hanonie -i . . . hominium faciunt episcopo. 118 p.180,18 miles nobilis, -us de Perona. CHART. Stir. I 664 ch-us domini Rudolfi de Chindeberch. CHART. Hamb. 705 Zelandie -us. CHART. Burgenl. II 155 suus *(sc. comitis)* . . . fidus -us de Kobolt. *al.* **4** *de magistratibus urbanis:* ALBERT. M. pol. 6,6[e] p.609[a],16 dicuntur autem nunc tales principes -i *eqs.* **B** *eccl. (accedente officio (summi) iudicis, e. g. l.15.17.22; advocati, e. g. l.15.17):* **1** *de praefectis castellorum (archi)episcopalium:* CHART. Stir. I 178 p.185,33 (a.1139) de ministerialibus sancti Rudberti . . . -us de Libniz. CHART. Eichsf. 87 p.51,29 Dudo, -us de Rusteberc. CHART. Stir. II 54 p.93,11sq. -us Salzburgensis, . . . -us Frisacensis. CHART. Carniol. II 291 p.229,27 ad recipiendum corporale iuramentum a -is . . . castrorum. *al.* *de praefectis civitatum:* GESTA Camer. 3,2 p.467,4 cum se -um advocatumque civitatis aiebat. CHART. archiep. Magd. 323 p.420,30 -us de Magdeburg (CHART. com. Mansf. VI 15 p. 340,7). *al. v. et p.334,41.* **2** *de praefectis castellorum capitulo canonicorum vel ordini Teutonico subditorum:* STATUT. ord. Teut. p.97,16 magister . . . et conventus constituent . . . -um de Monte Forti. CHART. Oelsn. 48,8 si homo ecclesie hominem ecclesie occiderit, . . . solucionem -us canonicorum recipiet sicut . . . -us ducis. *ibid. al.*

2. castellanus, -a, -um. *ad castellum spectans – Burg-:* CHRON. Pol. 2,44 turribus . . . -a munitione preminencioribus elevatis. CHART. Advoc. 62 p.28,40 -i milites.

***castellanza** *v.* *castellantia.

***castellaria,** -ae *f.* **1** *area vel regio castelli – Burgareal, Burggelände:* ACTA imp. Stumpf 123 p.154,2 (a.1153) confirmamus castrum Crevecor cum curte et -a. ANNAL. Ianuens. II p.134,5 castrum Cairi cum sua -a et pertinenciis. **2** *districtus potestatis vel iurisdictionis castellani – (Herrschafts-)Bereich, Bezirk eines Burggrafen (de re v. p.334,29):* GESTA Bert. 2,16 que *(terrae)* de paludibus . . . in -a de Broburg adcrevissent. 3,8 p.671,20 omnes maritimos de Broburgensi -a . . . convocavit. HONOR. III. registr. 21 p.17,34 -am de Sellandia . . . tenebit. **3** *praefectura, potestas, officium castellani – Befehls- oder Verfügungsgewalt, Amt eines Burggrafen, Burggrafschaft:* ANNAL. Ianuens. II p.114,6 consules . . . Willielmum *(sc. castellanum)* a -a (-nia *var. l.*) removerunt. GISLEB. MONT. chron. 180 castellanus . . . custodiam castri . . . reclamabat dicens de -a sua esse. 189 comes . . . Cameracensi electo hominium fecit super -a Cameracensi (LAMB. ARD. hist. 62 c. . . . Gandavensis burgi -am Curtracensi vicecomiti . . . concessit). *al. v. et p.334,14sq.*

castellaris, -e. *abl. sg.* -e *(subst.): l.57.61.*

1 *adi.:* *ad castellum pertinens – Burg-:* DIPL. Arnulfi 188 (spur. post 1065) ut . . . nulla munitio -is *(an subst.?)* edificata maneat. **2** *subst. neutr.:* **a** *arx, castellum – Burg (cf. F. Schneider, Die Entstehung von Burg und Landgemeinde in Italien. 1924. p.259sq.):* GESTA Tull. 36 p.642,36 adeptus est *episcopus* . . . ecclesiam et -e de Pauniaco. ACTA imp. Winkelm. I 61 p.57,15 confirmamus . . . -ede Agello cum tota sua curte et districtu (p.57,35 -ia Grossetane diocesis cum omnibus iuribus . . . et confinibus suis). *al.* **b** *area vel regio castelli – Burgareal, Burggelände:* DIPL. Karoli III. 148 p.239,32 concedimus . . . castellum Velloso cum -e suo. GREG. CAT. chron. II p.109,23 medietatem -is . . . et medietatem turris. COD. Wang. Trident. 99 p.234,32 cum quarta parte tocius -is illius castri. *al.* *de castello diruto:* DIPL. Heinr. II. 290 p.353,22 cum . . . portione de -e, quod iam fuit castello.

***castellarium** (-ela-, -rum), -i *n.* **1** *arx, castellum – Burg:* IOH. CODAGN. annal. a.1217 p.62,11 milites ad -um . . . ivere; illud . . . expugnaverunt. **2** *area vel regio castelli – Burgareal, Burggelände:* CHART. Ital. Ficker 265 p.309,12 (a.1218) investivit de castello . . ., sicuti pertinet illi castro et -ro et dosso. CHART. Frising. 206 p.212,1 feodum de Castro Godingi et -o et villis. COD. Wang. Trident. 206 p.408,5 que *(turris)* est in castelaro Perzini. *cf.* *castellanum.

1. castellarius, -i *m.* *praefectus castelli, burggravius – Burggraf (de re v. p.335,45):* CHART. Stir. I 287 (c.1150) testes adducimus Rapotonem, -um de Bůtine *eqs.*

[Pape]

2. *castellarius, -a, -um. *ad castelli custodiam obligans – zum Burgwachdienst verpflichtend:* CHART. Wirt. V 1573 (a. 1260) curtile . . . feodo -o conferre.

***castellata** (-ela-, -ada), -ae *f.* *(ital.* castellata, *cf. S. Battaglia, Grande Dizionario della lingua italiana. II. 1962. p. 856) dolium ad vinum vehendum et mensurandum aptum – Faß zum Transport und Messen von Wein, 'Kastlet':* CHART. Tirol. 1035 p. 81,3 (a. 1235) plaustrum boni vini . . . cum una -elata. 1120 p. 163,16 *solvere* III bonas -elatas. 1184[a] p. 230,15 III solidos . . . pro I -elada.

***castellatura,** -ae *f.* **1** *districtus potestatis vel iurisdictionis castellani – (Herrschafts-)Bereich, Bezirk eines Burggrafen:* CHART. Oelsn. 32 p. 58,18 (a. 1221) coram castellano, in cuius -a fuerint, litigare debebunt. CHART. Sil. A I p. 1,8 decimas villarum in -a de Tessin. CHART. Pommerell. 54 p. 46,9 absolvimus . . . ab omni teloneo . . . in omnibus nostris *(sc. ducis)* -is. CHART. Livon. A I 248 p. 323,29 hereditas sita est in -is Dzerbiten et Mesote dictis. CHART. Pruss. II 64 p. 59,29 -arum homines. *al. in his regionibus.* **2** *praefectura, potestas, officium castellani – Befehls- oder Verfügungsgewalt, Amt eines Burggrafen, Burggrafschaft:* GESTA Camer. cont. I A 3 p. 490,25 Iohannes . . . in civitate remanet -a indonatus. 9 -am Cameracensis civitatis. ROD. CAMER. Lietb. 28 quem *(puerum)* Ansellus . . . cum omni -a fideliter . . . rexit. GESTA Camer. cont. II C 2[med.] -am tenuit facto hominio . . . Hugo castellanus. *al. in hac regione.*

***castelletum** (-tt-), -i *n.* *(ital.* castelletto) *parvum castellum, munitiuncula – kleine Burg oder Befestigungsanlage:* ACTA imp. Winkelm. I 41 p. 38,26 (a. 1210) confirmamus . . . -um, quod est subtus Aribel. 413 pontem . . . cum -tto ibidem noviter constructo.

castellianus *v.* 1. castellanus.

***castellio** (-tili-), -onis *m.* *(francog. vet.* chastillon, *ital.* castiglione) *(parvum) castellum, (parvus) locus munitus – (kleine) Burg, (kleine) befestigte Ortschaft:* DIPL. Heinr. III. 292 p. 396,44 imperator . . . curtem et -e Aritino . . . contulit. DIPL. Merov. III A 61 p. 178,29 (spur. s. XI.) -em, qui Fossatus dicitur et quem vulgaris lingua Castrum vocat Bagaudorum (*cf.* p. 178,32.39). ACTA imp. Böhmer 127 *corroboramus* -tilionem Bernardi. LAMB. ARD. hist. 111 de villa . . . liberum . . . facere -is . . . oppidulum. *fort. add.:* FORM. Morb. 5 episcopus . . . unam castelonaem (-nāe *cod.*) montanico . . . nobis *(sc. fratribus)* . . . abstulit.

***castello** (-elo), -avi, -atum, -are. **1** *intrans.:* **a** *iur. i. q. castellum custodire – Burgwachdienst verrichten:* DIPL. Conr. II. 292 p. 415,16 quicumque . . . in . . . cortibus et castellis habitator extiterit aut -verit. GREG. CAT. chron. II p. 43,14 abbas . . . et eius successores omnes homines suos . . . faciant in castello . . . -are *eqs.* COD. Wang. Trident. 100 p. 240,7 castrum apertum debet esse hominibus . . . -elantibus in illo castro. p. 240,17. **b** *usu communi i. q. habitare – hausen:* ECBASIS capt. 192 quid hic -at in antris? **2** *trans. i. q. munire – befestigen:* HONOR. III. registr. 80 p. 59,29 quem *(montem)* . . . -verant *infideles.* CHART. Ypolit. 38 p. 59,15 ne . . . ad -andum turres eius *(ecclesiae)* seu ipsum monasterium accedere debeamus.

adi. **castellatus,** -a, -um. **1** *armatura instructus – gewappnet:* GESTA Ern. duc. I p. 29,34 rex . . . -um suum dextrarium insignem in medium duci iussit. **2** *turricula instructus – mit einem Aufbau versehen:* ANNAL. Rup. Salisb. II a. 1276 naves -as.

***castellucium,** -i *n.* *(ital.* castelluccio) *parvum castellum, munitiuncula – kleine Burg oder Befestigungsanlage:* CHART. ord. Teut. 149 p. 146,26 (a. 1221) demanium . . . cum -o. INNOC. IV. registr. B 184 -um de Soro et castrum, quod Massafra dicitur, ad te, . . . consanguineum . . . dominorum -i et castri, . . . pertinentia, . . . restituimus.

***castellulum,** -i *n.* **1** *parvum castellum, munitiuncula – kleine Burg oder Befestigungsanlage:* ADALBOLD. Heinr. 17 in quodam -o nativitatem Domini celebravit. OLIV. hist. Dam. 28 p. 212,10 muri firmati sunt ligneis -is. EMO chron. p. 517,29 milites de -o Fresenberch. CHRON. Albr. a. 1211 p. 892,23 deiecto -o, quod dicebatur Mons Gaudii. *al.* **2** *propugnaculum malo affixum – am Mast befestigte Brustwehr:* OLIV. hist. Dam. 11 p. 179,12 navim propugnaculis munierunt -o in summitate mali composito. p. 180,16. 12 p. 181,16 -um firmum asseribus et opere reticulato contextum.

1. castellum, -i *n.*, *raro* **castellus,** -i *m.* *(l. 20. p. 339,38) vel* ***castella,** -ae *f. (l. 14. 48. 68. p. 339, 4.26). script.* -el(um): *p. 335,27.*

locus munitus, arx, munitio – Festung, Burg, Befestigungsanlage (cf. S. Rietschel, Das Burggrafenamt und die hohe Gerichtsbarkeit in den deutschen Bischofsstädten. 1905. p. 205sqq. 320): **I** *proprie (cf.* GLOSS. III 209,18 St.-S. -um castelin. 414,19 -um castel): **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* HUGEB. Willib. 4 p. 102,13 est prope -a, ubi requiescit sanctus Severinus. ANNAL. regni Franc. a. 776 p. 44,16 qui in alium -um fuerant *custodes.* a. 789 duos pontes . . ., quorum uno ex utroque capite -um ex ligno et terra aedificavit (HINCM. annal. a. 869 p. 98,18 -um in giro ipsius monasterii ex l. et lapide conficere). EINH. Karol. 9 p. 12,5 oppidis atque -is in deditionem acceptis. ANNAL. Alam. a. 899 (rec. B) -i capti sunt. VITA Gang. II (MGMer. VII p. 172,5) -a, quae Theotonici burgos dicunt. ANNAL. Quedl. a. 987 -a iuxta Albiam flumen denuo restaurata sunt. WIPO gest. 19 p. 39,7 dux . . . -a Hugonis comitis . . . desolavit. VITA Heinr. IV. 9 p. 30,34 -um Nŏrinberch minax obsedit. *persaepe.* **b** *de sedibus episcopalibus:* TRAD. Frising. 5 p. 31,6 (a. 750) Iosephus episcopus . . . in -o nuncupante Frigisinga. DIPL. Arnulfi 121 p. 178,31 Bergomensi -o armis . . . capto. DIPL. Ludow. Germ. 175 p. 248,34 (spur. s. XI.[in.]) sedes constituta est archiepiscopalis in -o Hammaburg nuncupato. *al.* **c** *de monasteriis:* CAPIT. reg. Franc. 281,27 de -o Sancti Dionysii. ANNAL. Ved. a. 895 p. 77,4 monasterium seu -um. THANGM. Bernw. 32 ita -um muniunt, quasi barbarico procinctu se defendere parent. *al. expressius de parvitate:* CAES. HEIST. hom. exc. 278 timuit . . . vir iustus . . . -um *(sc. monasterium parvum)* convertere in castrum. **d** *de domo munita in civitate sita:* CHART. Burgenl. II 126 (a. 1276) -um, quod in villa Castri Ferrei . . . erectum fuisset. **2** *publ. et iur.:* **a** *spectat ad territorium, ambitum iurisdictionis sim.:* CHART. Epternac. 8 p. 30,1 (a. 704) in -o Mulenberge donamus tibi tres casatas . . . et centum diurnales *(cf. W. Schlesinger, Die Entstehung der Landesherrschaft. I. 1941. p. 46).* DIPL. Otton. I. 235 p. 325,28 cum -is et territoriis ac finibus . . . sibi *(civitati)* pertinentibus. *al.* **b** *spectat ad possessionem, traditionem, beneficium sim.:* DIPL. Pipp. 8 p. 13,6 donamus ipso loco et -o ad monisterium. LEG. Lang. p. 222,28 si in istis gastaldatibus . . . sunt aliqua -a, ubi nostri homines habitant. DIPL. Heinr. II. 469 p. 598,20 concedimus . . . -as, que sunt infra comitato (ACTA imp. Winkelm. I 7 p. 5,43 concessimus . . . -um novum cum appenditiis suis, -um duplum *eqs.*). DIPL. Loth. III. 119 p. 192,40sqq. -um . . . ad . . . abbatis manum . . . cum . . . casatis, qui ad custodiam ipsius -i pertinent, . . . spectare . . . decernimus. *al. v. et p. 335,27.* **c** *spectat ad licentiam aedificandi (datam vel prohibitam):* CAPIT. reg. Franc. 273[c],1 quicumque . . . -a . . . sine nostro verbo fecerint. DIPL. Heinr. II. 259 ius speciale -um edificandi (CHART. Babenb. 72. *al.*). CHART. episc. Misn. 74 p. 71,4 -um . . . in bonis . . . ecclesiae . . . contra iustitiam posuisse. *al.* **d** *spectat ad opus muniendi, custodiam sim. (cf. Waitz, Verf.-Gesch. VIII. 1876/78. p. 210):* CHART. Bund. app. p. 383,21 (s. IX.[1]) providet -um ad Bergalliam. CHART. Rhen. med. I 332 p. 386,19 ad opera -i venire. DIPL. Heinr. IV. 276 ut . . . in quolibet -o . . . muniendo . . . serviant. DIPL. Richenzae 4[a] p. 233,28 ut . . . munirent atque defenderent et custodirent -um. *al. v. et l. 52.* **B** *latius i. q. oppidum (muris circumdatum) – (befestigte) Ortschaft, Stadt (cf. A. Dopsch, Die Wirtschaftsentwicklung der Karolingerzeit. II. [2]1921/22. p. 115sqq.):* **1** *gener.:* HUGEB. Willib. 4 p. 100,16 est puteus ille prope -a, ubi *eqs.* EPIST. Alcuin. 196 p. 324,39 de Bethleem -o. RUD. FULD. Leob. 9 cum . . . divinus sermo . . . per pagos et -a diffundebatur. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 490,15 Atella -um . . ., ubi . . . oppidani scurrae sunt. HINCM. epist. I 160[a],10 episcopi

[Pape]

de -is, in quibus . . . papa episcopos esse constituit. VITA Sev. Col. 18 Burdegalense oppidum . . . iam s. Severini -um vocatum. CHRON. Noval. 5,3 qui *(praecones)* lustrarent civitates et -as. LAMB. ARD. hist. 153 -um sive burgum Insulas. WILH. RUBRUQU. itin. p. 219,5 sunt quadraginta -a inter Kersonam et Soldaiam. *saepe.* **2** *publ. et iur.:* **a** *spectat ad territorium, ambitum iurisdictionis sim.:* FORM. Marculfi 1,40 ut omnes paginsis . . . per civitates, vicos et -a congregare faciatis (DIPL. Heinr. II. 79. *al.*). DIPL. Otton. I. 38 quicquid . . . ad prefatum -um, id est ad Magadoburg, pertinens habuimus. DIPL. Otton. II. 250[a] p. 284,33 ut nullus . . . suis *(sc. ecclesiae)* in -is habitantibus . . . publicam funccionem exigere . . . temptet. *al.* **b** *spectat ad possessionem, traditionem sim.:* DIPL. Otton. II. 191 p. 218,22 civitatum . . . et -orum infra istum terminum positarum nomina *(syn.* villulae). DIPL. Loth. III. 93 p. 146,15 ecclesia acquisivit . . . villas, -a, predia. CHART. Epternac. 215 p. 368,9 taceamus de Antwerpo -o et de ceteris oppidorum vel vicorum nominibus. CHART. Lux. II 72 dedi . . . -um cum . . . militibus et civibus in -o manentibus. *al.*

II **A** *in nom. propr.:* CHART. Epternac. 26 (a. 717) actum . . . Hamulo C-o *('Hammelburg').* DIPL. Loth. I. 86 p. 210,8 (ed. Th. Schieffer. 1966) in loco nuncupante Novo C-o. CHART. Mog. A 377 p. 280,18 in loco, qui C-um *('Kastel')* dicitur. BERTH. ZWIF. chron. 3 p. 150,27 una *vinea* . . . vocatur Cultura . . ., tertia C-a. LAMB. LEOD. Matth. I 2367 Alti C-i *('Hohenburg')* municipatum. *al.* **B** *in imag.:* CHART. Hagenow. 109 (epist. c. 1178) -um mentis tuae. **C** *alleg.:* HRABAN. univ. 14,1 p. 384[A] castra sive -a cohabitationem bonorum hominum . . . possunt significare. **D** *meton. de incolis:* VITA Maxim. Trev. II 16 oppida vicinis coeunt -aque villis.

III *translate:* **A** *turris munita – Wehrturm:* COD. Lauresh. 134[b] p. 404,29 (a. 1170/75) -um mirabili dolatura fabrefactum, in quo signa ęcclesię dependebant *(cf. E. E. Stengel in: Festschrift A. Hofmeister. 1955. p. 291).* **B** *machina oppugnatoria formam turris praebens – turmartige Belagerungsmaschine:* OTTO MOR. hist. p. 73,16 -um ex optimis lignis fabricatum . . . construxerunt. p. 89,1 -us . . . post gattum eundo sic eum persecutus fuerat. p. 92,4 balistarii . . . in -o imperatoris latitabant. *saepe (v. ind.).* OLIV. hist. reg. 26 p. 104,17 -um ligneum . . . cives terruit (ACTA imp. Winkelm. I 693 p. 550,4). SALIMB. chron. p. 9,4 cum civitas -is capienda . . . speraretur *eqs. al.*

2. *castellum, -i *n.* (*theod. vet.* casto *accedente fortasse vi vocis q. e.* castellum) **1** *cista (parva), capsa – (kleiner) Kasten, Behälter:* VITA Genov. 39 (MGMer. III p. 231,16) -a *(1[a].3[a] p. corr.,* cistellae *1[b],* castellatem, -tim *rell.,* -ae *ed.),* in quibus frugem exhibebant, in latere versa *(1[a],* vers(a)e *sim. rell., ed.).* **2** *funda gemmarum (cistellae similis) – (kästchenartige) Fassung für Edelsteine (cf. p. 344,3 et vol. I. p. 1609,30sq.):* CASUS Petrish. 4,34 -a et vermiculi nullatenus corpori patenae . . . potuerunt congelari. *Pape*

castellus *v.* 1. castellum. ***castelo** *v.* *castellio.

castelum *v.* 1. castellum.

***castenalis,** -e. (*cf. theod. vet.* kaste) *ad horreum pertinens – Speicher-, Kasten-:* REGISTR. Baiuv. A p. 268,5 (a. 1280) siliginis VIII modios -es (*cf.* p. 188,17 chastmetz).

1. *castenarius (cha-, -tin-, -tn-, -ner-), -i *m.* (*cf. theod. vet. sup.* kastenaere) *procurator (horreorum) – (Speicher-) Verwalter, 'Kastner':* CHART. episc. August. 26 p. 23,24 (a. 1143) testes sunt . . . ex ministerialibus: . . . Arnolt camerarius, Wimar castinarius. CHART. Udalr. August. I 8 Adalbertus -us. TRAD. Mar. Ratisb. 142 p. 222,14 (QuellErörtBayerGesch. I. 1856) Chunradus cellerarius, Hermannus ch-us. TRAD. Scheftl. 437 Eberhardus molendinarius et ch-us. CHART. Monast. 28 A[1] p. 129,7 (QuellErörtBayerGesch. N. F. XX. 1961) chastinerius. 28 A[2] p. 129,6 chastnarius. *al. in hac regione.*

2. *castenarius *v.* *castanearius.

castenea *sim. v.* castan-. **caster** *v.* castrum.

***casterna,** -ae *f.* (*cf.* caverna, cisterna) *caverna terrae – Erdloch:* GLOSS. III 715,13 St.-S. -a erthgroue.

***castica** *subst.* *(fort. cohaeret c.* cantatita *Diosc. lat. 2, 153)* *aron – Aronstab (Arum maculatum L.):* Ps. ODO MAGD. herb. 1 est aaron nostra, Syrorum -a lingua.

***casticium** (-tium), -i *n. vel* ***casticia** (-tia), -ae *f.* *(cf. franc. vet.* *kasto, *v. et v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 472sq.)* *aedificium (adiacens) – (Neben-)Gebäude:* FOLCUIN. Bert. 1,11 p. 30,6 (chart. a. 685) una cum terris, mansis, -tiis ibidem aspicientibus vel superpositis (FORM. Sal. Bign. 19 cum . . . -a superposita. *al.*). DIPL. Merov. I 56 p. 50,50 cum . . . mansis, -is ibidem aedificatis. CHART. Sangall. A 170 p. 160,33 -is, campis, pratis. FORM. imp. 15 p. 296,34 in claustra monasterii vel ecclesias atque -a (atria *D*) ecclesiarum (*sim.* CAPIT. Bened. 1,279). CHART. Stab. 27 p. 70,21 dono . . . manso meo . . . cum omni -ino (-icio *ci. ed. p. 538[a]*) et edificatio (COD. Lauresh. 265 ędificiis, -is. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 259,6 illas *(res ecclesiasticas)* salvas habeant et in -is et in silvis. 297,14 p. 437,39 aedificent villas vestras moderatis -is. CHART. Rhen. med. I 120 p. 125,21 cum . . . horrea et spicario, cum ceteris -is. CHART. Epternac. 157 p. 239,13 casam dominicatam cum -is inibi fabricatis. *al. usque ad s. X[2].*

castifico, -atum, -are. *castum reddere, purificare, emendare – rein machen, läutern, bessern:* **1** *in univ.:* GODESC. SAXO theol. 22 p. 322,22 gratifica, -a, mundifica . . . miserrimum me (*cf.* p. 320,16). DAVID compos. 2,50,8 ipsa . . . orationis virtus . . . purificat eius *(mentis)* affectiones et desideria -at. **2** *c. sensu castigandi, coercendi:* PAUL. BERNR. Greg. 91 p. 528,11 hoc . . . -bat liberos, quod verax pater comminabatur eis exhaereditationem, si *eqs.* ARNO REICHERSB. apol. p. 59,17 caro sanctorum . . ., quae . . . ieiuniis . . . -ta est. CONR. EBERB. exord. 4,26 p. 1114[B] sobrietatis et parcimoniae decore corpus suum -ans. *iron.:* LAND. MEDIOL. hist. I 3,12 p. 81,51 plagis diversis -as eos, imo incestos . . . reddis.

***castigamentum,** -i *n.* *exemplum correctionis causa datum – der Zurechtweisung dienendes Beispiel:* ROLAND. PATAV. chron. praef. p. 5,8 dantur multe moniciones et -a salubria.

castigatio (-cio), -onis *f.*

1 *correctio punitione effecta, coercitio, punitio – strafende Zurechtweisung, Züchtigung, Bestrafung:* CONC. Karol. 39[A], 134 p. 411,21 si . . . aetas permiserit, . . . congrua ei verberum adhibeatur -o. CAPIT. reg. Franc. 202,2 reiectoribus . . . -o adhibenda: vel LX solidos componat vel totidem ictus accipiat. 252,44 p. 238,32 si quis . . . crimen fornicationis fecerit . . ., praedura arceatur poenitentia et condigna -e. *al. (v. ind.).* WIDUK. gest. 2,7 turbatores pacis merita -e afflixit. CHART. Raitenh. 110 peccata, que digna -e ab hominibus emendari . . . minime queunt. *al. v. et p. 341,37.* **2** *correctio verbis effecta, increpatio – tadelnde Zurechtweisung, Schelte:* ALDH. virg. I 33 acerrimae -is censura . . . regis introitum arcebat *Babylas.* THIETM. chron. 6,92 se multum peccasse . . . fideli -e perpendit. **3** *purgatio – Reinigung:* **a** *expiatio – Sühnung:* BEDA hist. eccl. 3,24 p. 179,30 ob -em necis. **b** *mundatio – Reinhaltung:* AMALAR. off. 2,19,1 -o corporis a vitiis. **4** *afflictio, vexatio – Heimsuchung, Qual:* **a** *gener.:* TRAD. Frising. 575 (a. 828) corporali -e conpunctus. DIPL. Heinr. I. 13 nostris . . . peccatis multimodas paganorum -es, quibus christicolas afflixerant, sentimus. *tormentum – Mißhandlung:* THIETM. chron. 7,76 ad professionem culpae . . . diris -cionibus compellitur. **b** *eccl.:* α *cruciatus (voluntarius) – Kasteiung:* CONC. Karol. 36 p. 271,24 sive in ieiunio sive in alia -e. HROTSV. Abr. 9,3 acerbitate -is. β *flagellatio – Geißelung:* OTTO SANBLAS. chron. 42 p. 68,9 quod in corpore ipsius quedam -is indicia inventa sint. **5** *temperantia, continentia – Mäßigung, Beherrschung:* LEG. Wisig. 5,4,17 ubi -is disciplina et obtemperandi predicantur exempla. AMALAR. off. 2,18,3 -em vocis, . . . -em corporis. EPIST. Col. 5 p. 248,11 cum sacra -is ammonitione. ALBERT. M. bon. 211 p. 129,19 temperantia . . . dicit . . . temperans per -em et refrenationem ipsas delectationes. *al.* **6** *emendatio (scripti) – Korrektur:* HAIMO BAMB. chron. (Bibl. Rer. Germ. V p. 543, 18) ante debitam -em idem liber contra voluntatem meam . . . transcriptus erat. **7** *pulsatio, agitatio – das Stoßen, Antrei-*

[Sroder]

ben: ALBERT. M. animal. 22,43 eius partus -e pedum infra frutecta latenter abscondit *cerva.*

***castigativus,** -a, -um. *corrigens, coercens – verbessernd, züchtigend:* ALBERT. M. eth. 10,3,1 p.636^{b},42 poenas . . . disciplinales et quasi paternas -as vitiorum.

castigator, -oris *m. qui castigat – Zuchtmeister:* **1** *latius:* GERHOH. psalm. 33,12 p.281,22 est . . . timor aeternarum poenarum . . . tunc . . . utilis paedagogus et -r emendatorius, cum *eqs.* **2** *strictius i. qui (se) voluntarie cruciat – (sich) kasteiender Mensch:* EBO BAMB. Ott. 2,1 p.617,6 erat *episcopus* . . . sui . . . corporis acerrimus -r (CONR. EBERB. exord. 4,1 p.1095^{B} durus admodum -r c. sui. CAES. HEIST. mirac. I 1,32 p.38,9).

castigatorius, -a, -um. *coercens – züchtigend:* CAPIT. reg. Franc. 300,3 p.451,23 quorum *(episcoporum)* paternis correptionibus et -is iudiciis me subdere fui paratus.

castigo, -avi, -atum, -are. *metr.* -stĭ- (*cf.* ALDH. ad Acirc. 128 p.176,20): *l. 61.*

1 *puniendo corrigere, coercere, punire – strafend zurechtweisen, züchtigen, bestrafen (cf.* GLOSS. I 219,28 St.-S. -at castikot): **a** *iur., publ., canon.:* CONC. Karol. 39^{A},134 p. 411,29 sit locus intra claustra . . ., quo . . . retrudantur *incorrigibiles* et secundum modum culpae -entur. 56^{A} p.723,6 inventi *raptores* condigna invectione . . . -entur. *al.* CAPIT. reg. Franc. 271 p.302,12 minutis virgis . . . illum . . . -et. 275,8 p. 335,3 episcopi presbyteros . . . taliter -ent, ut hoc illos emendare delectet. *al. (v. ind.).* CONSUET. Marb. 64 (Spicil. Friburg. X. 1965) condigna . . . disciplina -etur. *al.* **b** *usu vario:* BEDA hist. eccl. 5,12 p. 308,12 ipse est locus, in quo examinandae et -andae sunt animae. POETA Saxo 3,39 -ante Deo caros sibi more benigno. THIETM. chron. 4,36 a prioribus scopis est sepius -tus. 8,2 populus . . . est . . . tardi ritu asini -andus. BERNOLD. CONST. chron. a.1078 p. 435,25 plurimos . . . -ando eunuchizaverunt. GUIC. (?) bers. 9 verbera eum *(brachettum)* et -a. *al. refl.:* BEDA hist. eccl. 4,25 p.265,30 se ipsos . . . -are coeperunt *accolae.* GESTA Bert. 2,8 suaviter se -at, qui exemplo alterius ante castigationem se ipsum emendat. *al.* **2** *verbis corrigere, increpare, monere – tadelnd zurechtweisen, schelten, mahnen:* ALDH. virg. II 1043 pius augustum -ans voce superbum increpat antistes. HROTSV. Cal. 9,19 peccantes . . . nunc blandiris, nunc iusta severitate -ando ad poenitentiam cogis. BRUNO QUERF. Adalb. A 13 piis monitis -tus. CARM. Bur. B 104^{I},2,6 cum proximi me -ant, plus instigant *eqs. al.* **3** *purgare – reinigen:* **a** *incorpor.:* **α** *expiare – sühnen:* BEDA hist. eccl. 3,14 p.155,24 -andi huius facinoris gratia. THIETM. chron. 7,36 p.442,21 ob -andas . . . culpas. *al.* **β** *refl. i. q. se castum reddere – sich läutern:* CAPIT. reg. Franc. 201,3 p.60,32 verberibus coherceantur; quodsi nec sic se -verint . . ., in poenitentia vivant. POETA Saxo 3,449 cum . . . se publica vota cum precibus solvens plebs -are fidelis deberet. **b** *corpor. i. q. mundare – säubern: per compar.:* AMALAR. off. 3,19,19 sicut illud linteum -tum est ab omni naturali viriditate. *in imag.:* BEDA temp.rat.63,34 dies paschae a fermento -ari praecipitur *(cf. Vulg. I Cor. 5,7).* HRABAN. hom. II 80 p.302^{C} fides . . . ab omni levium cogitationum superficie cribro discretionis -ta. **4** *affligere, vexare – heimsuchen, quälen:* **a** *gener.:* WOLFHARD. Waldb. 2,18 (11) rubore tremoreque ineffabiliter -ti *fures.* THANGM. Bernw. 42 matertera diutina corporis infirmitate -ta. *al.* **b** *eccl. i. q. (voluntarie) cruciare – kasteien:* ALDH. virg. II 625 rex frugales ieiunans -at artus. GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 396,27 corpus -are, delicias non amare *([ex Bened. reg. 4, 11].* THIETM. chron. 3,94.*al.).* CHART. Carniol. II p.76,16 per observanciam ieiuniorum . . . vitam suam . . . arcius -antes. **5** **a** *temperare – mäßigen:* REIN. ALEM. phagifac. 265 potum -a. **b** *lenire – lindern:* Ps. OTHO med. 263 psilliticum choleram purgat, -at acutas. **c** *cohibere – zügeln:* GESTA Camer. 1,89 p.435,22 si . . . hos v *sensus* per phisicam, logicam et ethicam -amus. **6** *arcere – fernhalten:* CONC. Karol. 39^{A}, 131 p.408,14 omnes . . . ab otiosis sermocinationibus auditum pariter -ent et linguam. **7** **a** *contrahere – straffen, kürzen:* EPIST. Worm. I 34 p.64,26 stilum . . . meum brevitate mediocri -assem, si *eqs.* **b** *restringere – stutzen:* TRACT. de loc. terr. sanct. (SBMünch. II. 1865. p.145,12; s. XIII.$^{in.}$) non sicut Greci barbam nutrientes, sed ipsam aliquatenus -antes. **c** *continere – zusammenhalten:* ODO Ern. duc. 5 p. 345^{C} crinale capillos crispat et inserto nexus -at in auro.

adi. **castigatus,** -a, -um. **1** *purificatus – gereinigt:* **a** *incorpor. i. q. castus, emendatus – züchtig, geläutert:* BEDA hist. eccl. 5,14 p.313,33 ad -iorem vitam converti ammonebatur. WIBALD. epist. 126 p.202,34 tamquam censores et homines -issimi omnia primi reprehendunt. *al.* **b** *corpor.:* AMALAR. off. 2,24,4 sudarium ex lino -um et mundum. *in imag.:* EPIST. Worm. I 36 p.67,25 me indignum neutiquam doctrinę -ioris fermento fermentatum. **2** *remotus, liber – entfernt, frei:* BEDA hist. eccl. 3,26 p.191,21 erant ab omni avaritiae peste -i. **3** *mediocris – mäßig:* LAMB. LEOD. Matth. III 8$^{med.}$ arcam plumbeam -ae quantitatis. **4** *moderatus – gemäßigt:* HERBORD. Ott. 2 praef. p.724,38 hiperbolen fugere sermo expetit -ior.

adv. **castigate.** *mediocriter – mäßig:* CARM. Bur. B 67,4^{b},3 -e tumentibus labellulis. *Sroder*

castilanus *v.* 1.castellanus. ***castillo** *v.* *castellio.

castimonia, -ae *f. vel rarius* **castimonium,** -i *n. (l. 31.40)*

puritas – Reinheit (cf. GLOSS. IV 112,49 St.-S. -a reine. *al.):* **I** *pudicitia, abstinentia (veneria), incorruptio – Keuschheit, Züchtigkeit, (geschlechtliche) Enthaltsamkeit, Unberührtheit:* **A** *de hominibus:* **1** *de innuptis:* **a** *de virginibus, sanctimonialibus:* ALDH. virg. I 11 p.239,18 virginali -a quasi speciali sanctimonia. CONC. Karol. 39^{B},9 quae ob amorem Christi -ae se dicaverint. ANNAL. Laub. a.1061 (MG Script. IV p.20,28) imperatrix Agnes velamen -i accepit. *al. per compar.:* RAHEW. gest. 4,25 p.268,19 quam *(fidem)* se Mediolanenses . . . virginali quadam -a illibatam habere gloriati sunt. **b** *de clericis, monachis sim.:* ALDH. virg. I 25 p.257,5 quod caelibatus -am . . . medullitus dilexerit *Clemens.* WILLIB. Bonif. 5 p.23,11 quorum *(sacerdotum)* alii . . . -ae continentiam . . . amiserant. WALAHFR. Otm. 5 ipsius -am falso fuisse infamatam. ALEX. MIN. apoc. 10 p.169,9 hunc -ae radium ad discipulos misit *Benedictus. al.* **2** *de maritis:* ALDH. virg. I 37 p.285,12 in -a (-o *B a. corr.*) . . . vixisse feruntur *Amos uxorque. in imag.:* EPIST. Teg. I 51 abbati . . . castę dygamię laudabili -a copulato. **B** *de bestia:* ALDH. virg. I 5 apis . . . propter peculiaris -ae privilegium . . . virginitatis tipum . . . asstipulatur. **C** *de mente sim.:* ALDH. virg. II 16 p.245,19 nequaquam carnalis integritas comprobatur, nisi consors spiritalis -a comitetur (*sim.* 27 p.264,8). *al.*

II *integritas – Unversehrtheit:* WILLIB. Bonif. praef. p.2, 24 vitae -am aut morum sanctimoniam. 2 p.7,29 multarum -a virtutum . . . declaratus. VITA Hildeg. Bing. II 3 (ed. J.P. Pitra, Anal. VIII. 1882. p.435,22) cordis tranquillitas fovebatur verborum -a. *al.*

castimonialis, -e. **1** *adi.:* **a** *ad castitatem spectans – Keuschheits-:* CONC. Karol. 39^{B},12 in -i proposito . . . vivere (39^{B},8. *al.*). VITA Udalr. Cell. I 4 exercitio. **b** *sanctimonialis – Nonnen-:* CONC. Karol. 39^{B},10 p.445,7 quae se -is nominis professione Domino devinxerunt. **2** *subst. neutr. i. q. medicamentum ad augendam continentiam aptum – Mittel zur Förderung der Enthaltsamkeit:* ANTIDOT. Augiens. p.65,9 postea Cleopatra -e hoc adinvenit.

***castinarius** *v.* 1.*castenarius. ***castinum** *v.* *casticium.

castitas, -atis *f.*

puritas – Reinheit (cf. GLOSS. I 233,4 St.-S. -s hrenessi. *al.):* **I** *pudicitia, abstinentia (veneria), incorruptio – Keuschheit, Züchtigkeit, (geschlechtliche) Enthaltsamkeit, Unberührtheit (cf.* GLOSS. I 287,46 St.-S. pudicitię -is kihaltnissa. II 344,47 eminentia -is dera hohun magedheiti): **A** *de hominibus (de Christo: p.343,36):* **1** *in univ.:* ALDH. virg. I 19 p.248,11 quomodo virginitas, -s, iugalitas tripertitis gradibus separatim differant. CAPIT. reg. Franc. 22,82 p.62,4 ammonete eos *(sc. populum)* . . . de humilitate . . ., de -e et continentia (CONC. Karol. 21 p.195,9. HRABAN. epist. 6). GREG. VII. registr. 2,72 p.232,32 non solum clericos, sed et

[Dauser]

laicos -em servare. DAVID compos. 3,50,1 p.286,7 -s est sobrietatis filia. 3,51,1 est . . . -s coniugalis et -s vidualis et -s virginalis. PETR. HISP. chirurg. p.396,40 mediante -e, que summa cautela est in medicis. ALBERT. M. bon. 198 dicitur -s a castigando luxuriam concupiscibilis. 269 -s praecipua species est temperantiae. *saepe. proverb.:* OTLOH. prov. I 55 (ed. W. C. Korfmacher. 1936) inter epulas difficile servatur -s. *math. de unitate:* ANON. de minut. praef. erit *unitas* . . . in sua puritate et -is vi *eqs.* **2** *de innuptis:* **a** *de virginibus, sanctimonialibus:* FORM. Dion. 1 p.494,20 professa -em Deo fuerat conservare. AGIUS vita Hath. 5 cum consororibus . . . quanta . . . corporis -e, quanta mentis vixerit sanctitate. ALEX. MIN. apoc. 14 p.294,7 quia -e eos *(fideles)* excellunt *virgines. saepe. de Maria:* ALDH. virg. I 7 p. 234,20 dum . . . Dei proles . . . alvum puerperae . . . sine . . . dispendio -is intraret. CARM. Cantabr. 36,2,2 tu, regina celi summa, -is tenes sceptra. PAUL. FULD. Erh. prol. p.9,14 quae *(Maria)* . . . -is virtutibus ascensum mercabatur superiorem. *al. meton. i. q. sanctimoniales – Nonnen:* ADAM gest. 1,30 Liutgart . . . magnum chorum -is suo ducatu nutrivit *(cf. Hier. epist. 30,14).* **b** *de monachis, clericis sim.:* ARBEO Emm. 2 -e et continentia praeclarus. CAPIT. reg. Franc. 121 p.240,12 clerici, canonici . . . in -e permaneant. 293,28 presbiteros . . . doctrina et -e et sobrietate . . . ornari compellant *episcopi.* THIETM. chron. 7,73 episcopus . . . -e gemina potitur. BERTH. (?) annal. praef. p.267,20 -is amator, virgineae incorruptionis conservator. GREG. VII. registr. 2,66 p.221,14 de ordinum ecclesiasticorum -e . . . statuta. CONSUET. Marb. 441 (Spicil. Friburg. X. 1965) obedientiam, -em et paupertatem . . . confirmare. STATUT. ord. Teut. p.52,13 -s . . . religiosi cum mulieribus habitantis . . . non . . . tuta . . . poterit permanere. *saepe.* **c** *de variis:* ALDH. virg. I 21 p.252,6 nequaquam eosdem puberes . . . ultroneos -is caelibes, sed invitos spadones extitisse. *al.* PAUL. FULD. Erh. prol. p.9,16 angelicam promereri -em. ALEX. MIN. apoc. 10 p.170,30 erat . . . in eo *(Christo)* . . . -s purissima. **3** *de maritis:* **a** *in univ.:* ALDH. virg. I 19 p.249,3 -s . . ., quae . . . matrimonii commercia regni caelestis causa contempsit. CAPIT. reg. Franc. 196,54 p.45,40 in -e uxores suas diligere. HROTSV. Cal. 4,1 -is professionem. CHART. Wirt. V app. 7 p.374,29 quę maritalem -em amisit. ANNALISTA Saxo a.1002 p.649,6 quam . . . voto -is . . . ut sororem dilexit *Heinricus. al.* **b** *de viduis:* ALDH. virg. I 57 Iudith . . . pia -e florescens. LEX Baiuv. 15,10 haec . . . in viduitate persistit et memoriam mariti cum pudicitia -is observat. THIETM. chron. 6,86 vidua . . . permanens in -e IV annos. CHART. Tirol. notar. II 419. *al. de viro viduato:* ALTFR. Liutg. 1,2 pater . . . servavit -em suam.

B *de bestiis:* CARM. Cantabr. 23,6,2 nulla inter aves similis est api, que talem gerit tipum -is nisi Maria. ALBERT. M. animal. 8,56 turtur . . . amat -em . . . et . . . non sociatur nisi uni mari. *ibid. al.* **C** *de mente sim.:* ALDH. virg. I 36 p.281,16 Basilissa . . . formosa frontis effigie, sed formosior cordis -e. ALEX. MIN. apoc. 10 p.168,21 iris . . . in capite, -s est in mente.

II *integritas – Unversehrtheit:* **1** *de moribus:* ALDH. virg. I 55 p.313,16 interioris *hominis* religiosa -e. CAPIT. reg. Franc. 33,17 p.95,6 inter eos, qui -is et sanctimoniae emendatiores esse cupimus. *al.* THIETM. chron. 6,75 mater . . ., quae -e pia et opere herili inter alias lucebat matronas. **2** *de doctrina christiana:* BEDA hist. eccl. 5,18 p.321,1 alia perplura ecclesiasticae -i et paci contraria gerunt. CAPIT. reg. Franc. 10,3 testis . . . -is . . . et fidei et doctrinae illius *(presbyteri). al. pietas – Frömmigkeit:* BEDA hist. eccl. 1,20 p.38,25 forma -is.

III *munditia – Sauberkeit:* CHRON. Albr. a.803 p.722,17 *(in imag.)* vociferante . . . precone . . . edictum, ut Francis quidquid tollere libitum esset . . ., pertranseunt -e manuum illibata.

IV *continentia – Mäßigkeit:* ALBERT. M. bon. 116 secundus *habitus* . . . est -s (*Arist. p.1107*^{b}*,5* σωφροσύνη), cuius extrema sunt incontinentia et insensibilitas.

***castitium** *v.* *casticium.

1. *casto, -onis *m.* (*ital.* castone) *funda – Fassung:* ALBERT. MIL. temp. 122 p.418,4 de diversis gemmis *(coronae)* sunt XXXII cum uno vacuo -e (-ore *cod.*).

2. *casto, -are. *castum reddere – rein machen:* VITA Agnet. 65 huic soli . . . committo pudorem, quo -or culto, tacto quo mundor ab ipso. 414 satos tellure . . . -ando.

3. *casto *v.* 1. *casta. **4. *casto** *v.* 2. *castro.

castoneum *v.* castanea.

castor, -oris *m.* (κάστωρ) **1** *fiber – Biber (Castor fiber L.; cf.* GLOSS. III 458,26 St.-S. -r [caster *d*] biuer. *saepe):* **a** *gener.:* THEODULF. carm. 33,2,18 prensa solent lucrum capreae dare, . . . -r, dama *eqs.* SCHOL. Adam gest. 4,21 p. 251,12 pelles -um. THEOPH. sched. 1,23$^{in.}$ pergamenam . . . polies . . . dente -is. CARM. Bur. B 134,10 luter, -r tebelusque. ALBERT. M. animal. 7,49 lamyekiz (*p.594*^{b}*,33* λάταξ) . . . aput nos vocatur -r. 7,50 -r . . . habet dentes fortes *eqs.* 22,39 p.1370,10 dicitur . . . -r a castrando, . . . quia ob castrationem . . . quaeritur *eqs. al. nom. propr.:* CHART. Turic. XII 476^{a} p.53,23 (a.1232) Wer(nerus) et R(udolfus) fratres C-es. *ibid. al.* **b** *iur. de venatione, censu sim.:* BREV. NOTIT. p. A 7,25 (c.790) sine licentia . . . episcopi . . . -es apprehendere. CHART. Osn. I 190 p.164,21 in . . . capreolis, -bus, leporibus. CHART. Pommerell. 9 p.7,21 cum omni decima -um Verisse in rivis sive fluviis. 14 p.13,7 in -bus iuxta metas claustri manentibus. CHART. Oelsn. 38 venatores non pascant, de -bus et castorariis curam non habeant *hospites.* CHART. ord. Teut. 204 p. 196,30 cum . . . -bus, fluminibus. CHART. Advoc. 81 excipimus . . . ad usus nostros -em, aurum . . . et argentum. CHART. Carinth. V 348 p.220,18 excepta venacione -um. *al. expressius de tributo:* CHART. Oelsn. 68 p.102,17 (a.1259) nec falconarios recipiant sive venatores -um nec -em solvant *abbas et fratres.* **2** *lutra – Fischotter (Lutra lutra L.):* GLOSS. III 231,12 St.-S. -r otter (268,9. 296,19).

***castorarius,** -i *m. venator castorum – Biberjäger:* CHART. Sil. C 26 p.309,3 (a.1247) caniductoribus vel venatoribus sive -is, si venerint, expensas nec conductum ipsis procurabunt *abbas et fratres.* CHART. episc. Vratisl. 17 p.25,16 villas . . . donamus . . . libertati . . . a recepcione hospitum, -orum et falconariorum. *al. v. et l.26. expressius de tributo vel servitio:* CHART. Pommerell. 67 (a.1238) villam . . . libere esse volumus . . . a -rys. 72 a caniductionibus, a -is.

***castoreatus,** -a, -um. *castoreum continens – Bibergeil enthaltend:* PETR. HISP. chirurg. 72 medicina scamoneata et-a.

castoreus, -a, -um. (καστόρ(ε)ιος) *script.* -ri(us): *l. 52.62.67sq. al. form.: ?nom. sg.* -o: *l.71. gen. sg.* -u: *l.63.*

1 *adi. i. q. fibrinus – Biber-* (*cf.* GLOSS. III 627,22 St.-S. pipirin): AMARC. serm. 4,198 quem vestit musio tensus tergore -o. **2** *subst. neutr. (masc.* -us: *l.65):* **a** *testiculi (sive potius excrementum sub cauda exsistens) fibri vel medicamentum ex eis confectum – Bibergeil (cf.* GLOSS. III 298,19 St.-S. -ium medicamentum de castore bibirwrz. 458,27 -ium biuerzzi. 486, 34 -ium i. testiculi des biberes. 551,54 -um bibergeile. *al.):* **α** *gener.:* DYASC. p.63^{a} -um testiculi sunt animalis. DIAETA Theod. 103 -um calidum est et dioreticum. MATTH. PLATEAR. gloss. p.369^{B} -i duo sunt genera, est autem quoddam album . . .; eligendum est -um subrufum, nervosum. Ps. OTHO med. 64 nigrum . . ., gustibus exosum, grave, -um pretiosum. ALBERT. M. animal. 22,39 p.1370,27 -um . . . interius habet in corpore, quod calidum est et siccum, nervos confortans. *al.* **β** *pharm.* (*cf.* GLOSS. II 676,65 St.-S. -ia luppe): PAUL. AEGIN. cur. 266 calcanthu, -u (*3,80* καστορίου) tantumdem. *al. (v. ind.).* ANTIDOT. Lond. p.19,12 croco . . ., -o. ANTIDOT. Bamb. 35 opopanacus, -us, petrosilinus. TRACT. de chirurg. 910 euforbie, -i, aloes. GLOSS. Roger. III 402 pulvis factus de -o. PETR. HISP. chirurg. 87 fumicatio -ii. GLOSS. Roger. II 271 fiat . . . inunctio cum oleo laurino acuato cum -io. *saepe.* **b** *aristolochia – Osterluzei (Aristolochia Clematitis L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p.393; sed cf. l.53):* GLOSS. III 51,44 St.-S. -ium biberwrz. 479,27 -o biberwrz. *ibid. al.*

[Dauser]

castorinus, -a, -um. *fibrinus – Biber-* (*cf.* GLOSS. III 626,38 St.-S. -um bibirin): CHART. Hans. I 687 p.242,29 (c. 1270) de pelle -a 1 den.

1. *castorius, -i *m. fiber – Biber:* GLOSS. IV 183,30 St.-S. -us castor piber. *Dauser*

2. castorius *v.* castoreus. **castra** *v.* castrum.

***castralis,** -e. **1** *ad castellum spectans – zur Burg gehörig:* CHART. Burgenl. I 185 (a.1231) curia . . . sita super terram -em. CHART. Samb. 52[a] p.18,16 exceptis areis -bus (p.18,18). CHART. Eichst. 66 p.109,28 ut contra personas capituli -es . . . non fulminet sententias *episcopus.* **2** *ad castelli custodiam obligans – zum Burgwachdienst verpflichtend:* CHART. Bern. II 482 (a.1260) -e feodum.

castramentor *v.* castrametor.

***castrametatio,** -onis *f. castrorum locatio – Errichtung eines Heerlagers:* ALBERT. MIL. chron. 122[capit.] de -e, quam fecerunt Turcli. *v. et* metatio.

***castrametatura,** -ae *f. castrorum locatio – Errichtung eines Heerlagers:* HRABAN. epist. 11 p.397,36 singularum tribuum -a (castrorum metatura *E p. corr.*) circa tabernaculum.

castrametor (castra metor), -atus sum, -ari. *script.* -ment-: *l.32sq. saepe (in Italia). form.: inf.* -are: *l.32. pass.* castris metatis: REGINO chron. a.891 p.136,16 (castra metati *A1*).

castra collocare – ein (Heer-, Feld-)Lager aufschlagen, (sich) lagern: **1** *strictius* (*cf.* GLOSS. I 363,1 St.-S. castra metabuntur heriberagont): HRABAN. epist. 11 p.398,5 in quibus *(mansionibus)* Israhelitę . . . -ti sunt. ANNAL. Fuld. II a. 871 p.74,6 *(abl. absol.)* ceteris -antibus. THIETM. chron. 7,20 in angusto . . . castra metatus loco. OTTO FRISING. gest. 2,28 p.132,28 rex . . . circa Biterbium -atur. ANNAL. Bergom. a. 1237 (MGScript. XXXI p.333,30) -entare circa opidum. IOH. CODAGN. annal. a.1232 p.112,20 sumoverunt tentoria et -entati fuerunt desubtus. *saepe. in imag.:* REGINO chron. a.873 p.105,12 *locustae* ut castrorum acies distinctis ordinibus . . . terrae incumbentes castra (-os *A1*) metabantur. *v. et p.349,50.* **2** *latius i. q. diverti, commanere, pernoctare – Aufenthalt nehmen, sich einquartieren, übernachten:* WILLIB. Bonif. 5 p.20, 19 castra metati sunt in Cuentawich. EIGIL Sturm. 23 milites Christi castra metati sunt. DIPL. Otton. III. 331 finito colloquio . . . in monasterio . . . castra metati sumus. THIETM. chron. 6,66 castra metati . . . sumus (hospitati sumus CHRON. Thietm.) extra urbem. *al. v. et p.347,47.*

***castratinus,** -a, -um. (*cf.* *castrinus) *qui animalis castrati est – von einem kastrierten Tier stammend:* THADD. FLORENT. cons. 1,15 carnes -e (WILH. SALIC. chirurg. 1,8 p. 306[B] comedat c. . . . -as).

castratio, -onis *f. actio castrandi, evirandi – Kastration, Entmannung:* **1** *spectat ad homines:* **a** *natur. et medic.:* BRUNUS LONG. chirurg. 2,12 fit . . . -o secundum duos modos *eqs.* ALBERT. M. (?) animal. quaest. 1,13 p.89,71 per -em recedit . . . complexio hominis a temperamento. *al. v. et p.347, 29.* **b** *iur.:* LEX Ribv. 6 capit. p.53,4 de -e (astractionem *B2*). *al. (v. ind.).* LEG. Wisig. 3,5,7 -em . . . perferat *sodomita.* **2** *spectat ad bestias:* ALBERT. M. animal. 8,216 voces . . . quadrupedum post -em (*p.632[a],5* τῶν ἐκτεμνομένων) mutantur. 22,39 castor . . . ob -em maxime quaeritur. 22,53 ex -e efficiuntur *equi* timidi. *ibid. al.*

castrator, -oris *m. qui castrat – einer der kastriert:* CHRON. Ven. Alt. p.171,24 -es seu sanguellatores equorum.

***castratura,** -ae *f.* (*cf.* incastratura) *compages – Fuge, Gefüge:* GLOSS. III 324,16 St.-S. -a nŷth. IV 236,31 -a i. nua.

***castrensalis,** -e. **1** *ad castelli custodiam obligans – zum Burgwachdienst verpflichtend:* CHART. Hagenow. 419 (a. 1267) es eadem bona nomine feudi -is . . . habiturus. **2** *munitus – befestigt:* CHART. Hagenow. 488 (a.1274) ut in . . . capella, domo aut area nullam -em structuram faciant.

castrensis, -e.

I *adi.:* **A** *ad castellum spectans – Burg-:* **1** *gener.:* **a** *munitus – befestigt:* TRANSL. virg. Col. 15 (MGScript. XXX p.1382,18; c.1130) ex . . . -i opido . . . exierunt. CHART. Arnstad. 37 p.18,36 quod . . . infra oppidum . . . nullum -e edificium erigant. **b** *castello adiacens – an der Burg gelegen:* ANNAL. Rod. p.691,20 -is viculi. **2** *iur.:* **a** *de rebus i. q. ad castelli custodiam obligans – zum Burgwachdienst verpflichtend:* COD. Lauresh. 144 p.426,11 (s. XII.[1]) partem agri . . . in -e beneficium distribuit *abbas* (REGISTR. Ringrav. 6,2 comparabit predium . . . ita, quod assessor suus et -is in Rinberc et quod sit suum -e b. *al.*). CHART. civ. Erf. 108 p.58,32 archiepiscopus in -em me . . . recepit concedens michi in feudo -i . . . annuales redditus (CHART. Westph. III 596 nomine -is feodi, quod borgsitsen . . . dicitur. CHART. Dortm. 49 feodum -e, quod en burglen teutonice sonat. *saepe. de re v. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. [7]1932. p.441).* CHART. Westph. VI 954 p.292,33 -e salarium. CHART. Burgenl. II 123 -is condicionis homines. CHART. episc. Hild. III 487 quam *(curiam)* . . . episcopus . . . in eodem castro contulit titulo -is mansionis, quod borechsathe nuncupatur. *al.* **b** *de hominibus i. q. iure castelli praeditus – mit Burgrecht ausgestattet:* CHART. Stir. add. 71 p.44,30 (a.1259) terram castri . . ., in qua -es pelliparii residebant. **B** *ad castra spectans, bellicus – zum Heerlager gehörig, Kriegs-* (*cf.* GLOSS. II 500,6 St.-S. -is . . . eriberclil): **1** *in castris necessarius – im Heerlager erforderlich:* POETA Saxo 5,320 usus -es. **2** *militia comparatus – im Krieg(sdienst) erworben:* ALCUIN. carm. 9,39 gloria -is. **3** *militiae assuetus – kampferprobt:* VITA Deic. 32 cum . . . acsi miles -is invictus existeret.

II *subst. masc.:* **A** *spectat ad castellum:* **1** *qui castellum custodit vel inhabitat – Bewacher oder Bewohner einer Burg:* **a** *gener.:* GALB. Karol. 28[ex.] ubicumque . . . cives accessum habuerant ad -es, . . . pugnatum est. CHRON. Reinh. a.1193 p. 551,35 princeps . . . turrim altam -ium viribus ascendendo . . . obtinuit. HEINR. LETT. chron. 23,8 p.163,13 -es de munitione fugiunt. *al.* **b** *iur. i. qui (plerumque beneficio) ad custodiam castelli obligatus est – Burglehnsmann, Burgmann (cf. Lamprecht, Wirtschaftsleben. I. p.1311sq.v.et p.335,19):* CHART. Hagenow. 120 (a.1192) milites et -es de Eppenstein. CHART. Burgenl. I 105 p.73,11 versus villam -ium Thana nomine. CHART. Lux. II 351 p.381,1 comites . . . -es nostri erunt in castro Kilburg *eqs.* CHART. Friedb. Hass. 21 Erwinus, burggravius, -sens *(sic)* et universitas civium. CHART. Eichsf. 340 testes omnes -es in Moelhausen (CHART. Otterb. 143. *al.*). 355 nisi . . . aliquos de custodibus vel portenariis cedere . . . contingeret, in quo casu . . . -em alium . . . ponere poterimus. CHART. Hagenow. 499 p.362,23 acquirere -es, qui tamen iurabunt . . . custodire et conservare castrum. *saepe. v.et l.7sq.* **2** *praefectus castelli, burggravius – Burgkommandant, Burggraf, Kastellan:* CHART. Bern. II 141 (a.1235) Heinricus, -is de Biela. CHART. Eichsf. 264 Poppo, Dei gracia -is in Plesse. CHART. Gelr. 1007 p.977,30 Godefridum . . . militem nostrum fecimus *(sc. comes)* hereditarie fidelem et -em in castro nostro. *al.* **B** *spectat ad castra: qui in castris versatur, miles – ein im Heerlager Befindlicher, Soldat:* VITA Karoli M. 2,22 p.64,33 ea . . . res omnes -es ad laudes Deo solvendas . . . impulit. GUNTH. PAR. (?) orat. 8,3 p.165[B] solebant . . . -es noctem in quatuor partes . . . distinguere.

***castricola,** -ae *m. qui castellum custodit vel inhabitat – Bewacher oder Bewohner einer Burg:* GESTA Camer. cont. II E 91,2 donec . . . de -is Deo satisfactum. II F 124,1 -ae se defendunt acerrime.

castrimar(ģ)ia *v.* gastrimargia.

***castrinus,** -a, -um. (*ital.* castrino) *qui animalis castrati est – von einem kastrierten Tier stammend:* BENVEN. GRAFF. ocul. B 34 p.57,2 de carnibus -is et edilinis.

1. castro, -avi, -atum, -are.

I *proprie i. q. exsecare, evirare – kastrieren, entmannen (cf.* GLOSS. I 715,48 St.-S. -verunt erfurton. III 320,42 porcus -tus barc. *al.):* **A** *strictius:* **1** *spectat ad homines:* **a** *gener.:* FORM. Senon. II add. 3 p.226,26 iube te -are. THIETM. chron. 2,40 patriarcham . . . -ari . . . precepit. THOM. TUSC. gest. p.508,11 quos . . . *imperator* iussit . . . -ari, ne ab eis posset soboles generari. *al.* **b** *iur.:* LEX Sal. Merov. 12,2 *servus* aut -etur aut CCXL denarios . . . reddat. LEX Ribv. 6 si quis

[Pape]

ingenuus ingenuo -verit. LEG. Wisig. 3,5,4 utrosque *(sodomitas)* continuo -are. CAPIT. reg. Franc. 98,5 si quis alterum praesumtive . . . -verit *eqs. saepe in legibus huius aetatis.* **2** *spectat ad bestias:* **a** *natur.:* ALBERT. M. animal. 3,78 cervina animalia . . . mutant cornua, nisi -entur. 8,217 animalia, quando -antur in iuventute, efficiuntur maiora. *saepe (v. ind.).* Iob 39,21 (ed. M. Weiss. 1904) equus . . ., si -tus est, . . . fugit *leonem.* **b** *iur.:* LEG. Wisig. 8,4,4 qui alienum animal . . . invito domino . . . -verit. PACTUS Alam. III 13 si cuiuslibet messarius . . . -tus fuerit. **B** *latius i. q. impotentem facere – impotent machen:* IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 10a^{v} camphora per nares -at odore mares.

II *translate i. q. refrenare – beherrschen:* PAUL. FULD. Erh. 1,3 gulam -are.

adi. **castratus,** -a, -um. *exsectus, eviratus – kastriert, entmannt:* **1** *proprie:* **a** *strictius:* EKKEH. IV. bened. II 87 -i galli sit iam caro noxia nulli (IOH. S. PAUL. diaet. 477. ALBERT. M. animal. 23,118). CHART. Otterb. 56 p. 42,27 arietes -os *praesentemus.* ALBERT. M. animal. 8,216 -a (*p. 631*^{b}*,21* ἐκτεμνόμενα) . . . animalia non mutant mores tantum, sed etiam formas. *al.* **b** *latius i. q. impotens – impotent:* CARM. var. (NArch. 2. 1877. p. 398) camphora -um reddit sine vulnere corpus. **2** *translate i. q. decoriatus – von der Fruchthülle befreit:* SALIMB. chron. p. 549,35 castanea non -a, quae ex igne saltando . . . prosilit.

subst. **castratus,** -i *m.* **1** *de hominibus i. q. spado, eunuchus – Kastrat, Eunuch:* ALBERT. M. animal. 15,10 a femina -us modicam habet differentiam. 19,33 -i (*p. 784*^{a}*,6* εὐνοῦχος) non calvescunt post castrationem. veget. 6,334 p. 511,6 convenit *elleborus* non -is *eqs. al.* **2** *de bestiis i. q. vervex – Hammel:* CHART. march. Misn. II 263 p. 181,13 (a. 1156) dabuntur -i porcorum loco. IOH. S. PAUL. diaet. 446 caro -orum cito digeritur. CHART. Tirol. 984 *solvere* unum bonum -um. ORD. canc. pap. 3,7,12. *al.*

2. *castro (-sto), -onis *m. vel* ***castronus,** -i *m. (ital.* castrone, *cf. C. Battisti – G. Alessio, Dizionario etimologico italiano. I. 1950. p. 801) aries castratus, vervex – Hammel, 'Kastraun':* CHART. Basil. A I 347 (a. 1230) duos -tones, quod vulgo dicitur frissinge. CHART. Bern. II 281 p. 306,28 carnifex . . . denarios debet lucrari in -e II. p. 308,1 cissuras facere . . . supra costas -is. CHART. Tirol. 1248^{a} p. 370,25 VII -os pro feudis. REGISTR. Trident. III 15 p. 240,16 partem unius -i. *al.* CHART. Bund. 1069 duos -es appreciatos pertinere ad capitulum.

3. *castro, -avi, -atum, -are. (castrum) *castra ponere – Feldlager aufschlagen, (sich) lagern:* HUGEB. Willib. 3 p. 91,10 de nave ascenderunt et illic -verunt (castrametati sunt *var. l.*).

adi. **castratus,** -a, -um. *munitus – befestigt:* RICHER. REM. hist. 3,8 quod *(oppidum)* dicitur Mons -i loci.

***castronus** *v.* 2. *castro.

castrum, -i *n., rarius* **castrus,** -i *m. (l. 61. p. 345,36. 348,41. al.) vel* **castra,** -ae *f. (l. 60. p. 348,43) form. nom. sg.* -er: CHRON. Fred. 2,60 p. 84,11 -er (castellum *1 p. corr. m.*^{2}).

I *locus munitus, arx, munitio – Festung, Burg, Befestigungsanlage (plur. sensu sing.: p. 348,10. 349,8. 19):* **A** *proprie (cf. J. F. Verbruggen, Revue Belge de Philologie et d'Histoire. 28. 1950. p. 147sqq.):* **1** *strictius (cf.* GLOSS. III 209,17 St.-S. -um castel. 381,19 -um burch. *al.):* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* CHRON. Fred. 4,38 p. 139,6 Nasio -a ceptum. cont. 43 cumque in giro -a posuisset, ipse -us (crastrus, castro *var. l.*) . . . succensus est. REGINO chron. a. 789 ex utraque parte pontis -a . . . aedificavit ex lignis et terra. OTTO FRISING. gest. 1,14 p. 30,6 cenobium in eodem -o positum erat. HELM. chron. 18 p. 38,1 curiam celebrare in -o Werbene. RAHEW. (?) gest. app. a. 1162 Mediolanum . . . novo genere obsidionis clausum est -is in giro eius constructis. *saepe.* **β** *de sedibus episcopalibus:* TRAD. Frising. 1 p. 28,1 (a. 744) actum in -o Frigisinga (15 p. 43,35 in -o publico). TRAD. Patav. 15 ad ecclesiam, qui est constructa . . . in -o Pazzaugense. REGINO chron. a. 891 p. 136,20 iuxta -um Treiectensem (-e *A1*). DIPL. Conr. II. 251 p. 347,15 quod Cremonenses . . . turrim unam -o . . . eruissent. CHART. Basil. C II 11 p. 8,12 in -o sub tilia. *al. expressius de ecclesia cathedrali:* TRAD. Frising. 132 (a. 790/94) trado . . . ad -um nuncupante Frikisinga. **γ** *de monasteriis:* DIPL. Loth. I. 24 p. 97,8 (ed. Th. Schieffer. 1966) rector cenubii . . . in -o Cassino. ANNAL. Ved. a. 895 p. 76,24 rex . . . -um . . . seu monasterium sancti Vedasti obsidione vallavit (ANNAL. Lem. a. 1043 [MGScript. II p. 252,18] m. . . . igne crematum est et totum -um). *al.* **δ** *de palatio regis, imperatoris:* THEGAN. Ludow. 37 pervenit . . . imperator ad Niwimagum -um (*cf.* ANNAL. Xant. a. 846). RUODLIEB I 125 -is ingressis . . . ad curtem properabant visere regem. **b** *publ. et iur.:* **α** *spectat ad territorium, ambitum iurisdictionis sim.:* CHART. Bund. 213 p. 169,19 (a. 1096) in . . . fundo Vicosoprano . . . tam infra -um quamque foris -um. CHART. Raitenh. 28 concedimus liberum transitum navium in -o nostro *(sc. marchionis)* Niwenburch. CHART. Burgenl. I 72 homines . . . ab omni iurisdictione -i . . . exemit. CHART. Brixin. 213 p. 203,23 bona, homines, possessiones . . ., que ad dominium -i . . . pertinebant. *al.* **β** *spectat ad possessionem, traditionem sim.:* DIPL. Karlom. (II.) 17 p. 309,17 (interp. post 878) -um cum curte . . . donare. CHART. Babenb. 16 p. 23,5 liber homo -um suum . . . obtulit. CONST. I 205,8 p. 285,2 *imperator* dabit . . . -um disbrigatum cum suo iure. CHART. Hall. I 131 patrimonium suum, scilicet -um, . . . tradiderunt *burggravii.* CONST. II 427,48 nullus habeat castrum vel . . . munimen, nisi *eqs.* CHART. Rhen. med. III 858 p. 643,18 -a ipsa ligia teneant *archiepiscopi.* CHART. Sil. B 2 p. 117,1 ecclesie . . . unum de -is Lubus, inferius videlicet et finale, . . . cessimus. *saepe.* **γ** *spectat ad licentiam aedificandi (datam vel prohibitam):* CHART. Heinr. Leon. 102 p. 154,2 nullum -um fabricabitur nisi consensu . . . episcopi. CHART. Tirol. 592 p. 69,11 liceat . . . -um et municiones edificare et levare. CONST. II 171,1 nullum novum -um . . . in fundis ecclesiarum *construatur.* CHART. Gelr. 588 p. 597,12 in monte . . . cuiuscunque operis -um . . . poterit collocare *comes. al.* **δ** *spectat ad opus muniendi, custodiam sim.:* DIPL. Loth. III. 114 p. 184,8 nec ad componendum -um . . . cogantur. CHART. Anhalt. I 513 p. 375,30 quando provinciale -um munietur, . . . munire iuvabunt. CHART. Heinr. Leon. 92 p. 141,32 -orum structuras, quas . . . burgwerc vocamus. CHART. Tirol. notar. I 797 c libras . . . ad custodiendum -os. *al.* **2** *latius i. q. oppidum (muris circumdatum) – (befestigte) Ortschaft, Stadt (cf.* GLOSS. I 219,7 St.-S. -o [*b*, -a *c*] kisez [*K. Ra,* urbs *R*]. IV 683, 53 -um ceastrum wicum): **a** *gener.:* IONAS BOB. Columb. 1,10 p. 169,9 invenit . . . -um firmissimo . . . munimine cultum, . . . quem Luxovium . . . nuncupabant. ARBEO Corb. 33 eosdem -os dominabantur . . . Longobarthi. CONC. Karol. 14 p. 84,16 *rustici* Romanae urbis subiacencium -orum. WETT. Gall. 5 pervenit in -um Arbonam. EKKEH. IV. carm. Gall. 3,4 -o de Turegum adnavigant Tucconium. EPIST. Hann. 33 p. 71,28 quod *(monasterium)* est iuxta Kalava -um. CHART. Pomm. A 73 p. 176,20 iuxta -um Stetin villam Celechoa. *saepe. v. et p. 346,15.18.* **b** *iur.:* **α** *spectat ad territorium, ambitum iurisdictionis sim.:* EDICT. Roth. 244 si quis per murum de -o aut civitate . . . exierit. CHART. select. Keutgen 104^{a},4 iusticiam nostram incolentibus idem -um . . . remittimus. CHART. Burgenl. I 92 p. 62,36 in comitatu -i Supruniensis. CHART. Burgel. 96 praesentibus . . . eiusdem -i urbanis. *al.* **β** *spectat ad possessionem, traditionem sim.:* CONC. Merov. p. 147,29 quod -um nec ad terreturium civitatis . . . manifestum est pertenere. DIPL. Otton. I. 367 p. 504,40 confirmamus . . . monasterio . . . proprietates . . . cum . . . domibus, agris, -is. TRAD. Frising. 1650 delegavit . . . -um Buttenperch (CHART. Carinth. IV 2627 p. 491,8 unum -um . . . preter -a capitalia . . . delegare). *al.* **γ** *spectat ad universitatem civium:* CONST. I 275,5 (a. 1177) si sit civitas . . . vel aliqua persona magna vel -um magnum (ACTA imp. Winkelm. I 186 p. 164,32 si marchio est vel c. vel magnum -um *eqs.*). **B** **1** *in nom. propr.:* ARBEO Corb. 1 ex vico, qui nuncupatur Castrus. CHART. Rhen. med. I 79 actum est Publico C-o. 475 p. 532,36 Theodericus de Novocastro. OTTO FRISING. chron. 7,15 p. 331,3 succenso -o, quod Ferreum ('eyserenstat' *su-*

prascr. B2) vocatur. CHART. Hamb. 385 Theodericus de C-o *('Borch')*. CHART. episc. Misn. 103 Heinricus de Aquatico C-o. CHART. Turic. 842 Hermannus de Septem C-is *('Siebenbürgen'). al.* **2** *in imag.:* CARM. de Bened. 364 satane . . . sociabis in tenebras baratri, tetri quoque moenia -i. CARM. Sangall. II 6,1,3 cum quibus *(libris)* invictum . . . -um construit *Augustinus*. CHART. Friburg. 85 p. 71,26 (epist. papae) vos *(sc. sanctimoniales)* incluse corpore in -is claustralibus (CHART. Lux. III 149). *al. v. et p. 338,36. de antro:* WALTHARIUS 1118 donec iam -um . . . deserat artum (891.1103. 1136). **3** *alleg.: v. p. 339,29.* **C** *translate:* **1** *machina oppugnatoria formam turris praebens – turmartige Belagerungsmaschine:* IOH. CODAGN. annal. a. 1159 p. 6,8 imperator fecit -a lignorum. a. 1215 p. 48,11 cum manganis . . . et -is lignaminis. *al. (v. ind.).* OLIV. hist. reg. 6 p. 89,2 applicatione -i coriis contecti muros . . . ascenderunt. **2** *in fabula i. q. specus, cubile – (Tier-) Bau:* ECBASIS capt. 682 clivus -i *ericii* teretis. 1012 tultum fuerat sibi *(sc. vulpi)* -um. 1135 possessa . . . -a relinquens luter. *ibid. al. (v. ind.).*

II *tentoria exercitus, statio militaris – (Heer-, Feld-) Lager (fere plur. sensu sing.; sing.: l. 26.67):* **A** *proprie (cf.* GLOSS. III 697,12 St.-S. -a heriberga): **1** *strictius:* ARBEO Corb. 43 dum Israheliticus ad movenda populus -a vocatus fuisset. CAPIT. reg. Franc. 196,35 quos *(excommunicatos)* . . . a -is militaribus . . . sequestrant. NITH. hist. 2,10 p. 27,17 verticem montis -ae Lodharii contigui. RUOTG. Brun. 8 quocumque . . . circumagebantur tabernacula aut -a regalia. THIETM. chron. 5,34 ut primum -a visis agnovere tentoriis. CHART. Wirt. II 404 p. 178,8 datum in -is obsidionis rebellium sacri imperii. OTTO FRISING. gest. 1,18 p. 31,33 oppidani . . . -a iam vacua irruunt . . . dominosque suos . . . in -um ducunt. 2,19 p. 121,27 ne quis infra -orum ambitum gladium . . . portare auderet. STATUT. ord. Teut. p. 99,2 quando *magister* moratur in campis vel -is. *persaepe. expressius de castrametatione:* WIDUK. gest. 1,9 p. 14,3 -orum esto labor. *vita castrensis – Lagerleben:* VITA Heinr. IV. 4 p. 28,4 in domesticam securitatem -a converterunt. **2** *latius:* **a** *curia (principis) – Hof (eines Herrschers):* GERB. epist. 12 (ed. F. Weigle. 1966) esse militem in cęsarianis -is. VITA Burch. Worm. prol. p. 830, 24 non solum in propriis, sed etiam in imperialibus -is . . . officium exercere . . . comprobaris *(sc. episcopus).* **b** *locus ad quietem aptus, mansio – Ruheplatz, Quartier:* EIGIL Sturm. 8 cum . . . se nocturnis -is munire curaret *vir Dei.* WALTHARIUS 499 his . . . in -is fessum componere corpus. 531. VITA Corb. 10 iuxta silvam quandam in -is manebat. *al. spectat ad bestias:* ALDH. virg. I 4 p. 232,1 apes . . . cerea -a conficiunt ([*cf. Verg. Aen. 12,589*]. CARM. Cenom. 7,48. LAMB. LEOD. Matth. I 2059 examen apum . . . in arbore -a locavit). ALBERT. M. animal. 7,71 multa genera avium . . ., cum grues -a metantur, non longe cubant a -is earum. *stabulum – Stall:* VITA Pirmin. I 8 fecerunt . . . animalium utilia -a. **B** *in imag. et per compar.:* HEITO Wett. 21 qui spiritu Dei acti ad haec spiritalia -a se conferant *(item de monasterio:* FORM. Sangall. II 41 p. 424,6 cum . . . in -is caelestis imperatoris sitis educati. CAPIT. reg. Franc. 252,27 si . . . relicto clericatus habitu a -is dominicis, quibus asscriptus est, . . . elabitur. CHART. Hamb. 302 p. 265,20. *al.).* HRABAN. carm. 19,24 vos *(sc. episcopos)* Christus statuit -a tuere sua. CARM. cod. Vat. (5330) 24,9 solstitio Iani renovat Grecanica -a *(sc. principium anni).* WILLIR. cant. 1,5 p. 4 fusca licet videar ut -a (tabernacula *Vulg. cant. 1,4*) nigrantia Cedar. RUD. TRUD. (?) mus. 2,26 p. 96 (vs.) primus ab A plagalis in a firmat sua -a. CARM. anon. 1,28 (SBMünch. 1873/III. p. 696) -a pudoris. *saepe. cum sensu factionis:* VITA Libor. 16 pro -is Dei fuerat decertandum. LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 262,4 communium -orum desertorem. EPIST. Wibald. 281 ut . . . viriliter pro -o nostro stetis. **C** *meton. i. q. milites, exercitus – Truppe(n), Heer(schar):* **1** *proprie:* POETA Saxo 1,72 fatigabat . . . regalia -a . . . sitis. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 278,45 acies -orum armis . . . instructas. DONIZO Mathild. 1,948 contigit in -i cuiusdam -a repasci campis. EKKEH. URAUG. Hieros. 13,1 *duces* cum suis . . . speciosis -is . . . pacem . . . consequentes. ARNOLD. LUB. chron. 4,15 p. 177,35 fugata sunt -a Salhadini. ACTA imp. Winkelm. II 42 p. 44,11 cum . . . triumphalibus -is . . . ad campos exire. *al. v. et vol. I. p. 118,19.* **2** *in imag. et per compar.:* ALDH. virg. II 2456 adversantur vitiorum -a maligna. ANSCAR. pigm. p. 11 defende nos a -is et preliis inimici. STEPH. COL. Maurin. 11 o inclita Domini -a, armate animos *eqs. al. de bestiis: v. p. 345,35.*

cf. *castrametatura, castrametor. *v. et* *cassarum. *Pape*

***casturnum** (-rum), -i *n.* (*cf.* castoreus, castorinus) *castoreum – Bibergeil:* FRAGM. mul. II 65 mirra, -o *(cf. notam ed.),* didimo. BOTAN. Sangall. 55,1 sanguinem dracone, -o, amoniaco. ANTIDOT. Glasg. p. 116,13 oppopanace, -um -III. ANTIDOT. Cantabr. p. 165,51 opio den. III, -rum dr. II. *al.*

castus, -a, -um. *script.* ka-: *l. 23.*

purus – rein (cf. GLOSS. II 710,3 St.-S. -us reini. *al.):* **I** *pudicus, abstinens (rebus venereis), intactus, immaculatus – keusch, züchtig, (geschlechtlich) enthaltsam, unberührt, unbefleckt (cf.* GLOSS. II 413,26 St.-S. -um i. cuhsco. 590,18): **A** *proprie:* **1** *de hominibus (de angelo: l. 42):* **a** *de innuptis:* **α** *de virginibus, sanctimonialibus:* ALDH. virg. I 42 p. 293,16 -issimae virginis Luciae praeconia. II 191 integritas animae regnans in corpore -o (HROTSV. Agn. 360). RHYTHM. 51,10,1 k-a permanserat imperii filia. WALAHFR. Wett. 626o . . . virginitas, quae -a poli terraeque supremum imperium retines. AGIUS vita Hath. 28 Christum sponsum -issima sponsa . . . sequens. THIETM. chron. 8,8 p. 502,25 caelesti sponso se virginem -am conatur offerre. *saepe. de Maria:* HRABAN. carm. 16,101 -a virago nitet. WALAHFR. carm. 25a,9,2 virginis -a . . . sub alvo. HROTSV. Mar. 599 virgo natum lactat . . . uberibus -is. *al.* **β** *de clericis, monachis sim.:* ALDH. virg. II 970 sacerdotis . . . -i. HUGEB. Willib. 2 p. 89,28 -a monachorum clientello. CAPIT. reg. Franc. 33,22 vibant *canonici* . . . -i corde et corpore (BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 729,36 quocies se -is corporibus videre *fratres. al.*). THIETM. chron. 4,69 vir iustus, . . . mitis et -us. GREG. VII. registr. 2,66 p. 222,17 -os et religiosos clericos. CONSUET. Marb. 138 (Spicil. Friburg. X. 1965) dignus efficiatur *novicius* -is visceribus suscipere te Deum mansorem. *al. in fabula de pardo:* ECBASIS capt. 753 armipotens, -us, moderamine pollens *frater.* **γ** *de variis:* ALDH. virg. I 53 p. 310,12 -issimum Ioseph. II 365 virginitas -um sic servat semper amicum *(Danielem).* PAUL. FULD. Erh. prol. p. 9,15 angelum -um esse naturae est. CARM. Bur. B 178, 4,2 -o . . . similis Hippolyto. *al.* **b** *de nuptis:* **α** *de maritis:* ALDH. virg. II 242 qui . . . iuste vivunt -orum iure tororum. CAPIT. reg. Franc. 180,37 sicut Christus -am observat ecclesiam, ita vir -um debet custodire coniugium. 301 p. 454, 45 fidelis et -a nubat *regina* in Christo. VITA Menel. 1,3 (MG Mer. V p. 138,1) -us maritus remanet. *al.* **β** *de vidua iterum non maritata:* CHART. Nuremb. 283 (c. 1236) si *marito defuncto* . . . -a permanserit *uxor.* CHART. Raitenh. 367 p. 294,38 si . . . uxor . . . in viduitate -a permanserit. *de uxore a viro separata:* LEG. Wisig. 3,6,2 p. 169,20 -e vite freno manere constrictam *mulierem.* **2** *de bestiis:* **a** *strictius:* RHYTHM. 21,10,1 k-a turture voce (IOH. CANAP. Adalb. 20). ALBERT. M. animal. 1,48 quaedam *avium* . . . sunt -ae et mundae, non coeuntes nisi semel in anno. *cf. l. 68.* **b** *latius de victima incontaminata:* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,213 Melchisedech . . . agni . . . ferens libamina -i. *usu bot.* agnus -us *i. q. lygus, vitex – Keuschlamm: v. vol. I. p. 396,37sqq.* **3** *de mente, moribus sim.:* LEG. Wisig. 3,5,2 p. 160,6 que temeritas . . . -is aborret moribus (WALAHFR. Wett. 181 m. in -is vitam mediocriter egit. HROTSV. Gong. 352). ALDH. virg. I 7 p. 235, 17 -is obtutibus. WANDALB. creat. mund. 279 motus qui reget omnis obscaenosque premendo -os exeret actus. HROTSV. Mar. 374 -am regi mentem servare perenni. *saepe.* **B** *in imag. et translate:* ALDH. virg. I 5 ecclesia . . . aeternitatis sobolem -o verbi fecundat semine ([*sc. sicut apis*]. *cf.* EKKEH. IV. bened. prol. 2,24 ut apes -um rapiant per ⟨devia⟩ pastum). WANDALB. martyr. hymn. 5,2 -a virgines iungunt viduae et canoris tympana sistris. *al. invictus – unbezwungen:* ECBASIS capt. 1140 invadunt castrum Franco de milite -um.

[Dauser]

II *integer, sincerus, pius – untadelig, lauter, fromm:* **A** *de moribus, qualitate:* WALAHFR. Wett. 690 puer bene -us eras. GODESC. SAXO theol. 22,21 p.322,4 super omnes homines -os atque sanctos. WANDALB. martyr. hymn. 7,2 tu -am famulis piamque mentis aspirans cumula . . . laudem. HROTSV. gest. 408 meritum vitae . . . -ae. MANEG. ad Gebeh. 8 p.325,45 diversorum graduum ac professionum -issima et omni carens suspicione familiaritas. *cum sensu sublimitatis:* LIGURINUS 3,381 gloria quae morum, -arum sanctio legum. **B** *de doctrina christiana:* BEDA hist. eccl. 4,18 p.242,12 status ecclesiae . . . ab hereticorum contagiis -us. 5,20 p.332,3 episcopus . . . in catholicae fidei confessione -issimus. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,33 -a puellaris animi concordia sanctum haut oblita modum divinę relligionis. *purificans – läuternd:* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,221 ni fidei -o populentur ut intima ferro.

III *mundus, lautus – rein(lich):* ECBASIS capt. 567 -os paneficos, fartores. 1023 -a serenatis impone cibaria mensis.

subst.: **1** *masc.:* **a** *qui pudicus est – ein Keuscher, Züchtiger:* ALDH. virg. II 19 ut prius ex prosa laudabat littera -os. 91 -orum . . . ordo secundus subsequitur, nupti qui iam conubia spernunt. *al. nom. propr.:* CHART. Rhen. inf. I 6 (a.796) C-i diaconi. ALTFR. Liutg. 1,21 Gerbertum, qui cognominabatur C-us. *al.* **b** *qui continens est – ein Maßvoller:* ALBERT. M. bon. 216 -us (*Arist. p.1119^{a},11* σώφρων) sive temperatus medie se habet circa delectabilia. 217 ex arte -us aut habet voluntatem cum actu artis aut non. *ibid. al.* **c** *qui integer, pius est – ein Untadeliger, Frommer:* CAPIT. reg. Franc. 29 p.79,39 interius devotos et exterius doctos -osque bene vivendo. GESTA Bereng. 4,94 beato, limina qui reserat -is (gloss.: iustis) rutilantia, Petro. **2** *fem.: quae pudica est – eine Keusche, Züchtige:* WALAHFR. Wett. 763 o princeps, . . . da -is *(sc. sanctimonialibus)* -as *(sc. abbatissas)*, aliud viduata receptet.

neutr. pro adv. i. q. pudice – keusch, züchtig: HROTSV. Pafn. 7,4 frivola, quae sectabatur, odiendo refugit et -um sapit *meretrix.*

adv. **caste.** **1** *pudice – keusch, züchtig:* ALDH. virg. II 2545 -e Christo famulantibus. CONC. Karol. 24^{A},39 diaconi sobriae, -ae atque cum pudicitia vivant. HROTSV. prim. 330 velle puellarem -e servare pudorem. GREG. VII. registr. 5,18 p.381,30 clericos non -e viventes. *al. proverb.:* SCHOL. Adam gest. 76 si non -e, tamen caute. **2** *integre, sincere, pie – untadelig, lauter, fromm:* CAPIT. reg. Franc. 177 p.362, 38 qualiter se ipsos ac plebem . . . -e et iuste regere . . . debeant *presbyteri.* HROTSV. Pafn. 7,13 apte et -e . . . nomen maiestatis invocare. OTTO FRISING. chron. 8,22 p.426,29 -e timentibus in hac vita dulcedinem suam Deus abscondit. *Dauser*

1. casualis, -e. *script.* caus-: *p.352,18.*

1 *adi.:* **a** *forte effectus, fortuitus – durch Zufall bewirkt, zufällig:* DUDO hist. 3 p.101,6 varium -emque eventum praelii. WIBERT. GEMBL. Hildeg. 4 p.413,23 novae non -is, sed divinitus immissae . . . infirmitatis. ALBERT. M. animal. 6,73 -em . . . generationem. *al. inconditus – ungeordnet:* HILDEG. div. op. 1,2,30 p.774^{C} homo -is et indisciplinatus . . . existit. **b** *infelix – unglücklich:* DUDO hist. 3 p.99,4 exsecrabile -is detrimenti iurgium. CHRON. Ottenb. p.619,2 monasterium . . . exustum est incendio -i. *al.* **c** *per occasionem, obiter factus – von Fall zu Fall geschehen, gelegentlich:* REGISTR. Xant. p.63,7 (QuellRechtsWirtschGeschXanten. I. 1937; s. XIII.^{2}) curmedarum iura . . . -ia sunt et in eventu consistunt. CHART. Carinth. V 174 nunciorum partis adversae -em et inopinabilem transitum non tenebimur . . . impedire. **d** *sine voluntate factus – nicht vorsätzlich:* ACTA imp. Böhmer 383 p.311,20 (a.1259) a tali -i homicidio et mutilatione liberare. **e** *gramm. i. q. ad declinationem pertinens, declinabilis – zur Deklination gehörig, deklinierbar:* ALDH. ad Acirc. 127 secundum regulam -is formae (135 p.188,12). *al. declinabili parti orationis praepositus – einen ein deklinierbares Nomen enthaltenden Nebensatz einleitend:* CONR. MUR. summ. 6,6 n δ p.469,29 *'quatinus'* est coniunctio -is et ponitur pro 'ut' vel pro 'quod' coniunctione.

2 *subst. neutr.:* **a** *res forte facta – durch Zufall Geschehenes:* ALBERT. M. phys. 2,2,8 p.136^{b},3 quae eveniunt non intenta neque quaesita sicut -ia et fortuita. anim. 1,1,3 p. 121^{a},5 accidentia . . . per accidens sunt -ia. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 15,2 p.260,58 -e et naturale opponuntur. *ibid. al.* **b** *ratio interpretandi – Deutungsmöglichkeit:* ALBERT. M. sent. 1,12,6 p.361^{a},14 praepositio aequivoce ponitur cum diversis -bus *eqs.*

adv. **casualiter.** **1** *forte – zufällig:* HERM. IUD. conv. 15$^{ex.}$ (ed. G. Niemeyer. 1963) non -r, sed Dei instinctu ac providentia gestum est. HIST. peregr. p.147,15 -r supervenire. ALBERT. M. animal. 11,87 nullum omnino naturalium fuit naturatum -r aut otiose. *al. sine ratione – auf gut Glück:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 praef. p.124,8 dicemus ipsum -r operari. *v. et p.230,39.* **2** *infeliciter, per infortunium – unglücklicherweise, durch Unglücksfall:* ANNAL. Worm. a. 1242 p.148,29 excitatus est ignis -r. ACTA imp. Winkelm. I 935 tergum nobis quodammodo -r (caus- *cod.*) ingrata pervertit *fortuna.* VITA Hugon. Tenn. 17 quod caballus . . . -r vitam perdiderit. *al.* **3** *per occasionem, obiter – von Fall zu Fall, gelegentlich:* CHART. Laus. 319 p.281,23 (a.1221) illi de villa . . ., etiam si -r venerint *domini*, debent eis servire. ACTA imp. Winkelm. II 1035 p.698,5 relinquitur . . . Romanum pontificem posse saltem -r suum exercere pontificale iudicium in quemlibet christianum. CHART. Biel. 50 p.26,27 si aliquis -r hincinde spolio . . . excesserit. *sine conclusione necessaria – ohne notwendigen logischen Schluß:* OTTO FRISING. chron. 2,8 p.77,14 quamvis ante ipsum *(Aristotelem)* fuerit sillogizatum, non tamen ex necessitate, sed quasi -r, id est non ut semper sic, sed ut quandoque sic, quandoque non sic. *fortasse – unter Umständen:* CHART. civ. Erf. 220 p.138,5 (a. 1267) contra inpetitionis formidinem quamlibet a filia mea . . . -r inminentem. **4** *sine voluntate – ohne Vorsatz:* CHART. Babenb. 237 p.61,35 (a.1221) si vero non -r, sed sponte et premeditatus . . . heimsuchunge exercuerit. FRAGM. de Henr. 1 (MGScript. XXIV p. 366,23) propter mortem, quam quidam militaris a quibusdam civibus . . ., quibus eam inferre attentabat, -r excepit.

2. casualis *v.* casalis.

casubula, -ae *f. planeta – Meßgewand:* VITA Severin. 6 (MGMer. III p.170,8; s. IX.$^{in.}$) exuens -am (casulam *var. l.*) suam corpori regis induit eam. VITA Poppon. 28 p.312,25 in celebratione missarum -am (casuculam *var. l.*) . . . lacrimis humectat. TRANSL. Wandr. 14 (MGScript. XV p.628,49) de sancti Ansberti . . . reliquiis: . . . partem ipsius -ae (*sim.* p. 628,47. p.629,19.22).

***casucula** (-ugu-), -ae *f. planeta – Meßgewand* (*cf.* GLOSS. III 655,11 St.-S. casula -a vel missihachil): CATAL. thes. Germ. I 50,9 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; s. X.$^{ex.}$) secundam casugulam. *al. (v. ind.).* PASS. Adalb. Prag. 2 (MGScript. XV p.706,41) abstracta tantum -a reliquo episcopalis vestimenti ornamento indutus. BERTH. ZWIF. chron. 40 p.266,19 x -ae vel planetae, ex quibus v auro sunt insignitae. ANNAL. Eins. a.1173 (MGScript. III p.148,20) -am . . . coer⟨uleam⟩ rubeo nitentem c⟨olo⟩re *eqs. al. v. et l.43.*

***casuisticus,** -a, -um. *?ad querelam pertinens – ?zu einer Klage gehörig:* NICOL. BIBER. carm. 406 (ed. Th. Fischer. 1870) -us (ecclesiasticus *var. l.*) ensis esset subtractus.

1. casula, -ae *f. script.:* ka-: ANNAL. Pegav. a. 1109 p.249,14.25. -ss-: GLOSS. III 181,58 St.-S. *cod. N.* -aps-: *p.353,26.* -sol-: CHART. Sangall. A 254. -ll-: *p.353,11. metr.* cā-: MILO carm. 3,4,2,806. ANSELM. MOG. Adalb. 1047.1049. *al.*

1 *proprie de aedificiolis:* **a** *tugurium – Hütte:* HUGEB. Wynneb. 7 p.111,30 Dei famulus . . . habitationis -as instruendo collocavit. NOTKER. BALB. carm. 5,6 p.139 vos educere quaero de -is ad basilicas. CARM. var. I 22,5 contentus -a, fuerant cui culmea tecta. METELL. Quir. 53,11 pastores -is se refovent foco. CHART. Brixin. 218 p.209,6 cum omnibus rebus, . . . -is . . . coherentibus. *al.* **b** *tabernaculum – Zelt:* ALCUIN. carm. 115,16 hic Sarra latitans -ae post ostia risit.

[Bansa]

c *templum parvum – kleines Heiligtum:* CAPIT. reg. Franc. 108,4 de -is, id est fanis. **d** *officina aeraria – Schmelzhütte:* ARNOLD. LUB. chron. 6,6 p.217,39 -is eorum argentariis destructis. **e** *favus – Wabe:* ALBERT. M. veget. 6,177 est videre in -is apum, quae omnes sunt hexagonae. animal. 4,87.

2 *translate de vestimentis:* **a** *eccl.:* **α** *cuculla monachorum – Mönchskutte:* CONC. Karol. 1,7 decrevimus . . ., ut presbiteri . . . non sagis laicorum more, sed -is utantur ritu servorum Dei. EPIST. var. I 13 p. 512,16 cucullam . . . dicimus, quam alio nomine -am (-llam *var. l.*) vocamus. **β** *vestis quaedam liturgica, planeta – Meßgewand, Kasel (cf.* GLOSS. III 376,48 St.-S. planeta kasele, -a idem. 409,68 -a missihachil. 618,15 penula vel -a sceco. *al.; de re v. J. Braun, Die liturgische Gewandung. 1907. p.149sqq.):* AMALAR. off. 2,19,3 -a dupla est post tergum inter humeros et ante pectus. WALAHFR. exord. 25 p.504,10 sacerdotes dalmaticis ante -arum usum induebantur (BERNOLD. CONST. microl. 30 p. 1003[B] quidam infra adventum Domini -is pro d. utuntur). TRAD. Frising. 1031 p.775,14 -am I sericam, alteram lineam, tertiam laneam. LIUTPR. hist. 22 p.175,9 -am, quam planetam dicunt (CONSUET. Trev. 43 p. 47,26 diaconi . . . utantur . . . tempore . . . ieiuniorum planetis vel -is). CATAL. thes. Germ. I 43,22 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) -ę episcopales sex et VII communes. ADEMAR. hist. 3,49 p.173,3 indutus . . . stola . . . et cappa . . . absque capsula (colobio . . . et -a *var. l.*). CATAL. thes. Germ. I 129[a],4 paschalem -am unam albi coloris et unam viridem. GESTA Vird. cont. I 11 p.49,48 -as pontificales . . . auro . . . compositas. LIBER ordin. Rhenaug. p.36,6 ad missam ministri -is utuntur. p.110, 16 ut -a involvatur evangelium lecturus *diaconus.* BERTH. ZWIF. chron. 26 nigram -am . . . aurifrisio . . . perornavit. CHART. Stir. I 286 -am publicam. CATAL. thes. Germ. I 31,1 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) -a . . . de subnigra purpura cum cindato blavio pro defunctis (CHRON. Hild. 25 tres -as, unam de examinato rubeo, aliam de candido, terciam de p. violata). 111,2 -e: . . . rufa cum leonibus, . . . due rufe cum avibus croceis. 91,26 -am . . . virgulatam. 17,5 -e cotidiane, III -e quadragesimales. 45,25 -a . . . longa et larga lunulis et sideribus insertis. *saepe (v. ind.).* ACTA imp. Winkelm. I 670 -a . . . violata de sammito. *persaepe. de reliquiis:* ANGILB. eccl. Cent. 2 p.176[a],39 de -a eius *(s. Petri).* THANGM. Bernw. 41 p.776,13 particula de -a . . . sancti confessoris. *alleg.:* HRABAN. univ. 21,17 p.574[C] -a iuxta allegoriam rectae fidei potest exprimere indumentum, in quo bonorum operum plenitudo consistit. AMALAR. off. 2,19,2 -a . . ., quia pertinet generaliter ad omnes clericos, debet significare opera . . .; haec enim sunt fames, sitis, vigiliae *eqs.* RUP. TUIT. off. 1,22 -a . . . Christi vestimentum significat. HONOR. AUGUST. gemm. 1,207 -a . . ., per quam charitas intelligitur. *al.* **b** *usu communi i. q. cilicium – Decke:* BONIF. epist. 63 p.131,19 -am non olosiricam, sed caprina lanugine mixtam et villosam ad tergendos pedes.

2. casula *v.* 1. capsula. ***casularia** *sim. v.* casol-.

***casulatus,** -a, -um. *casula vestitus – mit einer Kasel bekleidet:* ORDO liturg. (ed. K. Young, Drama. I. 1933. p. 315,1; a. 1260) duo . . . canonici -i.

casulula, -ae *f. domuncula – Häuschen:* HIST. Torn. app. I 3 luteam hirundo conglutinat -am.

casura (-ss-), -ae *f.* **1** *proprie:* **a** *strictius i. q. casus, lapsus – Fall, Sturz:* WILLIB. Bonif. 9 p.57,15 caballus . . . -am temptabatur. CAPIT. reg. Franc. 252,36[a] p.234,17 appropinquante -a unius arboris (DECRET. Burch. 19,5 p. 954[B]). *al.* **b** *latius i. q. peccatum – Sündenfall:* MARIAN. chron. a. Chr. 1,10[capit·] de cassura primi Adae (*cf.* chron. a. m. praef. p. 449,15). **2** *translate i. q. vectigal – Abgabe (cf. Dt. Rechtswb. III. p.396 s. v. 'Fall'):* CHART. Sangall. B 256 (a. 1211) dare XII ferripędia equorum pro -a.

casus, -us *m. script.* -ss-: *p.354,64.356,5. adde* MARIAN. chron. a. Chr. 382. *form.: gen. sg.* -i: *p.354,60. abl. sg.* -o: *p.354,65.356,12. abl. pl.:* -is: *p.355,30.* -ubus: CHART. Basil. A I 429 p.616,30.

I *proprie:* **A** *strictius i. q. motus deorsum versus, lapsus – Fall, Sturz:* **1** *de anim.:* POETA Saxo 5,624 *(de equo)* -u praecipiti. WALTH. AGIL. med. 139 p.219,15 si ex -u vel offensione fuerit dolor. ALBERT. M. animal. 2,17 quia . . . proveniret -us animalis et non motus. *al. proverb.:* NIVARD. Ysengr. 1,817 stantibus est facilis -us, grave surgere lapsis. *al. in imag.:* WANDALB. martyr. invoc. 27 ad tartara per scelus . . . -u flectibiliter tendere pessimo. **2** *de rebus:* **a** *gener.:* RIMB. Anscar. 19 p.40,34 folia ramorum . . . magno -u decidentia (ALBERT. M. veget. 1,133 -us foliorum et florum). TRACT. de aegr. cur. p.161,24 -us lapilli vel aque . . . in aure. *al.* -us terrae *i. q. motus terrae – Erdbeben:* ALBERT. M. top. 6,3,4 p.461[b],1 cysmon, hoc est -um terrae vel quod est casio *(i. -u?)* terrae proveniens. **b** *medic.:* HILDEG. caus. 3 p.165,25 de capillorum -u (TRACT. de aegr. cur. p. 342,12). TROTULA 49 p. 24,42 qui -um uvulae patiuntur. *de pulsu:* Ps. GALEN. febr. 37 qui saltus et -us suos recte ordinaverit. **c** *math.:* FRUTOLF. (?) rhythmimach. 1,17 p.184,14 in -u . . . piramidis maius sequitur dampnum. **d** *mus.:* IOH. AFFLIG. mus. 25,1 *antiphonae* post -um per diatesseron . . . ascendentes. **e** *meton.:* **α** *cataracta – Wasserfall:* DIPL. Heinr. IV. 70 de superiori -u Trunae. **β** *libramentum – Gefälle:* CHART. Otterb. 181 p. 133,9 (a. 1273) partem proventuum molendini . . . cum aqueductu sive ipsius molendini impellentis aque -u. **γ** *spatium cadendi – Raum zum Fallen:* CHART. Rhen. med. III 1044 p. 775,6 (a. 1250) stillicidia . . . domorum solitum -um obtinebunt. **δ** *saltus, fauces – Schlucht, Abgrund:* NIVARD. Ysengr. 5,317 per -us nemorum amfractusque petrarum cursio lassarat. ALBERT. M. meteor. 4,2,1 p.748[a],13 Empedocles ... cecidit in foveam ... Vulcani ..., quae ... pro hoc ... -us Empedocleus est vocata. **ε** *occidens – Westen:* EKKEH. IV. bened. I 22,20 in cruce sunt ortus, auster, septentrio, -us (gloss.: occidens). **ζ** *Cistus creticus (L.) – Zistrosenart (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1027):* ALBERT. M. veget. 6,113 laudanum . . . cadit super plantam, quae vocatur -us a -u eius super eam. **η** -us lapidis *i. q. linea perpendicularis – Senkrechte:* ALBERT. M. caus. element. 1, 1,5 p.595[b],29 lineam perpendiculariter ductam . . ., hoc enim vocatur -us lapidis. **B** *latius:* **1** *de hominibus:* **a** *pernicies, interitus, mors – Verderben, Vernichtung, Tod:* WIDUK. gest. 1,36 p.53,25 deponitur . . . bellum cum -u omnium adversariorum. HROTSV. Gong. 491 plangebant . . . -um . . . patroni. VITA Heinr. IV. 5 p.20,15 -us praeteriti *regis* metus erat futuri. *al. proverb.:* OTLOH. prov. C 52 (ed. W. C. Korfmacher. 1936) -us multorum fit pro cautela aliorum. *al.* **b** *vitium, peccatum – Fehltritt, Sünde:* AGIUS epic. Hath. 628 hoc meritum . . . a -u . . . eripuit duplici. HILDEG. caus. 2 p.33,6 de Adae -u. OTTO FRISING. gest. 2,25 p.129,6 naturam sic hominis diligere, ut naturae abhorream -um. **2** *de rebus:* **a** *ruina – Einsturz:* OTLOH. prov. S 88 (ed. W. C. Korfmacher. 1936) celsae turres graviore -u decident. CASUS Petrish. 5,1 p.669,29 cum . . . basilica . . . -um minaretur. **b** *expugnatio – Eroberung:* NARR. itin. nav. p.194,19 post -um urbis. **c** *iur. i. q. comminatio amissionis – Androhung des Verlusts:* CHART. Traiect. 313 p.287,27 (a.1125) sub -u prelationis sue precipimus. **d** *medic. i. q. remissio, finis – das Nachlassen, Aufhören:* WILH. CONG. chirurg. 53 post -um ignis curetur locus unguento. IORDAN. RUFF. equ. 6,47 p.89, 20 -i . . . signum et mortificationis cancri est. GLOSS. Roger. II 220 est signum -us appetitus.

II *translate:* **A** *fors, vicissitudines – Zufall, Wechselfälle:* ALDH. virg. I 44 p.297,7 fortuitis ademptam -bus *virginem.* virg. II 1904 fortunae -bus (cassi- *var. l.*) acta turma (HROTSV. Abr. 3,1 utriusque -u f. *al.*). CHART. Fuld. B 11 -o fragilitatis . . . donamus (COD. Lauresh. 10,1 cogitantes -um humanę f. COZROH. praef. p. 1,29 sicut -us sunt humanę f. *al.*). WALAHFR. Gall. 2,22 cum . . . suspectos haberet itineris -us. HROTSV. gest. 291 solamina . . . miserante Deo subito -u . . . missa. WIDUK. gest. 3,68 p.142,16 -u nescio an prudenti consilio. HUCBALD. harm. inst. p.117[b],14 proferre eam *(notulam),* quocumque vocis -u facile poteris. THIETM. chron.

[Bansa]

7,41 scriptura prohibet credere fatum vel -um aliquid esse. RUP. TUIT. inc. 8 (DtArch. 22. 1966. p.448,2) -u aut fortuito et non iudicio seu per providentiam Dei contigisse malum. ALBERT. M. metaph. 5,6,15 p.298,58 (ed. B. Geyer. 1960) est sicut -us et fortuna, ut si quis fodiens, ut plantaret arborem . . ., thesaurum inveniat. *al.* *abl. -u i. q. forte – zufällig:* HROTSV. Pafn. 1,19 -u praeteriens. GERH. AUGUST. Udalr. I 1 p.386,2 -u adveniens. CHART. Tirol. notar. I 592[a] si -u contingerit. *al.* *per prosop.:* HROTSV. Mar. 436 quos *(viros)* sine coniugibus fecit consistere -us. CHRON. Merseb. praef. p.164,12 -us agit virtutis opus. RAHEW. gest. 3,33 p.207,16 coeptum -us invidit. *al.* **B** *infortunium – Unglücksfall:* HRABAN. carm. 37,1 una dies ridet, -us cras altera plangit. DIPL. Loth. I. 2 p.53,34 (ed. Th. Schieffer. 1966) accidente -u damnum perpesus (THIETM. chron. 8,32 miserabiliter -u a. combustum est *monasterium. al.*). LIOS MON. 424 presulis in -u iuti solamine. EPIST. Teg. I 51 -uum nostrorum adiutorem. THIETM. chron. 8,30 hic inexuperabilis -us . . . obliviscatur. CHART. Hall. I 268 p.252,36 *ecclesiam* in suis -bus sive indigenciis . . . communire volumus. *saepe.* **C** *eventus, factum – Ereignis, (Vor-)Fall:* **1** *gener.:* LEG. Burgund. const. 1,46,2 quicumque . . . -um mortis aut debilitatis incurrerit (FORM. Marculfi 2,1 p.72,27 cum -us m. extiterit abbatibus). RATPERT. cas. 1 textus de . . . diversis -bus monasterii *(sim. de rebus gestis:* CASUS Petrish. 1,1 incipiunt -us . . . monasterii. *al.)*. GERH. AUGUST. (?) Udalr. II 7 his -bus divulgatis. OTTO FRISING. gest. 1,47 unum . . . pro omnibus, quae nobis . . . acciderunt, -um ponere volui. *al.* de -is *i. q. si – im Falle, daß:* ANTIDOT. Glasg. p.122,37 de -is autem non potis *superligare emplastrum.* **2** *iur.:* **a** *causa – (Rechts-)Fall:* LEG. Burgund. const. 1,53,2 quotiens in hunc -um (causa *var. l.*) contraria fatorum decreta verturtur. CHART. Tirol. 563 p.46,2 (a.1206) quod *balistarius* . . . sanguinem fuderit in -bus non concessis (STATUT. ord. Teut. p.50,37 excommunicatis . . . nullus . . . communicare presumat in -bus n. c.). STATUT. ord. Teut. p.87,15 commendator . . . audiat positum in -u consimili . . . penitencie modum. CHART. Meckl. 1504 p.610,6 quod officiales . . . omnes -us inopinatos, qui vulgo vngherad dicuntur, non debeant iudicare. *al.* *remissius:* CHART. Heinr. Leon. 43 p.63,6 si . . . in aliquo -u hoc . . . inmutari contigerit. CHART. Brixin. 105 p.113,25 decrevimus . . ., ut in nullo -uum . . . fas sit (CHART. Stir. IV 570 in nullum -um carere volumus). CHART. Stir. IV 406 nullam causam vel -um . . . in contrarium allegare. CHART. Raitenh. 343 p.274,41 in tali -u . . . abbas . . . iusticiam postulabit. **b** *querela, criminatio – Klage, Anklage(punkt):* CHART. Eberb. I 163 p.279,1 (a.1232) coram sculteto . . . huiusmodi -us fuit propositus. CHART. Austr. sup. III 174 p.171,11 nisi -us contra eum emerserit tam enormis. CHRON. Albr. a.1239 p.944,15 sunt -us contra imperatorem annotati, inter quos est . . . blasphemia. **c** *scelus – Verbrechen:* CHART. Tirol. 899 p.309,2 (a.1228) si aliquod homicidium et consimilis -us . . . committerentur. CHART. Carniol. II 346 p.270,8 in certis -bus . . ., videlicet de homicidio . . ., de furto et de raptu seu violenta corrupcione virginum. CHART. Scheftl. 39 in tribus -bus, videlicet pogentsblŵt, notzoch et furtis. *al.* **d** *mortuarium – Todfall (cf. Waitz, Verf.-Gesch. V. p.266sqq.):* CHART. Argent. I 616,94 p.473,30 (c.1129) dabit . . . boves . . ., quos sumet de -u hominum ecclesie morientium. CHART. Wirt. VI 2000 ad -um unus solidus . . . est persolvendus. **3** *medic. i. q. impetus morbi, paroxysmus – Anfall, Paroxysmus:* TRACT. de aegr. cur. p.111,31 cathalemptici . . . -um presentiunt (*sim.* THEOD. CERV. chirurg. 4,9 p.183[E]). **D** *iur. i. q. voluntas absens – fehlender Vorsatz (cf. His, Strafrecht. I. p.76.88sq.):* LEG. Wisig. 8,3,13 si pecora per -um, non culpa expellentis, debilitentur. EDICT. Roth. 387 si quis hominem liberum, -um facientem, nolendo occiderit (LEX Baiuv. 9,11 si quis . . . non volens -u faciente o. . . . animal. LEX Raet. Cur. suppl. 1[d],3 p.646,17 [ed. E. Meyer-Marthaler. 1959] si -u quis per rixa aut per aliqua contentione . . . alterum o. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 45,16 si . . . aliquid -u quolibet vel ignorantia . . . fuerit irruptum. *saepe.* *remissius:* VITA Willeh. 7 quam *(scutellam)* . . . minister . . . -u fractam repperit. **E** *gramm. i. q. forma declinationis – Beugefall:* ALDH. ad Acirc. 125 p.174,2 per obliquos -us (cassus *var. l.*). 136 p.189,26 nomina, quae recto -u . . . congessimus. FORM. Sangall. I 9 scribe quot volueris per nominativum -um. ERMENR. ad Grim. 18 p.556,6 alii septimum -um habere volunt. GUNZO epist. 3 p.22,20 fortuna fuit, ut . . . unius -us mutatione offenderim. *al.* *sensu obsceno:* CARM. Bur. B 164,5,3 si . . . declinarem, -um pro -u darem. **F** *per confusionem i. q. causa – Ursache:* FORM. Marculfi 2,3 p.182,4 (ed. A. Uddholm. 1962) decernimus, ne . . . ob hoc -o (-u, causam *var. l.*) quisquam valeat repperire.

cata (κατά) *struct.: c. acc.: passim. c. abl.: l.23.27.* **1** *praep.:* **a** *secundum – nach, entsprechend:* ALDH. epist. 5 p.491,20 -a evangelicae experimentum auctoritatis. BONIF. epist. 9 p.5,17 -a psalmistam. HUGEB. Willib. 6 p.105,23 -a normam venerandis vitae. CHRON. Salern. 175 p.178,35 'secundum apostolos vivo', id est similiter ut et illi, quod graece '-a' dicitur. *al.* **b** *post – nach, hinter:* COMPOS. Luc. L 23 plica unum -a unum petalum. ABBO SANGERM. bell. praef. p.78,12 -a triton trocheon eptimimeris. **c** *ad (sc. sensu distributivo) – (jeweils) an, in:* ANTIDOT. Sangall. p.80,10 -a die dabis *antidotum.* ANTIDOT. Glasg. p.159,24 uteris -a sero et mane. AMALAR. off. 4,30,13 octo dies ante nativitatem Domini renovantur . . . -a nocte responsorii. ALBERT. M. euch. 1,4,3 p.207[a],26 κατὰ mane et κατὰ vespere. *al.*

2 *praeverb.: v. p.362,56sq.*

catabathmos (-apa-), *acc.* -on *m. (f.: l.33)* (καταβαθμός) *cataracta Nili – Nilkatarakt:* BEDA (?) mus. p.911[B] illi, qui circa καταβαθμὸν habitant, id est descensum Nili. EKKEH. IV. bened. I 26,75 tantos surda sonos numquam dederat catapathmos.

catabelta *v.* catapulta.

catabibazon *subst. f.* (καταβιβάζων) *locus congruendi – Ort des Zusammentreffens:* BARDO serm. p.334,65 si . . . in eandem -n sol nubesque convenerint, nulla fiet mentio de nubibus.

catabolum *v.* 1. catabulum.

***catabriatus,** -a, -um. *(ital. vet.* catabriato, *cf. C. Battisti – G. Alessio, Dizionario etimologico italiano. I. 1950. p.802) variis coloribus pictus – bunt, verschiedenfarbig:* SALIMB. chron. p.254,14 fecerunt sibi mantellos -os, sicut antiquitus consueverunt habere serviciales ordinis sancte Clare.

***catabrocismus** *(m.) vel* ***catabrosis** *(f.)* (*cf.* καταβροχίζειν) *chirurg. i. q. actio deorsum ligandi (laqueo) – das Herabbinden (mit Schlinge):* Ps. HELIOD. chirurg. 5 circa sarcituras genera octo: . . . -us. 25 -sis est, ⟨quod⟩ in palpebram iosanam capillis iosanam infestantibus in oculis similiter fit, ut ⟨in⟩ anabrocismo diximus.

catabrum *v.* cantabrum.

1. catabulum *vel* **-us** (cant-, cada-, -bol-), -i *n. vel m.* (κατάβολος) **1** *emporium, stabulum (emporio adiunctum) – Umschlagplatz, (dem Umschlagplatz angeschlossener) Stall (loci pendent plus minus a Lib. pontif. p.44,2; cf.* GLOSS. II 1,2 St.-S. cantabulum publicum frone chuppel sive farrich): URSIO Marc. 1,16 domus Dei iubetur animalibus esse -um (*cf.* 1,17.18). MARIAN. chron. a. Chr. 320 planias sterni ad animalia -i. HUGO FLAV. chron. 1 p.293,19 *(ex Hincm.)* princeps . . . -i sui, in quo animalia . . . iacebant, axes levavit. ROM. SALERN. annal. p.75,27 domus -i in pulcherrimam ecclesiam translata est. CHRON. Basil. a. 303 ut serviret animalibus -olo (cant- *cod.*) congregatis. *al.* **2** *portus – Hafen (cf. F. Vercauteren, ALMA 2. 1926. p.98sqq.):* DIPL. Merov. I 61 p.54,51 iuxta quod urdo cadaboli fuerit (82 p.73,34. GESTA Dagob. 18).

2. *catabulum (ka-), -i *n.* (καταβολή) *basis – Grundlage:* RADBERT. Arsen. 1,15 p.44,16 illuc locare k-a fundamenti.

***catacasmus** *v.* *cataschasmus.

***catachocimos** *v.* *catococchimos.

[Bansa]

catachresis (-cres-, -cris-), *acc.* -in *f.* (κατάχρησις) *gramm. i. q. usus abusivus vocabuli – uneigentlicher Wortgebrauch* (*cf.* GLOSS. II 158,12 St.-S. catacresis secundum iudicium id est andari): HUMB. Sim. 1,15 p.124,48 -crisis dicitur . . ., cuius . . . vocabuli vim taliter edocent: -crisis est usurpatio alieni nominis ut piscina, cum pisces non habeat. 1,19 p.131,17 secundum tropum -crisin.

catacizo *v.* catechizo. **catacliosia** *v.* cataplexis.

***cataclisis,** *abl.* -i *f.* (κατάκλισις) *cubatio – das Liegen:* PAUL. AEGIN. cur. 263 ad attritiones calcaneorum ex longa -i (*3,79,5* κατακλίσεως).

cataclysmus (ka-, -tha-, -lis-), -i *m.* (κατακλυσμός) *inundatio, diluvium, nimbus – Überschwemmung, Flut, Wolkenbruch:* **1** *de diluvio in sacra scriptura narrato* (*cf.* GLOSS. II 735,16 St.-S. -us sinuuagi. III 360,59 -clismus sintflvt): ALDH. ad Acirc. 2 p.63,8 horrenda -ismorum irruptio. VITA Dalm. 11 (MGMer. III p.549,16) ut secundum crederes -um terras obtegere (WARN. synod. 453). ALCUIN. carm. 69,46 Noe . . ., tempore sub cuius iam -ismus erat. EPIST. var. II 13 p.317,23 de primo saeculo, quod ante generalem fuerat -ismum. CHART. Traiect. 90 quasi kataclismi imago. ALBERT. M. summ. theol. II 13,77,3,35 p.93^{b},19 quod omnes homines uno momento destruantur, sicut factum est in -o. *al. per compar.:* ALBERT. M. Is. 64,1 p.603,31 sapientia . . . sicut -us toti mundo gratiam influxit. ANNAL. Otak. a. 1260 p.184,5 cum fluvius Morawa . . . velut facto desuper kathaclismo . . . inundasset. *in imag.:* ALBERT. STAD. Troil. 5,459 compluit immensa -us sanguinis arva. *alleg.:* EKKEH. IV. bened. I 23,14 hęc *(arca)* utero fovit, -us (gloss.: diluvium baptismi) quos generavit. **2** *usu communi* (*cf.* GLOSS. I 587,35 St.-S. -ismus fluat. III 324,28 cathaclismus wolchenbrust): ALDH. virg. I 29 p.267,4 oceani flustra et spumantis -ismi caerula cum proprios egrederentur terminos.

catacrisis *sim. v.* catachresis.

circumpono, -posui, -positum, -ere. **1** *in circuitu collocare – herumlegen, ringsum anbringen:* **a** *strictius:* THEOPH. sched. 2,29 -e ligna *(sc. plumbo).* 3,87ⁱⁿ· ferris -e argillam. ALBERT. M. animal. 1,316 natura illi iuncturae -uit musculos. *al. medial. i. q. in circuitu oriri – ringsum sich bilden:* ALBERT. M. veget. 3,7 huic testae -itur caro extra. **b** *latius:* **α** *induere – anziehen, umhängen:* CASUS Petrish. 2,19 cum . . . vestimenta ei -ta fuissent. ANNAL. Magd. a. 970 p. 151,4 pallium. **β** *afferre – verleihen:* ALBERT. M. cael. hier. 2,3 p. 31ª,25 angelis multiformitates . . . terrenas . . . -tas (*PG 3,137ᶜ* περιτεθέντας), id est circumdantes vel circumvelantes sacros spiritus (15,5 p. 413ª,4 per quas *(proprietates)* humana forma a. -itur). **γ** *(ex omnibus partibus) disponere – (in jeder Hinsicht) ordnen:* ANNAL. Pegav. a. 1090 p. 242,33 omnibus . . . -tis. **δ** *geom. i. q. circumscribere – um(be)schreiben:* RADOLF. epist. 7 p. 531,25 -to longilatero. **2** *circumdare – umgeben:* **a** *strictius:* OTLOH. vis. 5 p. 379,36 pellitii . . . manicas pallio . . . -ere. HILDEG. phys. 1,1 caput . . . calidis *(sc. granis)* -e. *in imag.:* LIBELL. de Willig. 4 murum mentis virtutum scutis -uit. **b** *latius:* **α** *circumvelare – rings umhüllen:* ALBERT. M. Iob 16,17 (ed. M. Weiss. 1904) quod nigredine palpebrarum -itur oculus (-is *ed., vix recte*). **β** *in circuitu oblinere – ringsum bestreichen:* HILDEG. phys. 1,129 cum . . . unguento caput et collum . . . -e. **γ** *in ludo abaci i. q. cingere – umzingeln:* HERM. AUGIENS. rhythmimach. p. 12,10 si numerus contrarie partis -atur partibus *eqs.* FRUTOLF. (?) rhythmimach. 1,14 p. 180,15.

adi. **circumpositus,** -a, -um. **1** *in circuitu exsistens – im Umkreis befindlich:* **a** *de hominibus i. q. in circuitu habitans – im Umkreis ansässig:* ANNAL. Mett. a. 692 p. 15,15 gentium (TRANSL. Patrocli p. 281ᵇ,12. *al.*). VITA Emm. 20 viventibus -is eximia praebebat exempla. ANNAL. Rod. a. 1104 p. 691,29 plebs. **b** *de rebus:* **α** *in circuitu situs – im Umkreis liegend:* COD. Lauresh. 2012 basilicam cum omni edificio -o. ANNAL. Xant. a. 839 in villis et vicis -is. *al.* **β** *in circuitu concretus – ringsum entstanden, gewachsen:* ALBERT. M. veget. 3,11 in carne -a siliquae. *ibid. al.* **γ** *in circuitu dispositus – ringsum angeordnet:* METELL. Quir. 18,1 martyr sanctorum medius -orum. ALBERT. M. veget. 2,106 sunt . . . folia non habentia . . . angulos -os. *al.* **δ** *in circuitu stans – ringsum stehend:* HROTSV. gest. 578 culmos. **2** *in circuitu ornatus – ringsum ausgestattet:* ALBERT. M. animal. 1,91 *rhombi* -i sunt pinnulis. veget. 2,105 folium efficitur angulosum et -um (-is *var. l.*) quasi angulis acutis. *al.* **3** *in circuitu distinctus – ringsum besetzt:* CHRON. Hild. 20 p. 856,7 *anulum* gemmis cum margaritis -um. **4** *in circuitu consitus – ringsum bestanden:* ANNAL. Rod. p. 691,1 locus . . . arboribus ubique -us.

subst. **1. circumponens,** -entis *m. qui in circuitu collocat – einer der herumlegt:* ALBERT. M. pol. 7,9ᵐ p. 695ᵇ,3 -bus (*p. 1334ª,8* τοῖς περιβεβλημένοις) quidem muros circa civitatem licet . . . uti *eqs.*

2. circumpositi, -orum *m. qui in circuitu habitant — Um-, Anwohner:* WALAHFR. Gall. 2,1 p. 313,5 longe lateque -orum aures.

circumporto, -are. **1** *in circuitu ferre – herumtragen:* VITA Mariae rhythm. 5851 -bant illa *(vexilla)* circa templum *Iudaei.* **2** *in omnes partes differre – überallhin bringen,*

[Rudolph]

verbreiten: RUP. TUIT. spir. 5,15 p.1719B ut . . . scripturas easdem *(sacras)* in usum nostrum -rent *Iudaei. in imag.:* HONOR. AUGUST. spec. p.969B in his quadrigis *(sc. evangeliis)* Christus vectus -atur.

circumpositio (-cio), -onis *f.* **1** *ambitus (circularis), complexio – (kreisförmige) Umfassung, Umschließung:* WOLBERO cant. 3 p.1225C ut ex earum *(virtutum)* quadam quasi -e tota concretio introrsus positi corporis regatur. CHART. Westph. VII 1368 *(in terminatione finium)* sicut -cio lapidum . . . demonstrat. *natur. i. q. obvolutio – Umhüllung:* ALBERT. M. veget. 3,18 papaver . . . completur siliquarum -bus (circumponentibus *BI*). **2** *compositio in circuitu facta – Anordnung im Kreis:* ALBERT. M. mot. proc. 2,3 p.62,2 quae *(circumferentia rotae)* est in contorum -e.

circumquamque *v.* circumquaque.

***circumquaquam** *adv. ab omnibus partibus – ringsherum:* CHART. episc. Wirz. I 195 p.202,10 (a.1218) aqueductum . . . cum lapidibus -m firmatum.

circumquaque (-quamque) *adv. et praep.*

1 *adv.:* **a** *de positione i. q. circumcirca, ubicumque, quoquo loco – ringsumher, überall, allenthalben (cf.* GLOSS. I 85,29 St.-S. -e umpi echuar. II 260,9 -e alahalbon. *al.): α gener.:* LIBER diurn. 85 p.110,17 tam in regia urbe quam -e. WETT. Gall. 39 in locis -e iacentibus. DIPL. Arnulfi 131 p.196,10 hominum -e manentium. RUODLIEB XIII 124 pellicium . . . -e gulatum. CHART. Rhen. med. II 190 bona . . . -quamque *(sic?)* marcata. *saepe. pendet a subst.:* VITA Emm. I 25 a . . . commorantibus per -e loca. GODESC. SAXO gramm. 1 p.385,19 ab omnibus Latinis . . . -e longe lateque. ANNAL. Fuld. Ratisb. a.889 p.117,26 -e regiones. *saepe. sensu subst. i. q. regio in circuitu sita – ringsum liegendes Gebiet:* OTTO FRISING. chron. 6,8 p.269,25 Nortmanni . . . per -e diffusi. **β** *geom. i. q. in circumferentia – im Umfang:* ANON. geom. I 4,33 agripennum esse -e XII perticis. **b** *de motu:* **α** *in omnes partes – überallhin, nach allen Seiten:* BONIF. epist. 73 p.150,16 mulieres per pagos -e ducunt. EIGIL Sturm. 9 -e iens. RIMB. Anscar. 3 p.23,5 -e longe vel prope respicere. HROTSV. gest. 567 -e . . . mittebat alumnos. VITA Heinr. IV. 6 p.24,1 iactatis -e oculis. *al.* **β** *undique – von überall her:* CHART. select. Keutgen 113 p.117,11 (a. 1120) mercatoribus . . . -e convocatis.

2 *praep.:* περί – *ringsum, um:* DIPL. Westph. 20 (a.839) in villa . . . et in aliis villis -e se positis. DIPL. Ludow. Germ. 66 p.91,45 populus -e ipsam marcham positus. *al.*

*?***circumquoque** *adv. circumcirca – ringsumher:* TRANSL. Viti 3 p.30,12 ut . . . barbarorum gentes -e (-quaque *rectius ut vid. Ph. Jaffé, Bibl. rer. Germ. I. 1864. p.6,18*) gubernaret.

circumrado, -ere. *in circuitu polire – ringsum glätten:* THEOPH. sched. 3,73in. aurum . . . diligenter -endo . . . inspice. 3,80in. -atur *ferrum.*

***circumrecido,** -cidi, -ere. *in circuitu amputare – ringsum beschneiden:* EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p.44,36 (ex conc. a.680) ut quid haec, que necessaria sunt, -it de testimonia sanctis . . . patribus?

***circumreductio,** -onis *f. remotio circulari ratione effecta – kreisförmige Zurückführung:* ALBERT. M. cael. hier. 15,12 p.443b,46 '-e', id est circulari reductione ad principium subiectorum (*PG 3,340A* τῇ τῶν περιπεζίων ἀναγωγῇ).

circumregio, -onis *f. loca circumiacentia – Umgebung:* CHART. Ypolit. 87 p.116,18 (a.1268) vocavi . . . vicinos . . . et . . . alios de -e illa.

***circumreligatus,** -a, -um. *in circuitu constrictus – ringsum zusammen-, abgeschnürt:* HERIG. Ursm. 2,122 morbus *(sc. guttur turgidum)* . . . filo forti crebro -us.

***circumrepo,** -ere. *huc illuc repere – hin und her kriechen:* ITIN. Willib. 11 inter columnas et ecclesie parietem . . . -ere.

***circumreverentes,** -ium *m. qui in circuitu venerantes adsunt – die ihre Ehrerbietung Erweisenden ringsum:* PETR. ROM. Mans. (MGScript. XV p.930,27; a. 1049) more -ium.

circumrodens, -entis. *in circuitu depascens – ringsum benagend:* HILDEG. scivias 3,8 p.656C -ium vermium.

*?***circumrotatio,** -onis *f. versatio – Umdrehung:* CHART. Eichsf. 340 (a.1250) quia . . . presentium circumrot⟨atio⟩ (-t⟨arum⟩ *ed., vix recte*) tali rota rotatur.

circumroto, -atum, -are. **1** *trans. i. q. in circuitu torquere – herumdrehen:* THEOPH. sched. 3,90in. cum quo *(ligno)* -etur *rotula.* MIRAC. Adalb. Wirz. 15 p.74,23 fusum. *in imag.:* HONOR. AUGUST. spec. p.1041D funda *(sc. humanitas Christi)* . . . passionibus -ta. **2** *intrans. et medial. i. q. se in circuitu movere, rotare – sich im Kreis bewegen, drehen:* CAES. HEIST. mirac. I 7,16 p.18,21 usque ad tempus matutinale -ando magnum . . . patiebatur defectum. ALBERT. M. animal. 20,71 qui *(motus)* . . . est -tus . . . super polos mundi. 25,36 p.1571,37 toti oculi eius *(salamandrae)* -antur. *al. decurrere – ablaufen:* WOLFHARD. Waldb. 3,1 (prol.) -antium temporum. HONOR. AUGUST. spec. p. 1078D vita XII mensibus -atur.

***circumrotundus,** -a, -um. *rotundus – rund:* ALBERT. M. animal. 1,472 vocatur iste *(panniculus ventris)* graece perytheron, hoc est -us.

***circumrugiens** (-rig-), -entis. *circumeundo rugiens – beim Umhergehen brüllend:* VITA Radbodi II 6 (MGScript. XV p.571,44; s. X.ex. [*in imag.*]) nullis lassatur -is (-ri- *cod.*) inimici insidiis *(cf. Vulg. I Petr. 5,8).*

circumsaepio (-sep-), -saepsi, -saeptum, -ire. *script.* -scep-: *l.53.*

1 *strictius i. q. saepto cingere – ringsum einzäunen, einhegen (cf.* GLOSS. I 75,30 St.-S. -septus umpi pihekit. 510,27 -sepsit umbi pazunta. *al.):* TRAD. Frising. 330 (a.814) qui *(curtis)* . . . cum sępe -septa est. CHART. Rhen. med. I 244 p.299,38 *vinea* uno ambitu cum orto . . . -septa simul clauditur. *al.* **2** *latius:* **a** *circumcludere, circumdare, circumstipare – ringsum einschließen, umgeben, umstellen:* **α** *de rebus:* WIDUK. gest. 3,36 loca . . . munitionibus . . . -septa. THIETM. chron. 2,6 *Magoncia* manu valida -septa. *al. in ludo abaci:* ASILO rhythmimach. p.16,15 nisi *numeri* . . . sint -septi adversariis. *in imag.:* HILDEG. scivias 1 praef. p.385A ruinas *(an* rimas *leg.?)* cordis eius -sepsi. **β** *de hominibus:* WILLIB. Bonif. 6 p.27,29 fratrum -septus agmine. ANNAL. Iuv. III a.878 rex -septus . . . ab . . . comite et ceteris sodalibus suis. *al. c. sensu capiendi:* GERH. STED. annal. p.224,21 eum *(adolescentem)* invenire vel -sepire. **b** *circumvelare – ringsum einhüllen:* HROTSV. asc. 115 ascendit . . . victor . . . obsequio nubis -tus. **c** *includere – einbeziehen:* DIPL. Heinr. IV. 229 *(in terminatione finium)* -septa Manneowa. **d** *geom. i. q. circumterminare – ringsum begrenzen:* GERB. geom. 2,6 area lineis -septa mensuratur (4,2).

adi. **circumsaeptus,** -a, -um. **1** *circumdatus – rings umgeben (usu praed.: v. supra l.36. al.):* DIPL. Arnulfi 172 de pruolo parietibus -septo. IOH. VEN. chron. p.65,4 aliarum insularum munitione -scepta *insula.* ALBERT. M. veget. 2,68 quae *(plantae)* -septae sunt multis aliis plantis. *al.* **2** *operibus exterioribus instructus – mit Außenbefestigungen versehen:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a.882 p.107,16 quae *(munitio)* -septa constabat secus litus Mosae. **3** *protectus – geschützt:* DIPL. Conr. II. 107 feras . . . banno -septas.

subst. **circumsaeptum,** -i *n. area saepto cincta – ringsum eingezäunter Platz:* TRAD. Weiss. 127 p.123,17 (a.819) dedit . . . infra curtile dominicato -septum in uno angulo.

***circumsaeptio** (-sep-), -onis *f.* **1** *actio undique urgendi – das Herumdrängen:* HILDEG. Far. 119 (MGMer. V p.199,15; a.869) de equo . . . -septione resistentium corruere. **2** *coetus – Kreis:* BENNO OSN. ad Reginh. (MGScript. XXX p.887,41; a.1085) abbati . . . filiorum -e glorioso.

circumsaevio, -ire. *furendo degere – herumtoben:* DIETW. epist. (MGScript. XI p.434,17; a.1071) his atque similibus ymnis . . . noctem -unt unam.

*?***circumsallo,** -are. (*orig. inc., ni corruptum ex* circumvallare *vel* circumsaltare) *circumire – herumlaufen (um):* MIRAC. Martial. 2,2 (MGScript. XV p.281,15; s.

[Rudolph]

VIII./IX.) ministri eius *(regis)* -are *(cod.*, -cursare *ASBoll.)* ceperunt palacii sui amenitatem.

circumscalpo, -ere. *ex omnibus partibus infricare – überall einreiben:* Odo Magd. herb. 1276 si -is dentes radicibus eius *(pastinacae) eqs. (ex Plin. nat. 20,32).*

circumscepio *v.* circumsaepio.

circumscribo, -scripsi, -scriptum, -ere.

I *spectat ad actionem terminandi:* **A** *strictius i. q. circumterminare, determinare, comprehendere – ringsum begrenzen, bestimmen, umfassen, einschließen:* **1** *philos. et theol.:* Libri Karol. 3,15 p.135,4 qui *(Deus)* . . . situ non -itur. Albert. M. princ. 5,1 p.344[a],22 intelligendum est, quod -i est figurari. p.344[b],22sqq. locus . . . est in eo, quod capit . . . et -it; 'ubi' vero est in eo, quod capitur . . . et -itur *eqs.* summ. theol. I 18,73,1 p.752[a],2 angeli -untur loco. *al.* **2** *iur.:* Chart. Fuld. B 6 p.10,13 (c.822/24) locus . . . his terminis -tus. Dipl. Heinr. II. 493 silvam his finibus . . . -tam. Dipl. Karoli M. 240 p.337,12 (spur.) terminos . . . -i precepimus. *al.* **3** *rhet.:* Summa dict. Saxon. 9 p.263,31 salutacionum alia prescripta, alia subscripta, alia -ta. Ludolf. summ. 2,1 p.361,24 -ta est *salutatio,* quando nomen . . . ponitur in medio adiectivorum. Conr. Mur. summ. p.140,7. 16 (ed. W. Kronbichler. 1968). **4** *geom.:* Anon. geom. I 4,25 qui *(circulus)* duobus -itur tetragonis *eqs.* Ps. Boeth. geom. p.420,17 collocetur . . . eptagonus senaria quantitate -tus. *al. expressius i. q. circumducere – um(be)schreiben:* Ps. Boeth. geom. p.379,22sq. circuli vero figura figurae -i perhibetur, quotiens ea, quae -itur, figurae eius, cui -itur, suis omnibus lateribus omnes angulos tangit. **5** *mus.:* Guido Aret. (?) arithm. mus. p.59[b] diatessaron a et d -itur. **B** *latius i. q. circumdare – umgeben:* Ekkeh. IV. bened. I 4,51 quod lucens tenebris non -itur umbris.

II *spectat ad actionem coartandi:* **A** *strictius:* **1** *imminuere – vermindern, entkräften:* Heiric. Germ. II 2,3 inpacatae valetudinis inevitabilem necessitatem . . . -psit. **2** *secernere, excludere – absondern, ausschließen, ausscheiden:* **a** *philos.:* Albert. M. bon. 498 p.260,4 -amus habitum illum ab anima. metaph. 8,2,6 p.408,93 (ed. B. Geyer. 1964) -tis potentia et actu. *al.* **b** *iur.:* Chart. Salem. 248 p.282, 5 (a.1249) -ta omni mala arte et dolo (Chart. Argent. I 596 fraude et d. . . . -tis). Chart. Wirt. VII 2154 p.95,29 -ta omni questione. *al. in formulis chartarum.* **B** *latius i. q. e medio tollere – aus dem Weg räumen:* Vita Godefr. Cap. I add. p.529,6 omnibus *filiis* . . . -tis.

III *spectat ad actionem scribendi:* **A** *strictius:* **1** *describere – beschreiben:* Thietm. (?) chron. 5,24 quid eum singulis viciis -ere conor? *iur.:* Chart. Babenb. 16 p.23,4 (a.1141) locum . . . annotari et caute -i fecimus. **2** *conscribere – niederschreiben:* Chart. Hall. I 262 (a.1251) literam. **B** *latius:* **1** *ascribere – zuschreiben, -ordnen:* Helm. chron. 11 p.23,28 quod terminis suae ecclesiae . . . privilegiis esset -tus *episcopatus.* **2** *praescribere – verordnen:* Heinr. Teg. Quir. 23,28 proscripsit et -psit orthodoxos aut sacrificare aut mori. **3** *(verbis) circumire – (mit Worten) umschreiben, herumreden:* Pass. Thiem. II 12 p.59,11 quid ambagibus garrulis -endo lacessis?

adi. **circumscriptus,** -a, -um. **1** *circumterminatus – umgrenzt (usu praed.: v. supra l.17sq.25. al.):* Otto Frising. chron. 4,19 p.210,17 Deum liniamentis corporeis -um . . . dicebat *haeresis.* Gerhoh. epist. 28 p.617[A] si te *(Iesum)* in tua divinitate ulla forma -um aestimarem; est autem -um, quidquid extensum in longum, latum et altum . . . aliquem habet terminum. **2** *in circuitu inscriptus – ringsum mit einer Inschrift versehen:* Catal. thes. Germ. I 17,10 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; a.1244) anulum aureum -um. *cf.* circuminscriptus.

subst. **circumscriptum,** -i *n.* **1** *quod circumterminatum est – das ringsum Begrenzte: v. p.628,21.* **2** *circumlocutio – Umschreibung, Paraphrase:* Walth. Spir. Christoph. II 1, 149 -is intende vocabula, lector.

adv. **circumscripte.** *circumspecte – umsichtig:* Albert. M. metaph. 6,1,1 p.301,46 (ed. B. Geyer. 1964) tractant . . . -e.

***circumscriptibilis** (-cun-), -e. *qui terminis includi potest – in Grenzen einschließbar:* **1** *philos. et theol.:* Gerhoh. epist. 28 p.617[B] te *(sc. Iesum)* -em . . . aestimem? Albert. M. summ. theol. II 5,21,1 p.256[b],8 -e quidem est, quod loco vel tempore vel comprehensione comprehenditur. *al. localiter terminabilis – örtlich begrenzbar:* Albert. M. summ. creat. I 4,59,1 p.621[a],24 -es sunt angeli; cum enim sunt in coelo, non sunt in terra. princ. 5,2 p.346[b],19 per accidens . . . sunt in loco, quaecumque non sunt ita -ia. summ. theol. I 18,73,1 p.750[a],5 quid sit . . . locale vel circun--e. *al.* **2** *usu communi i. qui comprehendi potest – umfaßbar:* Albert. Stad. Troil. 4,710 ille pugilli -is est brevitate locus *(sc. latus Penthesileae).*

adv. ***circumscriptibiliter.** *ratione terminationis – im Sinne einer Begrenzung:* Albert. M. summ. theol. I 18,73 praef. p.749[a],27 utrum Deus localiter sive -r sit in rebus.

circumscriptio (-cio), -onis *f.* **1** *spectat ad actionem terminandi i. q. terminatio, definitio – Be-, Abgrenzung:* **a** *philos. et theol.:* Albert. M. princ. 5,1 p.344[a],24sqq. est triplex -o; est enim -o corporis continentis et haec est actio quaedam; et est -o circumscripti et est quaedam passio; et est -o procedens et causata ab utraque istarum et est commensuratio locati ad locum. p.344[b],6sq. ubi secundum quod est praedicamentum, -o est a loci -e et non immediate a loco procedens *eqs.* summ. theol. I 18,74,2,2 p.770[b],37. *finis – Grenze:* Arno Reichersb. apol. p.50,17 nostrarum angustiarum -es, loca et tempora. **b** *iur. i. q. determinatio finium – Grenzfestsetzung:* Dipl. Karoli M. 240 p.337,39 (spur. a.1155/57) auctoritas . . . -is nostrę. **2** *spectat ad actionem scribendi:* **a** *inscriptio in circuitu posita – Umschrift:* Heinr. Trev. gest. 46 p.440,24 que . . . sunt sigillata uno sigillo . . . et eadem -cione eiusdem. **b** *conscriptio – Niederschrift:* Albert. M. eth. 8,3,10 p.553[b],9 quando . . . -o fit de pacto. **c** *praescriptio – Verordnung:* Ioh. S. Paul. diaet. 561 neglecta . . . medicinali -e.

***circumscriptivus,** -a, -um. *(in circuitu) terminans – rings um-, abgrenzend:* Albert. M. summ. theol. I 18,73,1 p.752[b],36 leges loci physici, quae sunt . . . terminativum, esse -um.

adv. ***circumscriptive.** *ratione vel notione terminationis – nach Weise oder im Sinne einer Abgrenzung, abgrenzend:* Albert. M. sent. 1,37,25 p.267[b],12 locus . . . dicitur duobus modis, scilicet diffinitive et -e. summ. theol. I 18,73, 2,1 p.757[a],36 *angelus* corporaliter non implet locum et -e. II 13,77,4 p.101[a],44 quidquid est in loco -e, illius primum et medium et ultimum determinantur in loco. *al.*

***circumsectio,** -onis *f.* *(dies) circumcisio(nis) – (Tag der) Beschneidung:* Annal. Altah. a.800 -e coronam auream obtulit Carolus.

circumsedeo (-cun-, -sid-), -sedi, -sessum, -ere. **1** *sedendo circumdare – ringsherum sitzen (um):* Theodulf. carm. 25,189 -eant regalia prandia. Vita Annon. I 3,8 p. 501[a],31 monachos . . . se -ere fecit. **2** *in circuitu habitare – im Umkreis ansässig sein (um):* Einh. Karol. 12 hunc *(sinum)* multae -ent nationes *(inde* Adam gest. 4,12 circunsedent. *al.).* Chart. Hall. I 239 omnes -entes monasterium. **3** *cingere, (in circuitu) obsidere – umzingeln, ringsum belagern:* Poeta Saxo 2,323 -ssum (Gloss. II 366,10 St.-S. -ssum bisetenne) fore sese conspiciens. Thietm. chron. 5,34 exercitum . . . undiquesecus -entem . . . exterius inpugnabat. *al.*

adi. **1. circumsedens,** -entis. **1** *(in circuitu) sedens, praesens – (ringsum) sitzend, anwesend:* Caes. Heist. mirac. I 9,48 p.204,1 audiente tam imperatore quam -bus (-stantibus *var. l.*) principibus. **2** *in circuitu habitans – im Umkreis ansässig:* Chart. Heinr. Leon. 106 p.163,28 ab . . . colonis -bus. Chart. Wirt. VI 1772 p.167,13 nobilium -cium. *al.*

2. circumsessus, -a, -um. *penitus obsessus – völlig befallen:* Leo Mars. chron. 1,22 homo . . . omnibus vitiis carnalibus -us.

subst. **circumsedentes,** -ium *m.* **1** *qui in circuitu sedent, qui praesentes sunt – die Umsitzenden, Anwesenden:*

[Rudolph]

FLOR. LUGD. ad Drogon. 2 quem *(errorem)* . . . aggregata . . . synodo -bus omnibus . . . conatus est serere. CHART. Traiect. 942 in presentia iudicis et -ium de Bunneke. *al. v. et vol. I. p.1108,54.* **2** *qui in circuitu habitant – Um-, Anwohner:* DIPL. Heinr. II. 326 quatinus . . . securitatem de . . . -sidentibus . . . obtineat (*cf.* 327 -sed-). BERTHA Adelh. 3 p.759,14 insciis . . . cunctis -bus. REGISTR. Patav. I p.325,5.

circumsepio *sim. v.* circumsaep-.

circumsid(e)o *v.* circumsedeo.

circumsignatus, -a, -um. *determinatus – bestimmt:* Ps. BOETH. geom. p.411,7 orthogonii descriptio . . . quantitatibus . . . -a, id est cathetus VIII pedibus *eqs.*

***circumsignio,** -ire. *in circuitu signis instruere – ringsum mit Zeichen versehen:* CHART. Rhen. inf. I 511 p.359,14 (a.1188) insulam . . . -iri precepimus.

circumsisto, -stiti, -ere. **1** *se circumponere – sich herumstellen:* HEIRIC. Germ. II 2,9 pauci . . . -unt episcopi. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,199 pars . . . plebis exceptura suum -stitit undique corpus. **2** *(penitus) comprehendere – (völlig) erfassen:* INVENT. Matth. 16 pavor mox -it hominem.

subst. **circumsistentes,** -ium *m. qui in circuitu habitant – Um-, Anwohner:* LEG. Burgund. const. I 46,2 ut tensurae factae -bus innotescant.

circumsitus, -a, -um. **1** *in circuitu exsistens – im Umkreis befindlich:* **a** *de hominibus i. q. in circuitu habitans – im Umkreis ansässig:* ANNAL. Mett. a.692 p.15,5 -arum gentium legationes. p.15,10 nationes. **b** *de rebus i. q. in circuitu situs – im Umkreis liegend:* THANGM. Bernw. 7 p. 761,13 loca. CHART. Wirt. VI 1964 p.356,35 in conmunitate -a, que . . . almeide dicitur. *al.* **2** *cinctus – rings umgeben, eingeschlossen:* RANGER. Anselm. 4865 mons est . . . -us undique saxis. GODEFR. VIT. (?) Heinr. 75 civitas . . . muro -a. CHART. Westph. VII 75 mansum . . . -um allodio.

***circumsolido,** -are. *in omnibus partibus affigere – ringsum befestigen:* THEOPH. sched. 3,60$^{med.}$ particulam *cerae* . . . cum ferro . . . calefacto -bis (3,84$^{in.}$ adipem).

circumsono (-cun-), -are. *circumstrepere – umdröhnen:* EPIST. Meginh. 32 p.230,5 quem *(Cassiodorum)* tantus occupationum tumultus circun-ret. *Rudolph*

circumspargo *v.* circumspergo.

circumspeccio *v.* circumspectio.

circumspecio *v.* circumspicio.

circumspectabilis, -e. *consideratus – umsichtig:* AENIGM. super turb. 7 p.496^{b},59 tractatur *granum* experientia -i.

circumspectator, -oris *m. custos – Aufseher:* ALBERT. M. Iob 5,23 (ed. M. Weiss. 1904) 'super lapidem unum septem oculi sunt' *(Vulg. Zach. 3,9);* hi sunt septem -es spirituum *eqs.*

circumspectio (-ccio), -onis *f. script.:* -con-: *p. 630,12.16.* -cun-: *p.630,8. plur.: p.630,8.631,33.*

1 *proprie i. q. actio circumspiciendi – das Umschauhalten:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.206,15 quando cognoverit *falconarius* . . . per -em suam rem advenientem *eqs. v. et p.631,32 sq. in imag.:* HILDEG. scivias 3,2 p.579^{A} timor Domini secreta coeli visu -is acute penetrat. **2** *translate:* **a** *consideratio, diligentia – Umsicht, Sorgfalt:* HUGEB. Wynneb. 4 p.108,45 provide -is gravitate sollicitus. COZROH. praef. p.2,14 omni -e hoc opus peragere. HIST. de exp. Frid. imp. p.34,19 prudenti . . . -e . . . exercitum . . . divisit. *al.* **b** *attentio, observatio – Aufmerksamkeit, Be(ob)achtung* (*cf.* GLOSS. II 186,21 St.-S. -is givuari): CAPIT. reg. Franc. 228,13 presbiterorum . . . vitam iugi -e custodiant *archipresbyteri.* GODESC. AQUENS. seq. 23,10,3 bonae vitae -o. DIPL. Loth. III. 74 p.114,42 -is oculum . . . accommodantes. *al. c. sensu favoris:* CHART. Burgenl. I 470 p.315,22 (a.1265) considerantes -ccione regia servicia . . . magistri Dionisii. *c. sensu devitationis:* DAVID expos. reg. (ZKirchGesch. 19. 1899. p.353,4) provida irrationalis observantiae -o. **c** *cautio, cautela – Vorsicht(smaßnahme):* COD. Lauresh. 21 p.302,11 (a.819) vocabula locorum . . . exprimere literis iussi ea . . . -e, quia *eqs.* CHART. Eichsf. 113 veritas provida -e per attestationem scripture conprobatur (CHART. Walkenr. 180. *al.*). DIPL. Heinr. IV. 409 (spur.) omni -is studio corroborare. *al.* **d** *cura – Fürsorge (cf.* GLOSS. I 571,4 St.-S. -em pisorgida. *al.): CONST. I 318 p.449,32 (a.1186) decet . . . populorum . . . tranquillitati -is nostrae *(sc. imperatoris)* studio provideri. ACTA imp. Winkelm. I 33 p.24,18. **e** *propositum – Vorsatz:* ABSAL. serm. 50 p.286^{B} vir bonus . . . circa vitam suam quatuor circun-es habere debet. **f** *prudentia, intellectus – Klugheit, Erkenntnis(fähigkeit):* **α** *gener.:* EKKEH. URAUG. chron. a.1105 p.227,49 cuius *(imperatoris)* -i vix quisquam posset aequari. HIST. peregr. p.124,36 imperator . . . ut vir multivide -is. CONST. II 245 de fide et -e (-con- *2*) magistrorum . . . fiduciam obtinentes. *al. meton. in allocutione vel titulo honorifico:* CONST. II 189 (a.1234) negotium . . . -i vestre *(sc. papae)* . . . duximus committendum. CHART. Bern. II 434 circon-is vestre providentie . . . innotescat *(item de comite:* CHART. Friburg. 237). *al.* **β** *philos.:* ALBERT. M. bon. 487 p.254,41 quaeritur, quid appelletur hic -o *eqs.* p.254,47 -o erit memoria et intelligentia et providentia simul *(cf. Macr. somn. 1,8,7).* 490 p.256,5 quia -o considerando rationes electionis . . . confert maius posse prudentiae. *ibid. al.*

***circumspectivus,** -a, -um. *intellectivus – auf die Erkenntnis bezüglich, Verstandes-:* ALBERT. M. Iob 1,15 p. 34, 39 (ed. M. Weiss. 1904) -ae virtutes . . . ut ratio et intellectus et mens.

circumspecto (-cun-, -exp-), -are. **1** *intrans. i. q. oculos circumferre – sich rings umsehen:* REIN. LEOD. inept. 2 p.602,1 dum . . . quereret, cur ita -rem. *c. sensu attendendi:* LIBER diurn. 45 p.33,1 si pastores ovium . . ., ut ne qua . . . pereat . . ., oculis semper vigilantibus -ant. **2** *trans.:* **a** *circumspiciendo intueri – ringsherum ansehen:* IONAS BOB. Columb. 2,18 laetus omnes -expectat *(A 2 a,* circumsp- *codd. cett.)* vultus *(cf. notam ed.).* EKKEH. IV. cas. 14$^{ex.}$ omnes -ans . . . inquit *rex.* **b** *circumspiciendo agnoscere – sich rings umsehend feststellen:* TRIUMPH. Remacli 2,15 ille *(episcopus)* . . . ab alto circun-ans undique pomarium refertum populis.

circumspector, -oris *m. custos – Aufseher* (*cf.* GLOSS. I 567,31 St.-S. -r piscovuari): ARNO REICHERSB. scut. p.1510^{B} quos *(custodes)* . . . -es vocant eo, quod . . . claustri interiora circumeundo circumspiciant.

circumspergo (-spar-), -spersum, -ere. **1** *proprie i. q. in circuitu conspergere – ringsherum (auf)streuen:* THEOPH. sched. 3,91 -sparge . . . pulverem. **2** *translate i. q. (in omnes partes) distribuere – (nach allen Seiten hin) verteilen:* LAND. MEDIOL. hist. I 2,26 p.64,20 *(abl. absol.)* muneribus viris palatinis -sparsis.

adi. **circumspersus,** -a, -um. *passim disiectus – überallhin verstreut:* LAND. MEDIOL. hist. I 2,22 p.58,46 conspiciens multos in Italiae partibus -os . . . invicem offendere.

circumspicio, -spexi, -spectum, -ere. *script.:* -con-: *p.631,43.* -cun-: *l.65. p.631,13.47.* -spec-: RHYTHM. 149,269. GLOSS. I 221,21 St.-S. *cod. c.*

1 *proprie:* **a** *intrans. vel refl. i. q. oculos circumferre – sich rings umsehen:* MIRAC. Gertr. I 2 cum . . . se ipsam undique -ret (conspiceret *A 3$^{a.b}$*). WALTHARIUS 504 -e caute. THIETM. chron. 7,21 ut se solito cautius -rent. *al. imper. in nomine loci:* CHART. Pomm. A 172 p.393,34 (s. XIII.^{2}) qui *(montes)* C-e te sive Sethic umme nominantur. **b** *trans.:* **α** *circumspectando intueri – ringsherum ansehen:* VITA Hildulfi 16 -tis fratribus . . . inquit. **β** *examinando intueri – prüfend betrachten:* THIETM. chron. 5,5 caute suos . . . -xit *comes.* RANGER. Anselm. 1135 abbas . . . virum circun-it. OTTO FRISING. gest. 2,20 p.122,21 omnia -entes . . . metantur castra. *al. v. et l.42.* **γ** *quaerendo conspicere – erspähen:* WALTHARIUS 1128 insidiis . . . locum -xere sat aptum.

2 *translate:* **a** *considerare – umsichtig erwägen, bedenken:* RUOTG. Brun. 20 p.20,25 summa . . . diligentia omnia -ere. GESTA Halb. p.78,11 hac . . . consideratione non incongrue -ta. **b** *attendere, observare – beaufsichtigen, be(ob)-*

achten, achtgeben: CONSUET. Trev. 2 circuitori fratres diligenter -enti, si *eqs.* VITA Bonif. II 1 p.91,7 honestis moribus . . . suam vitam -xit. *refl.:* TRAD. Ratisb. 26 (a.833) quisquis . . . semetipsum tota mentis devotione -it. **c** *servare, curare – behüten, sich kümmern (um):* WILLIB. Bonif. 7 p.39,4 caulas . . . gregium -ens. VITA Liutb. 7 ut . . . eas *(sorores)* . . . benigna -as diligentia. *al.* *c. sensu augendi:* ACTA imp. Winkelm. I 701 (a.1244?) quem *(Azonem)* prudentia -it. **d** *respicere – berücksichtigen:* EPIST. Col. 33 p.244,3 diligenti intuitu -tos sacros canones . . . archiepiscopum . . . subrogavimus.

adi. **circumspectus,** -a, -um. **1** *consideratus, prudens – umsichtig, klug:* RANGER. Anselm. 1591 quam circun-am *se exhibuit Mathilda.* CHART. archiep. Magd. 193 p.250,9 Berichdoldo -issimo preposito . . . salutem. ALBERT. M. bon. 487 quod . . . in moralibus -us sit, qui *eqs. al. v. et l.44.* *in allocutione:* FORM. Marculfi 1,7 principalitatis vestrae *(sc. regis)* -a clementia. CHART. civ. Erf. 281 p.178,38 (a.1275) vestre *(sc. capituli)* providentie -e . . . innotescat. **2** *attentus, providus – aufmerksam, vorsichtig* (*cf.* GLOSS. II 166,13 St.-S. -as cleni): **a** *de hominibus:* VITA Bern. Parm. 1 (MGScript. XXX p.1324,2; post 1133) ab . . . vitiis . . . evitatione modo ineffabili . . . -us. HIST. peregr. p.151,14 quis tam -us, ut *eqs.* CHART. Heist. 26 tanto tenetur iudex . . . -tor *(sic?)* esse, quanto *eqs. al.* **b** *de rebus:* WALAHFR. Gall. 2,10 p.320,23 epistolam fecit . . . -a roborari cautela. **3** *spectabilis – angesehen:* RANGER. Anselm. 3877 in medio magni -ique senatus. **4** *iur. i. q. circumscriptus – umgrenzt:* CHART. Livon. A III 399[b] p.63,32 (a.1266) agros . . . certis terminorum distinctionibus . . . duobus fossatis -os.

subst. **1. circumspiciens,** -entis *m.* *qui circumspectat – einer der sich umsieht:* ALBERT. M. bon. 487 -s (circumspectio, -ones *sim. var. l.*) . . . convertit aspectum in omnem differentiam loci.

2. circumspectus, -i *m.* *qui consideratus vel prudens est – ein Umsichtiger, Kluger:* CHART. Const. 51 p.60,20 (ed. K. Beyerle, Konstanzer Grundeigentumsurk. 1902; a. 1269) -orum requirit discretio, quod *eqs.*

adv. **circumspecte.** **1** *considerate, prudenter – umsichtig, klug:* CAND. FULD. Eigil. II 5,10 grex . . . -e collectus. GODESC. SAXO theol. 24 p.340,6 illud . . . dictum est scite, -e. CHART. Helv. arb. 39 p.67,19 arbitri . . . circonstancias . . . circon-e considerantes. CONR. MUR. summ. p.39,20 (ed. W. Kronbichler. 1968) debet esse -e cautus et caute circumspectus prosator. *al.* **2** *attente, provide – aufmerksam, vorsichtig:* WALAHFR. Gall. 2,22 -e incursus latronum . . . devitare. EPIST. Meginh. 9 p.202,19 ut in omnes partes circun-e vos agatis. ALBERT. M. summ. theol. II 11,58 p.583[a],4 -e intendere. *al.*

***circumstannatus** (-agn-), -a, -um. *stagno undique obductus – rundum verzinnt:* THEOPH. sched. 3,82[in.] ligaturas ferreas . . . interius et exterius -gnatas.

circumstantia (-cia), -ae *f.* *script.* -con-: *l.42. adde* CHART. Basil. A II 148.

1 *proprie plur. i. q. loca in circuitu adiacentia, regio circumsita – ringsum angrenzende Ländereien oder Örtlichkeiten, Umgebung:* **a** *gener.:* TRANSL. Mercurii II 2 (ed. Martène-Durand, Coll. VI p.752; s. IX.?) cuius -a civitatis quam voluptuosa sit et amoena. CHART. ord. Teut. 35 (a. 1198) in -ciis turris. *in visione:* LAMB. TUIT. Herib. 2,7 p.1249,53 videbatur a fundamento maceria cum -is moveri. **b** *iur.:* **α** *in terminatione:* CHART. Rhen. med. II 213 p. 251,19 (a.1203) loca . . . per -as evidentes duximus exprimenda. CHART. Burgenl. I 470 p.315,18 ut . . . quantitatem -ciasque ipsius terre rescriberet. *ibid. al. (v. ind.).* **β** *de rebus attinentibus in circuitu sitis:* CHART. Tirol. notar. I 544 (a.1236) domum cum -ciis ipsius. CHART. Burgenl. I 387 porciones . . . in prediis . . . cum universis -ciis, utilitatibus et pertinenciis suis (428. *al.*). CHART. Turg. III 637 p.508,13 curiam . . . cum aliis -ciis tam infra septa quam extra. *al.*

2 *translate:* **a** *condicio, ratio, momentum – Bedingung, Verhältnis, Umstand:* **α** *gener.:* TRANSL. Annon. 4 quae res . . . licet ex rerum -is per se clara sit. CHART. march. Misn. III 18 pro . . . totius vitę nostrę -is. CHRON. reg. cont. V a. 1247 p.291,23 de ortu et ritu ceterisque -is Tartarorum. *al.* **β** *iur.:* GERH. STED. annal. p.218,28 ex sententia iudiciaria et ceteris aliis -is . . . stabilire. CHART. Sangall. B 427 p.312,18 cognito . . . statu et omnibus -ciis utriusque partis. CHART. Stir. IV 459 p.276,25 inspectis singulis -is. *al. v. et p.631,42.* **γ** *philos. et eccl.:* HONOR. AUGUST. cant. 5,17 p.445[D] quod loco continetur, . . . sex -is . . . circumscribitur. GUNTH. PAR. (?) orat. 2,1 p.116[A] -ae, quae ei *(orationi)* . . . assignantur. CAES. HEIST. hom. II p.114[a] orationem . . . aliqua -a deformare. ALBERT. M. bon. 64 p.39,9 -a, quae attribuitur personae . . ., dividitur in undecim. 87 p.56,73 principales. sacram. 149 p.98,85 confessionis. 155 p.102,5 nemo tenetur -as confiteri *eqs.* phys. 7,1,8 p.501[b],45 ipsa *(virtus moralis)* etiam est consistens in habitudine -arum circa medium *eqs. saepe. v. et vol. I. p.380,21. 23.* **δ** *rhet. (cf. B. Bischoff, Mittelalterliche Studien. I. 1966. p.218[52]):* BERNOLD. CONST. libell. I 5 p.20,15 -as rethorum. ALBERT. M. bon. 62 p.37,22sqq. -ae . . . sunt, a quibus trahuntur argumenta . . .; propter hoc etiam -ae loci rhetorici vocantur. *al.* **b** *conexus – Zusammenhang:* **α** *spectat ad scripta:* ALCUIN. epist. 136 p.206,11 si singulorum consideratur evangelistarum huic loco -a. OTLOH. quaest. 19 p.86[A] ex -a scripturae. BERNOLD. CONST. libell. X 57 p.139,33 lectionis. **β** *mus.:* ANON. mus. (Sowa) 1[c] p.70,5 -as inspicere et considerare.

***circumstativus,** -a, -um. *ad circumstantias pertinens – zu den Umständen gehörend:* ALBERT. M. bon. 62 p.37,48 'singularia . . . sunt', ut dicit Damascenus, 'quae vocantur a rhetore constitutivae particulae', et alia translatio dicit '-ae' (*PG 94,954*[D] περιστατικά).

circumstipo (-cun-), -avi, -atum, -are. **1** *confertim circumdare, circumsistere – dicht umdrängen, umringen:* GUMP. Wenc. 14 licet palatinae frequens cohortis latus *ducis* utrumque -verit tumultuatio. THEOD. AMORB. Mart. 8 sacerdos angelicis circun-atur ministris. THEOD. TREV. transl. Celsi 15 *pontifex* clero -tus. WALTH. TER. Ioh. 12 p.1147,15 populi . . . caterva ante et retro, dextra levaque -ante. *al.* **2** *coacervare – aufhäufen:* GESTA Apoll. 441 munus rutili -are metalli.

circumsto, -steti, -are. *script.:* -con-: *p.633,42.* -cun-: *l.49. p.633,55. adde* WIDUK. gest. 3,75 p.153,1 *(var. l.). al. form. perf.* -stit(i): RIMB. Anscar. 3 p.22,9 *cod. 1.*

I *proprie:* **A** *de animantibus i. q. in circuitu stare, astando circumdare – ringsum, dabei stehen, umstehen:* **1** *strictius:* **a** *gener.:* LIUTG. Greg. 15 p.79,21 -erunt eum discipuli. CONSUET. Marb. 303 (Spicil. Friburg. X. 1965) in lecto tali, ubi fratres possint undique -are. CONR. HIRS. mund. cont. 41 (Anal. Mediaev. Namurc. XIX. 1966) circunstante exercitu. *al.* *circumcingere – umsäumen:* OTTO SANBLAS. chron. 40 p.63,6 quod *(vulgus)* plateas -bat. **b** *theol.:* HRABAN. carm. 39,81,4 angelorum . . . -bunt . . . agmina. OTTO FRISING. chron. 8,30 p.441,10 primam . . . ierarchiam inmediate trinitatem -are. *al.* *in visione:* RIMB. Anscar. 3 p.23,3 sanctorum ordines, qui undique . . . -bant. **c** *publ., eccl., iur.:* LEX Frision. 14,1 ut eum *(tenum signatum)* . . . caeteri, qui -ant, cognoscere possint. CAPIT. reg. Franc. 196,43 pro quibus . . . 'memento . . . circumadstantium', cum nullus -et, dicit *solitarius consecrator?* DIPL. Otton. I. 336 p.451,25 abbas . . . -antibus multis . . . fidelibus . . . postulavit. WIDUK. gest. 2,1 p.65,5 reversus ad populum, qui -bat *(de re v. J. O. Plassmann, Princeps und Populus. 1954. p. 120sq.).* ORD. coron. imp. 14,2 sedet . . . papa in sede sua -antibus episcopis. *al.* **2** *latius i. q. adesse – zugegen sein:* TRAD. Frising. 899 (a.870) multis . . . -antibus adiens aecclesiam . . . tradidit. CHART. Babenb. 9 p.12,19 in presencia nostra . . ., optimatum -ante frequencia. **B** *de rebus i. q. in circuitu exsistere, circumdare, includere – ringsum vorhanden sein, umgeben, einschließen:* **1** *natur.:* ALBERT. M. cael. hier. 15,3 p.406[b],29 disrumpit *ignis,* quod ipsum -at. animal. 1,481 quinque . . . venae -ant ipsum *(anum).* 7,119 calidum . . . perforat humidum, quod perforatum -at

[Pape]

et -ando figurat anulum. *ibid. saepe. v. et l.53.* **2** *geom.:* Ps. Boeth. geom. p.411,25 trigonus orthogonius, quem -ant par unus et duo impares numeri. **3** *iur. (c. sensu attinendi):* Registr. abb. Werd. 7,18 p.241,7 (s. XII.med.) additis x modiis ex v mansis, qui -ant. **4** *usu communi i. q. undique imminere – rundum bedrohen:* Cand. Fuld. Eigil. I 9 p.226,3 quanta pericula vos -erunt.

II *translate i. q. pro circumstantia esse, moderari, condicionis vel momenti esse – als Umstand auftreten, beeinflussen, bedingen, von Bedeutung sein:* **A** *philos. et eccl.:* Albert. M. bon. 118 duo extrema in genere -ant virtutem, sed multa in specie. 484 p.253,12 est . . . intelligentia practica . . . de actuali, quod -at negotium. sacram. 151 p.99,56 circumstantiae peccati confessi . . . non proprie -ant actum confitendi *eqs.* eth. 3,2,10 p.250a,18 -at eum *(fortem)* magnificentia. metaph. 11,1,8 p.470,47 (ed. B. Geyer. 1964) quae et quot -ant generationem substantiae sensibilis. *al.* **B** *natur.:* Albert. M. animal. 9,75 quae consueverunt . . . -are partus.

adi. **circumstans,** -antis. **1** *in circuitu exsistens – ringsum befindlich:* **a** *de hominibus i. q. in circuitu astans, praesens – ringsum stehend, anwesend:* Dipl. Arnulfi 110 cum consensu . . . -ium fidelium. Capit. reg. Franc. 252 p. 247,2 subscriptio . . . responsione innumerabilium -ium presbyterorum . . . confirmata. Thietm. chron. 3,22 quidam ex -bus Grecis. *al.* **b** *de rebus:* **α** *natur. i. q. circumdans – umgebend:* Albert. M. animal. 7,167 ex -e frigido aquae. veget. 2,130 diversitas substantiarum, quae sunt -es fructum. 3,20 calore . . . aeris -is. 6,177 propter -es casas. *ibid. saepe.* **β** *iur. i. q. in circuitu adiacens – umliegend, ringsum angrenzend:* Cod. Frid. 11 (post 957) pratorum iugera . . . cum ligno ibi -e. Chart. Rhen. inf. I 355 cum . . . potestate forestaria in silvas -es. Gesta Karoli M. p.151,20 -es provincias predictis terris attinentes. **2** *mus. i. q. circumflexus – auf- und absteigend:* Remig. Altiss. mus. p.76a,29 alia *(modulatio)* peripheres *(ex Mart. Cap. 9,958)* . . ., hoc est -s, reflexa.

subst. **1. circumstantes,** -ium *m. qui in circuitu astant, praesentes – die Umstehenden, Anwesenden:* **1** *gener.:* Wett. Gall. 30 p.274,28 eum presbyter ceterique -es levaverunt. Walth. Spir. Christoph. I 20 -ium multitudo. Thietm. (?) chron. 4,36 crucem in fenestra . . . -bus se videre manifestavit. Adam gest. 2,75 retulit . . . -bus (-con- *A 1*). *al.* **2** *publ., eccl., iur.:* Conc. Karol. app. 9c p.851,22 imperator . . . interrogavit cunctos -es. Trad. Ratisb. 52 nomina -ium. Berth. (?) annal. a.1077 p.293,14 -es . . . aspergere. Consuet. Marb. 81 (Spicil. Friburg. X. 1965) -ium devotio. *al.*

2. circumstans, -antis *n. quod in circuitu est, regio circumsita – das ringsum Befindliche, Umgebung:* Norb. Iburg. Benn. 14 p.880,1 mons . . . similis . . . -bus densitate silvarum. Frid. II. Imp. art. ven. 2 p.191,5 quoniam . . . non poterit videre *falco* . . . -ia, unde timere possit. Albert. M. animal. 7,101 calor -is. 16,88 qui *(aer)* circumstat sine alio -e. Theod. Cerv. chirurg. 1,6 p.137D cum . . . nigrescunt circun-ia vulneris. *al.*

circumstrepo (-rip-), -ere. **1** *proprie:* **a** *cum strepitu circumsistere – lärmend einkreisen:* Albert. M. animal. 4,80 -unt *piscatores* eos *(pisces).* **b** *in circuitu strepitum facere – ringsum lärmen:* Carm. de Karolo et Leone 240 -it agmen equorum. Ruotg. Brun. 4 p.5,24 turbarum -entium assiduitas. *al.* **2** *translate i. q. ex omnibus partibus perturbare – von allen Seiten beunruhigen:* Dipl. Heinr. II. 34 p.37,39 -ipentibus undique . . . seditionibus et . . . dissensionibus. Epist. Hann. 47 p.91,21 in . . . tantis, quę modo -ant, curarum ęstibus.

circumstrictus, -a, -um. *circumvinctus – ringsum gefesselt:* Mirac. Genes. Hier. 16 catena -us trahebatur *insaniens.*

circumstripo *v.* circumstrepo.

***circumsubiecta,** -orum *n. quae in circuitu supposita sunt – das ringsum darunter Befindliche:* Albert. M. summ. creat. I 4,62,7 p.661a,25 deiformes rotae . . . habent . . . revelationes . . . secretorum manifestatione et -orum (*PG 3,340A* τῶν περιπεζίων) reductione.

circumsultus *v.* circumfulcio.

***circumsuperaedificatus,** -a, -um. *in circuitu superstructus – ringsum darüber errichtet:* Theod. Hirs. loc. sanct. 12 p.31,17 domus huic sacro -a.

circumsurgens, -entis. *undique ascendens – rundum aufsteigend:* Andr. Strum. Ioh. 75 p.1099,11 inter capillos . . . flammae -es intrabant. *Pape*

circumtego (-cun-), -tectum, -ere. **1** *proprie:* **a** *in circuitu contegere – ringsum be-, verdecken:* Bovo Corb. Boeth. 12 necesse est terram undique aut aquis aut aere -i. Wilh. Hirs. const. 2,57 p.1125B locus . . . undique -tus. Theoph. sched. 3,91. *amicire – bekleiden:* Vita Otton. Bamb. III 1,6 p.10,19 vestimentis lugubribus -tus. **b** *cingere – umschließen:* Metell. buc. 10,31 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) quę *(pars templi)* medio compar cyclo -it altar. **2** *translate i. q. protegere – beschützen, behüten:* Liber diurn. 46 p.38,7 ut sua te munitione -at *(item de Deo:* Theod. Amorb. Mart. 8 servos suos . . . circuntegere. *al.).* Epist. Vienn. 20 ut . . . te Petri dextera -at. *v. et p.602,36.*

subst. **circumtecta,** -orum *n. quae in circuitu superposita sunt – das ringsum Daraufgedeckte:* Petr. Cas. (?) chron. 4 praef. p.756,16 ut *ignis,* cum paleis circum circa tegitur, . . . nec -a depascit *eqs.*

circumterminans, -antis. *in circuitu determinans – ringsum abgrenzend:* Albert. M. summ. creat. I 3,8,4 p. 406b,6 Deus incircumscriptibilis est, omnia -s.

circumtero, -trivi, -ere. *terebrando in circuitu efficere – durch Bohren ringsum anbringen:* Abbo Sangerm. bell. 1,298 quibus *(tentoriis)* -vere (gloss.: conposuerunt) meatus *milites.*

circumtexo, -ere. *circumvolvere – herumwickeln:* Albert. M. animal. 1,302 oportet ipsa fila nervi -i sibi in panniculum, qui concludat eam *(carnem).*

circumtollo, -ere. **1** *in circuitu auferre – ringsum beseitigen:* Albert. M. pol. 7,9k p.694b,14 montana -ere (7,9l p.695a,24sq. ᶜ-ere [*p.1331a,4* περιαιρεῖν] m. locaᵃ, id est velle muris non occupare m. loca et -ere muris et turribus). **2** *adimere – entziehen:* Albert. M. pol. 6,1cc p.566,12 -ere (*p.1318a,1* περιαιρεῖσθαι) potentiam. *ibid. al.* **3** *?privare – ?berauben: v. l.39.*

circumtondeo, -tonsum, -ere. *in circuitu tondere – ringsum scheren:* Epist. Teg. I 13 quia nullus timet . . . -sus nec Deum nec hominem. Chart. civ. Spir. 105 siqua de filiabus nostris per se ipsam -sa fuerit . . . et super huiusmodi circumtonsura duorum proximorum eius . . . consensus transgressa fuerit. Dipl. Karoli M. 269 p.397,3 (spur.) ut Frisones . . . sint usque ad summitatem aurium -si (-cisi, aurium auro -fulsi *var. l.*).

circumtono, -are. **1** *trans. i. q. in circuitu tonare – rings umdonnern, umtosen:* Epist. var. II suppl. 10 p.635,11 nos hostis armis -at. Annal. Zwif. II a.1206 Marte forti -at arcem. **2** *intrans.:* **a** *huc illuc saevire – hin und her toben, wüten:* Chron. Albr. a.1190 p.866,38 -antis inter imminentem hyemem et mare litigii. **b** *in omnium ore esse – in aller Munde sein:* Vita Adalb. Prag. II 19 (MGScript. XV p.1184,1; c. s. XII.) -antibus . . . signorum preconiis.

***circumtonsura,** -ae *f. actio circumtondendi – das Rundum-Abscheren: v. l.47.*

circumtorqueo, -ere. *circulatim vertere – kreisförmig herumdrehen:* Theoph. sched. 3,76 corrigiae . . . in serico filando -entur.

circumtrahens, -entis. *per errorem i. qui huc illuc raptatur – hin und her gezerrt:* Annal. Mell. Vind. I a.1278 p.710,10 viscera heroum a canibus et avibus -cium.

circumtremens, -entis. *in circuitu inquiete errans – unruhig umherschweifend:* Albert. M. animal. 1,154 -es . . . et prominentes occuli . . . voluptatibus deditos ostendunt.

***circumtruncatus,** -a, -um. *mutilatus – verstümmelt:* Epist. pont. Rom. sel. I 2 p.44,27 (ex conc. a.680) non congruit orthodoxis . . . -as sanctorum patrum voces deflorare.

[Rudolph]

***circumtrusus** (-con-), -a, -um. *in circuitu transfixus – ringsum durchbohrt:* DYASC. p.159^{b},22 in vasculo fictili non pitato, sed circontruso *(i.* perforato *ed.)*.

***circumtubicinans,** -antis *m. qui concinit (communi cantui) – einer der (in den gemeinsamen Gesang) einstimmt:* ALBERT. M. eccl. hier. 3,14 p.591^{b},6 universaliter non -es (*PG 3,432^{C}* οἱ . . . ἀπερισάλπιγκτοι), id est nullo modo concinentes aliis . . ., et hi sunt infideles.

circumvado, -ere. *circumquaque discurrere – umherlaufen:* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p.49,8 *falco* stans prope gruem -it, ut videat carnes.

***circumvagatio** (-aca-), -onis *f. circuitus – Umlauf, Kreislauf:* BEDA temp. rat. 5,35 primitivae lucis circuitu . . . aera vacuum sua -e (-ca- *N*) lustrantis.

circumvago(r), -are (-ari). *in circuitu percurrere – auf einer Kreisbahn durchlaufen:* CARM. de temp. rat. 664 caelum . . . -ant septem planetae.

circumvagus, -a, -um. *huc atque illuc se curvans – sich hierhin und dorthin windend:* EGBERT. fec. rat. 1,668 tamquam -us amnis.

circumvallatio (-cio), -onis *f. inclusio, obsessio – Einschließung, Blockade:* ALBERT. AQUENS. hist. 11,41 propter illorum *(Turcorum)* miram . . . per agros discursionem et -em. PAUL. BERNR. Greg. 109 castelli. HEINR. TREV. gest. 17 p. 424,4 de . . . -cione monasterii.

circumvallo, -avi, -atum, -are.

I *proprie:* **A** *strictius:* **1** *in circuitu tutum reddere – ringsum sichern, schützen:* CHRON. Ebersh. 23 amnem . . . derivari fecit et totum monasterium aquam deducendo -it *(sic?). refl. i. q. vallo se circumdare – sich mit einem Schutzwall umgeben:* CHART. archiep. Magd. 300 p.375,20 (a.1159) nisi ad . . . securitatem semetipsos -are . . . eis precipiatur. **2** *circumsaepire – ringsum einhegen:* ANNAL. Geng. a.1075 (MGScript. V p.390,7; a.1100) agrum. **B** *latius:* **1** *circumcludere – ringsum einschließen:* BEDA hist. eccl. 4,28 p.271,22 -ante aggere. HEITO Wett. 2 in tanto . . . horrore et . . . terrore -tus frater. CHART. Bern. II 129 (a.1234) quod *(pratum)* . . . monasterii bonis adiacet et quasi -atur. **2** *cingere – umzingeln, umringen:* THIETM. chron. 1,4 hostili -tus agmine. HIST. de exp. Frid. imp. p.57,6 plus quam trecentis equitibus -ti. *obsidere – belagern:* VITA Boniti 23 (MGMer. VI p.131, 10) urbem exercitu -ari contendunt. **3** *circumstipare – umdrängen:* VITA Liutg. I 27 p.72,6 quem *(collem)* -verant. ANNAL. Rod. a.1122 p.703,33 feretrum. **4** *circumstare – herumstehen:* HROTSV. prim. 536 coetu . . . -ante sororum. **5** *circumlustrare – ringsum durchwandern:* WILLIB. Bonif. 4 p.17,3 multis illarum -tis . . . terrarum partibus. **6** *circumvolitare – umschwärmen:* ALDH. virg. I 4 p.231,19 apis . . . genestarum cacumina -antes (WILLIB. Bonif. 5 p.22,20 a. . . . herbarum copiam . . . -at [-volat 4]).

II *translate:* **A** *protegere – schützen:* DIPL. Conr. II. 132 eandem *(silvam)* . . . banni nostri districtu -vimus (DIPL. Heinr. III. 24 saltum). **B** *comprehendere – um-, erfassen:* VITA Norb. I 9 p.680,6 horror nimius et ventus turbinis -vit eum. **C** *premere – bedrohen:* CHRON. reg. cont. II a.1202 p.172,4 cernens se totius honoris . . . -tum dispendio. **D** *mus. i. q. discernere – unterscheiden:* AUREL. REOM. mus. 19 p. 55^{a},18 nisi *toni* . . . perspicaciore antea -entur oculo *eqs.*

adi. **1. circumvallans,** -antis. *in circuitu habitans – ringsum ansässig:* WILLIB. Bonif. 8 p.43,2 ob . . . -ium barbarum gentium seditionem.

2. circumvallatus, -a, -um. **1** *circumdatus – rings umgeben (usu praed.: v. supra l.39.41):* ALDH. ad Acirc. 3 p. 72,5 dum . . . mundi factura septenis caelorum orbibus . . . -a cingitur. **2** *tutus – geschützt:* LAUDES Veron. 19,2 (MG Poet. I p.121; a.781/810) es -a custodibus sanctissimis. TRAD. Teg. 186 sub vinculo anathematis a domno apostolico -os nos insinuamus.

circumvector, -ari. *huc illuc vehi – umherreiten:* VITA Norb. II 54$^{in.}$ voluit . . ., ut asellis -rentur.

***circumvehibilis,** -e. *in circuitu mobilis – auf einer Kreisbahn beweglich:* ALBERT. M. metaph. 11,2,27 p.517, 47sq. (ed. B. Geyer. 1964) quod unum -e (*p.1074^{a},28* φορά) astrum . . . sit causa alterius -is. *subst. neutr.:* ALBERT. M. metaph. 11,2,27 p.517,43 (ed. B. Geyer. 1964) nec potest dici, quod sit alicuius -is illud movens nisi astrorum.

circumveho, -vexi, -vexum, -ere. **1** *circumducere – herumführen:* WOLFHER. Godeh. II 4 *puerum* secum per diversa . . . itinera . . . -xit. **2** *in circuitu movere – auf einer Kreisbahn bewegen:* ALBERT. M. metaph. 11,2,27 p.517,41 (ed. B. Geyer. 1964) omnis ferentia sive circulatio est alicuius, quod -itur. p.517,55 omnis circulatio eorum, quae -untur (*p. 1074^{a},26* φερομένου).

subst. **circumvexum,** -i *n. quod in circuitu movetur – das auf einer Kreisbahn Bewegte:* ALBERT. M. metaph. 11,2, 27 p.517,37 (ed. B. Geyer. 1964) quod omne . . . movens . . . est movens non propter se, sed gratia -i (*cf. p.1074^{a},25* φερομένου).

***circumvelamen,** -inis *n. exstinctio cooperiendo effecta – Tilgung (durch Zudecken):* ALBERT. M. cael. hier. 15,11 p. 439^{b},10 -e (*PG 3,336^{D}* περικαλύψει), id est deletione, assimilativum intellectualium vestigiorum; dicitur . . . de leone, quod cauda delet vestigia (*sim.* summ. creat. I 4,61,6 p.658^{b}, 46).

circumvelo, -atum, -are. *in circuitu operire – ringsum verhüllen:* HONOR. AUGUST. spec. p.888^{A} cyconia . . . plumis nudata a pullis alis -atur. ALBERT. M. eccl. hier. 4,2 p.639^{a},10 -tum (*PG 3,473^{A}* περικεκαλυμμένον), scilicet chrisma, pennis. summ. theol. I 7,32,2,2 p.347^{a},6 divinum radium . . . sacris velaminibus -tum. *al. v. et p.624,25.*

adv. ***circumvelate.** *circuitione quadam – indirekt:* ALBERT. M. summ. theol. II 10,39,1,1,1 p.431^{b},31 omnes beati angeli -e vident. *Rudolph*

***circumvenientia** (-con-), -ae *f. deceptio – Täuschung:* ROD. GLAB. hist. 2,12 p.38,32 mendatiorum circon-ę, fraudes.

circumvenio, -veni, -ventum, -ire. *script.* -cun-: ADAM gest. 3,8 p.149,5 *cod. A1.*

I *proprie:* **A** *circumdare, cingere, opprimere – umzingeln, einschließen, überfallen:* **1** *in univ.:* POETA Saxo 1,292 populus Saxonicus . . . a tergo -tus fuit atque fugatus. THIETM. chron. 7,57 milites . . . catervam dolo -entes. HIST. de exp. Frid. imp. p.56,5 repente Grecorum insidiis nostri -untur. *al. in ludo abaci:* Ps. ODO CLUN. rhythmimach. p.287^{a} quinarius, septenarius ab hostibus -ti . . . captivantur. **2** *c. colore quodam i. q. praevenire – überraschen:* BERTH. (?) annal. a.1073 p.275,50 subita tempestate -ti. **B** *medial. i. q. in circuitu porrigi – sich im Umkreis erstrecken:* RAHEW. gest. 3,37 ambitus eius *(sc. Mediolani)* supra centena stadia (stadiis *Oros.*) -itur.

II *translate:* **A** *in malam partem:* **1** *fallere, decipere, fraudare – täuschen, betrügen, hintergehen (cf.* GLOSS. I 109, 29 St.-S. -it pisuihhit. *saepe):* **a** *in univ.:* DIPL. Otton. III. 222 p.635,20 cives nefanda deceptionis fraude nos -endo decipientes. HUMB. Sim. 2,17 p.158,42sq. unus *(sc. negotiator)* eorum . . . -it et -itur. CHART. Westph. V 202 fedus, quod Iosue cum Gabaonitis inivit -tus. *al. refl.:* HRABAN. hom. I 16 p.34^{B} nemo se -at. 66 p.126^{B}. **b** *c. colore quodam:* **α** *in fraudem pellicere – in eine Falle locken:* ALDH. virg. I 57 cum . . . principem . . . -ire moliretur *Iudith.* **β** *prodere, deserere – verraten, im Stich lassen:* NOTKER. BALB. gest. 2,12 p.71,12 Karolus a propriis est . . . cassa fraude -tus. WIDUK. gest. 2,39 rex a ducibus suis -tus. **γ** *fraude vitare – umgehen:* ACTA imp. Winkelm. I 33 p.27,7 (a.1209) preceptalem . . . paginam . . . -ire. **2** *persuadere, inducere – über-, bereden, verleiten:* **a** *in univ.:* CONC. Karol. 37,6 fideles ad res suas dandas non sunt cogendi neque -endi. CHRON. Erf. mod. I a.1147 p.176,11 sermonibus territi et -ti . . . Iherosolimam . . . proficiscuntur. CHRON. reg. cont. III a.1209 p.229,37 -ta a papa . . . marchiam . . . tradidit. **b** *c. colore quodam i. q. devincire – umgarnen:* HROTSV. Bas. 113 quis blanditiis -it *te* simulatis? *al.* **3** *urgere, molestia afficere – (be)drängen, belästigen:* **a** *in univ.:* WIDUK. gest. 1,33 ei *(regi)* ab inimicis -to iocundius . . . esse. THIETM. chron. 2,33 quamvis multa senectutem suam -rent incommoda *(cf. Hor. ars 169).* DIPL. Loth. III. 60 ęc-

[Schmidt]

clesiam . . . malo ingenio -ire. CHART. Oelsn. 69 non circumductus nec ab aliquo -tus . . . villam . . . contuli. *al.* **b** *c. colore quodam i. q. in discrimen vitae adducere – in Lebensgefahr bringen:* AESCULAPIUS 19 p. 24,9 empyicos spissum habentes pulsum . . . -it passio. **B** *in bonam partem i. q. convincere – überzeugen:* DIPL. Heinr. III. 61 episcopus . . . nostro . . . prudenti -tus consilio.

***circumventilatio,** -onis *f.* *excursio, vagatio – Ausflug, Herumtreiberei:* GESTA Trud. cont. I 8,10 p. 276,25 dies rogationum . . . erant . . . quasi . . . mollium iuvenum lascivae -es.

circumventio (-cio), -onis *f.* *script.* -con-: CHART. Helv. arb. 134 p. 207,35.

I *proprie:* **A** *inclusio – Einschließung:* HIST. Walc. 66 quatinus . . . ab . . . insolenti -e erueretur *abbas.* 71 in mortis angustia positus armorum -e. **B** *vagatio – Herumreiserei:* DESID. CAD. epist. 2,8 quia non, ut multi giroaci, -ciones pretendit *presbyter.*

II *translate:* **A** *fallacia, deceptio – Täuschung, Betrug (cf.* GLOSS. I 202,13 St.-S. -es pisuihhida. *al.):* **1** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 8 p. 43,26 ut . . . aversa animarum -e cognitio christianitatis innotesceret. HUMB. Sim. 2,17 p. 158,42 est . . . eis *(negotiatoribus)* . . . communis -o fratris *eqs. (cf. Vulg. I Thess. 4,6).* CHART. march. Misn. II 412 -e . . . eam *(traditionem)* infringere vel cassare. *al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *ars belli – Kriegslist:* ANNAL. Rup. Salisb. II a. 1248 cives per -em insultum . . . facientes. *al.* **b** *consilium callidum – Intrige:* CHART. Hamb. 26 p. 36,10 (a. 906/08) de . . . episcoporum iniqua -e. **c** *ausus fallendi – Täuschungsversuch:* CHART. Raitenh. 57 p. 53,2 (a. 1203) decimationes in usus fratrum . . . sine omni dolo et -e . . . transeant. **B** *sollicitatio – Verführung:* LEX Sal. Karol. 41,2 si quis servum . . . per -em (conventionem *K 18*) de servitio domini sui abstraxerit. CHART. Argent. I 230 p. 180,1 (a. 1232) illaqueare . . . fideles . . . suis -bus cupientes *haeretici.* **C** *vexatio – Bedrängung:* **1** *in univ.:* HELM. chron. 72 p. 138,19 defendit se dux de -e principum, qui insidiabantur animae eius (107 p. 210,6. p. 210,19 clerum . . . defensavit a -e p.). **2** *c. colore quodam i. q. vis – Gewalttat:* CHART. Livon. A I 452 p. 566,36 (a. 1277) iniuriis et -bus in rebus et corporibus . . . afficere.

circumventor, -oris *m.* *corruptor – Verfälscher:* ARNOLD. LUB. chron. 5,28 p. 208,6 -es veritatis.

circumversio, -onis *f.* *log. i. q. conversio – Umkehrung:* LIBRI Karol. 4,23 p. 220,3 non . . . hęc -o rationabiliter stare potest. p. 220,23. HETTI (?) interr. p. 92,32 non . . . duplicem relationis -em *cum nomine Patris* in nomine sancti spiritus inveniri potest.

circumverso, -are. *in circuitu iactare – herumschleudern (in imag.):* AMARC. serm. orat. 33 p. 214 (ed. K. Manitius. 1969) non me Stigiam -are Caripdim permittas *(sc. Deus).*

***circumvertibilis,** -e. *in circuitu mobilis – im Kreis herum verstellbar:* HERM. AUGIENS. util. astrolab. 2,1 p. 405^{A} horologicum instrumentum, quod . . . -em habet sciotherum.

circumverto, -ere. **1** *gener. i. q. circumagere, circummovere – (herum)drehen, -bewegen:* THEOPH. sched. 3,60$^{in.}$ lignum, cum quo possit -i *ferrum tornatile.* 3,84$^{in.}$ HILDEG. vit. mer. 4,53 p. 174,4 ut faber . . ., qui folle ignem examinat et qui eum undique -it. **2** *log. i. q. convertere – umkehren:* LIBRI Karol. 4,23 p. 220,13 -i . . . nequaquam possunt . . .: 'si dies est, lucet' *eqs. ibid. al.*

circumvestio, -itum, -ire. *in omnibus partibus amicire – ringsum bekleiden:* **1** *strictius:* HIST. Torn. app. I 10 filius regis purpura et auro -itur. **2** *latius i. q. cingere – umschließen:* GESTA Ern. duc. I p. 17,35 castrum . . . -tum muro. ALBERT. M. veget. 2,52 ligneae tunicae *plantarum* artatae per alias sese -entes.

***circumvicinus,** -a, -um. **1** *de rebus i. q. in circuitu situs – im Umkreis liegend:* DIPL. Otton. II. 238 p. 267,14 -is opidis. CHRON. Ved. p. 688,12 -a castra vastat. CHART. Rhen. med. I 368 p. 426,11 de possessionibus -is. *al.* **2** *de hominibus i. q. in circuitu habitans – im Umkreis ansässig:* ADAM gest. 1,50 p. 51,1 -i quinque episcopi. GESTA Tull. 37 a . . . -is huius sedis adversariis. *subst. masc. plur. i. qui in circuitu habitant – Umwohner:* FUND. Werth. app. p. 168,18 locus . . . a -is . . . nomen accepit. CHART. episc. Hild. I 296 p. 281,34 collaudantibus . . . -is, quorum antea communis fuit *silva. al.*

***circumvio,** -are. *circumire – umherziehen:* CHRON. Pol. 3,15 cum . . . huc illucque circa fluvium -ret (circumaret [circuuiaret *ut vid.*] *H*).

circumundique *adv.* *ex omnibus circumcirca partibus – von überall ringsum her:* VITA Serv. 13 p. 58,2 illo talibus occupato atque aliis -e (undique *H*) strepitu vario.

circumungo, -ere. *undique illinere – rundherum aufschmieren:* THEOPH. sched. 3,88 -e resinam.

***circumvociferantes,** -ium *m.* *qui in circuitu clamant – die ringsumher Schreienden:* ALBERT. AQUENS. hist. 9,52 p. 625^{a} -ium strepitu.

***circumvolatio,** -onis *f.* **1** *proprie i. q. actio in circuitu volitandi – das (Um-)Kreisen, Umflug:* FRID. II. IMP. art. ven. 6 capit. p. 195,10 de -e fienda super caput falconarii. *in imag. c. sensu insidiandi:* ALBERT. M. summ. theol. II 7,28,1 p. 305^{a},35 dicitur tentatio . . . insidiatio et -o *diaboli.* **2** *meton. i. q. ambitus volationis circularis – Kreisflugbahn:* FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 206,24 gira sue *(sc. falconis)* -is. *ibid. al.*

***circumvolatus,** -us *m.* **1** *proprie i. q. actio in circuitu volitandi – das (Um-)Kreisen, Umflug:* FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 207,7 quod non poterit *falco* aves capere de suo uno -u. p. 224,27 propter tedium, quod habebit de -u. **2** *meton. i. q. ambitus volationis circularis – Kreisflugbahn:* FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 247,12 quod falco ascendisset ad consuetam altitudinem sui -us. *ibid. al.*

circumvolito, -avi, -are. **1** *trans. i. q. volando circumire – umfliegen, -schweben, -flattern:* **a** *proprie:* CARM. de Karolo et Leone 140 amnem -at genus omne volucrum. MIRAC. Bert. 44 p. 517,23 tres columbe . . . campanarium . . . videntur ter -are. *al.* *de angelis:* SYLL. Sangall. 23,29 sancti feretrum -ando. *circumstrepere – umschwirren:* EGBASIS capt. 232 bruchi . . . me -bant. **b** *per compar. c. sensu visitandi:* WILH. CLUS. Bened. praef. p. 197^{b},14 ceu apes prudentissima -ando . . . monasteria. **2** *intrans. i. q. huc illuc circumferri – hin und her fahren:* REIN. LEOD. fulm. (MG Script. XX p. 612,40) aliquandiu -ans . . . pallium dumtaxat . . . scidit *fulmen.*

circumvolo, -avi, -are.

I *trans.:* **A** *proprie:* **1 a** *strictius i. q. volitando circumire – umfliegen, -schweben:* HIST. de exp. Frid. imp. p. 80,7 viderunt agmen . . . avium exercitum . . . -are. *de angelis:* TRANSL. Marci in Aug. 9 usque dum illi hunc locum -ant. *de panno:* VITA Norb. II add. 1,5 sericum . . . basilicam . . . -ans. **b** *latius i. q. volitando pervagari – umherfliegend durchstreifen:* WILLIB. Bonif. 5 p. 22,18 ad instar . . . apis, quae . . . camporum -at arva *eqs. v. et p. 635,50.* **2** *rotare – herumschwingen:* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 60,22 debet -are (-volvere *BNPV*) loyrum *falconarius.* **B** *translate:* **1** *de hominibus:* **a** *circumsilire – umspringen:* MANEG. ad Gebeh. 15 p. 338,18 *(per compar.)* sanctimoniales . . . incestuoso hinnitu more emissariorum -are. **b** *ordine celeriter visitare – der Reihe nach eilend besuchen:* BRUNO QUERF. Adalb. A 19 horum *(sanctorum)* sacra domicilia . . . Adalbertus pede -at. **c** *vagando circumire – herumstreichen (um):* IOCUND. Serv. 68 (MGScript. XII p. 120,12; c. s. XIII.) -vit civium edes *freneticus.* **2** *de mari i. q. circumluere – umspülen:* WILH. APUL. gest. 1,541 hunc *(pontem)* utrimque maris -at unda.

II *intrans.:* **A** *proprie:* **1** *strictius i. q. volitando circumferri – im Kreis herum fliegen, kreisen:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 116,10 alie *(aves)* . . . in girum -ando ascendunt. 6 p. 208,3sq. quod falco non -et ime et quod duret in -ando. *ibid. saepe.* *de luna i. q. ambire – umlaufen:* BEDA temp. rat. 18,33 illa parte caeli -at luna. **2** *latius i. q. iuxta volare – danebenher fliegen:* BEDA hist. eccl. 3,19 p. 166,8 duos *(angelos)* ab utroque latere -antes. **B** *translate:* **1** *de hominibus i. q. oculos circumferre – rings umherblicken:* TUTO

[Schmidt]

opusc. 1,17 p.48,15 libero aspectu ad praeoccupandam venientis praesentiam -at. **2** *de rebus i. q. celeriter discurrere – sich schnell verbreiten:* TRANSL. Libor. 16 tantorum signorum late -ans fama.

adi. **circumvolans,** -antis. *circumdans – umgebend:* RUP. TUIT. spir. 3,27 p.1668C per -em nos misericordiam.

circumvolvo, -volvi, -volutum, -ere.

I *de actione circumagendi:* **A** *proprie:* **1** *trans. i. q. torquere, versare – (herum)drehen:* **a** *strictius:* TRANSL. Adelph. 12 (MGScript. XV p.296,17; s. IX.med.) alabrum. WILH. HIRS. const. 1,15 p.947A manum utramque . . . coniunge et . . . -e. THEOPH. sched. 3,80med. -at unus ferrum curvum. ALBERT. M. animal. 22,145 *ursi* -unt rotas. *al.* **b** *latius:* **α** *(agitando) in orbem movere – (beim Umrühren) im Kreise bewegen:* HERACLIUS I 14,6 -atur arundo. *expressius i. q. agitare – umrühren:* HERACLIUS II 3 p.51,18 -e manibus tuis illud *(plumbum liquefactum).* **β** *in circuitu iactare – im Kreis herum schleudern:* AGIUS vita Hath. 11 *(in somnio)* se . . . cum rota, quam fluvius . . . circumegerat, -i (*sim.* LAMB. LEOD. Matth. IV 23). **2** *intrans. vel refl. i. q. volutari – sich (herum)wälzen:* RHYTHM. 38,8,3 huc illucque -entes (-vov- *var. l.*) efflabant passim animas. NIVARD. Ysengr. 3,269 rector *(sc. leo)* . . . se -it *(sc. in alterum latus).* **B** *translate:* **1** *ex omnibus partibus reputare – allseitig überdenken:* CHART. Turg. III 397 p.158,12 (a. 1258) -tis omnibus circumstanciis ecclesie nostre. **2** *mus. i. q. circumflectere, cantando sursum et deorsum movere – beim Singen auf- und absteigen lassen:* AUREL. REOM. mus. 16 p. 51b,32 quae *(varietas)* finem . . . versiculi pernimium -it. 19 p.57b,32 syllaba 'le' terna -itur iteratione (p.59a,40 vigesima secunda . . . s. . . . ideo non incurvatur per anfractus inflexionum, quia . . . ab altera subsequitur s., quae -itur *eqs.*). *ibid. al.* **3** *natur. usu medial. i. q. commutari – sich umwandeln:* ALBERT. M. animal. 7,167 interius humidum -itur . . . et concrescit in testam.

II *de actione circumligandi:* **A** *circumplicare – herumwickeln, -schlingen:* ARBEO Emm. 39 -to pallio, ut mos nuptiarum conpellit. WANDALB. Goar. 2,28 p.370,25 extrema funis dorso et ventri -ta. *medial. vel refl. i. q. se circumplicare – sich umschlingen, sich herumranken:* ALBERT. M. animal. 8,123 'inveniuntur *celethi* -ti' quasi colligati 'ad invicem'. veget. 6,322 quae *(volubilis)* -it se plantis iuxta se positis. **B** *obvolvere, involvere – umwickeln, einwickeln, -hüllen:* **1** *gener.:* THEOPH. sched. 3,82med. -es panno totum lignum. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.60,30 stercus . . . -tum viscositate quadam pannosa. ALBERT. M. animal. 8,135 captam *muscam* intexit *aranea* filo . . . -endo eam. **2** *techn. i. q. circumducere – umziehen:* THEOPH. sched. 2,27 -ens illud *(vitrum pictum)* plumbo.

adi. **circumvolutus,** -a, -um. *mus. i. q. circumflexus – auf- und absteigend:* REMIG. ALTISS. mus. p.76a,33 'peripheres', -a, rotunda *modulatio est eqs.*

***circumvolutio,** -onis *f.* **1** *proprie i. q. circumactus, versatio – (Um-)Drehung, Drehbewegung:* **a** *de rebus:* BOVO CORB. Boeth. 19 coeli ac siderum mirabilem . . . in diversa -em . . . Dei . . . fieri virtute. HILDEG. div. op. 1,2,32 p.779C fortitudine -is firmamenti. FRID. II. IMP. art. ven. 6 p.210,26 debet loyrum . . . post . . . tres -es iactari. ALBERT. M. cael. 2,3,8 p.187b,6 ex -e terrae. caus. univ. 2,5,19 p.612b, 32 turbo . . . ventus est . . . aerem motu -is circumferens. *ambitus – Umlauf:* HILDEG. scivias 3,12 p.730A inquietudinem -is suae *(solis et lunae). v. et l. 56.p.602,9.* **b** *de bestiis:* ALBERT. M. animal. 12,138 talia *(animalia)* indigent multa -e. SALIMB. chron. p.635,14 percussit *lapide* super caput equi . . ., ita ut equus fere caderet cum -e horribili. **2** *translate:* **a** *perpetua reditio – ständige Wiederkehr:* HILDEG. vit. mer. 5,45 p.200,19 quae *(sollicitudo saeculi)* . . . fructum inquinationis . . . in -e nequissimarum curarum profert. **b** *mus. i. q. circumflexio (modulationis) – das Auf- und Absteigen (der Melodie):* AUREL. REOM. mus. 19 p.57b,39 post primam -em. p.59b,8 octava decima syllaba . . . -em ac circumflexionem recipit *eqs.*

circumustus, -a, -um. *ambustus – ringsum gebrannt:* RADBOD. carm. 4,37 quo *(igne dilectionis Christi)* velud ambusti (gloss.: -i) testę nil flexilis instar duruerant hostes.

circun- *v.* circum-. *Schmidt*

circus, -i *m.* (κιρκός) *acc. sg.* ciram (cyram, quiram *var. l.*): CHRON. Fred. 2,20.

I *gener. i. q. orbis, gyrus – Kreis:* **A** *strictius:* **1** *de linea circinationis:* CARM. satyr. 14 (ZDtPhil. 4. 1873. p.145; s. X.) -i formans hinc inde rotundi centro productum tendit conducere motum. **2** *de orbe caelesti:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,211 -us tenet Arctophilaca secundus *eqs.* **3** *de motu circulari:* RHYTHM. 76,7,3 gloriam . . . girans in -o *pavo.* **B** *latius:* **1** *de rebus circuli formam exhibentibus (cf.* GLOSS. III 296,50 St.-S. -us vel circulus vel ciclus i. rinc. *al.)*: **a** *diadema, corona – Kronreif:* ODO Ern. duc. 5 p. 345A rex . . . portans in vertice -um. **b** *ligamen doliarium – Faßreifen:* REGISTR. Frising. 8 p.16,26 conparare picem et -os. **c** *de margine tholi i. q. rota – (herumlaufendes) Gesims, Scheibe:* MIRAC. Bert. 3 p.510,48 unus artificum . . . stans super eodem -o. **d** *orbis (terrarum) – (Erden-) Rund:* IOCALIS 200 in mundi -o. **2** *coetus, consessus – Runde, Reigen:* CARM. Cantabr. 26,9 hoc viret in -o Merehilt. ADAM gest. 2,35 p.96,10 cum staret in medio populi -o (2,61 p.121,12). HUGO FLAV. chron. 2 p.488,12 in -o *(concilii)* residere. **3** *circuitus, periodus – Kreislauf, Wiederkehr:* DUNGAL. epist. 1 p.578,2 ut . . . vitam in multos extendat annorum -os *Deus.* SALOM. III. carm. 2,117 annuus ut . . . diem -us revocabit eundem.

II *spec. i. q. amphitheatrum, arena – Circus, Arena (plerumque de loco certaminis vel spectaculorum; de loco conventus: l.34sq.):* **A** *proprie* (*cf.* GLOSS. II 397,50 St.-S. -um spilehus): ALDH. virg. I 36 p.283,19 spectante -i caterva. PAUL. DIAC. Lang. 4,30 levatus est Adaloaldus rex . . . apud Mediolanum in -o. RATHER. coni. 14 p.542A in -um, quod arena dicitur, . . . urbis *Veronae.* EGBERT. fec. rat. 1,848 -us (*syn.* palestra) adhuc olet, is sua quo vestigia flexit. THEOD. TRUD. Bav. 7 -i frequentiam declinare. RAHEW. Theoph. 151 in -um veteresque ruinas. **B** *meton. de spectatoribus:* GESTA Bereng. prol. 29 haud moveor plausu populi vel munere -i (gloss.: amphitheatri).

cireo *v.* careum. **cirex** *v.* cicer *p.569,49.*

***cirialis** *v.* 2. *cerealis. **ciricium** *v.* ceryceum.

cirinus *v.* cerinus.

*?***ciris** *subst.* (*orig. inc., ni confunditur c.* cerrus) *larix – Lärche:* GLOSS. III 467,47 St.-S. *(inter arbores)* -is et laris leracha.

cirium *v.* citrum. **ciro** *v.* gyro. **cirodes** *v.* choeras.

cirographum *v.* chirographum.

cirogrillus *v.* choerogryllus.

cironia *v.* cydonius. **cironius, -um** *v.* chironius.

cirosis *v.* scirrhosis. ***cirospelethos** *v.* *choero-.

***cirostringa** *v.* *chirostringa. **cirotarium** *v.* cerotarium.

***cirot(h)eca** *sim. v.* *chiroth-.

cirotum *v.* cerotum. **cirpus** *sim. v.* sci-.

cirratus (cyr-), -a, -um. *comatus – mit langem Haar* (*cf.* GLOSS. III 384,35 St.-S. cy-us slechtherich): CHRON. Magni cont. a.1279 cy-us incessit quasi laicus.

cirrenum *v.* cis.

***cirrosus,** -a, -um. *crispus – lockig:* HUGBALD. carm. 2,6 -i crines confundere colli.

***cirroteca** *v.* *chirotheca.

1. cirrus (cy-), -i *m.* **1** *cincinnus, caesaries (crispa) – Locke, (gelocktes) Haar (cf.* GLOSS. II 592,48 St.-S. -os fas vel cibuloc. III 52,15 -us crul. 689,54 -is lochun. *al.)*: ALDH. carm. eccl. 4,7,15 -os capitis ferrata forfice dempsit. virg. II 2177 pulchra comis -isque decens . . . virgo. GESTA Apoll. 257 signavit rapto mortem Proserpina -o. AMARC. serm. 1,233 cursare per atria dicunt cyrris truncatis masclorum more puellas. *al. in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,131 tercia *famula Dialecticae* . . . dans operam sane cyrros crispare secundae. **2** *corona (crinium) – (Haar-)Krone (spectat ad Prud.psych.184):* GLOSS. II 546,5 St.-S. -os stragun vel cranza.

[Payr]

2. cirrus (-os), -a, -um. (κιρρός) *flavus – gelb:* PAUL. AEGIN. cur. 99 p.62,2 colliriorum . . . aliquid . . ., quale est . . . chiacon et -os (*3,22,21* κιρρός) cignos. 254 p.203,4 vinum . . . -um et nigrum.

cirsion *v.* crision.

cirsocele (cer-, -ll-, -li) *subst.* (κιρσοκήλη) *nom. pl.* -ae: *l.10.*

varix vel hernia varicosa – Krampfader(bruch): ARS med. 7 p.426,26 cersocelli dicitur venarum inflatio. p.427,15 cersocellae (cersello *G*) dicuntur venarum extollentia, quae testes nutriunt. *Payr*

cirsterna *v.* cisterna. ***cirta** *v.* *cyrta.

cirtus *v.* certus. **cirubsa** *v.* cerussa.

cirvinus *v.* cervinus. **cirvisia** *v.* cervisia.

cirupsa *v.* cerussa. **cirurgia** *sim. v.* chir-.

cirusa *v.* cerussa.

cis *praep. (?adv.: l.20) script.:* cys: *l.20.* scis: *l.24. assim.* cir-: *l.26. struct.: fere c. acc.; c. gen.: l.27; abl.: l.22.*

1 *citra – diesseits (cf.* GLOSS. I 74,4 St.-S. cys [cis *c*] vel citra in aina halp, upiror. 75,4 cis hinont, citra enont. *al. v. et p.650,41):* **a** *de situ:* NITH. hist. 4,3 p.44,6 fisca cis Alpibus consistentia. TRAD. Frising. 899 cis Cuminos montes. CONSTANT. METT. Adalb. 18 cis (scis *3*) citraque Mosam. THIETM. chron. 2,34 cis Renum (ROD. GLAB. hist. 3,38 Gocilo, dux totius primae Retiae regionis cirrenum. CHRON. Reinh. a.1034 p.518,27 in cis Reni partibus). RAHEW. gest. 3,15 p.183,29 cis Alpes. *al.* **b** *de motu i. q. citro – (her)über:* ANNAL. Lauresh. a.756 cis mare venit organus in Francia. FUND. Brunw. 4 p.127,24 *Otto I.* veniens . . . cis Renum in Germaniam. **2** *ante, prope – vor, (nahe) bei:* BERTH. (?) annal. a.1079 p.324,7 cis sanctum Dionisium. CHART. Naumb. 279 p.263,14 cis agros. CHART. ord. Teut. (Thur.) 300 partes . . . mansi siti cis villam Germar. **3** *ultra – jenseits (cf.* GLOSS. III 271,51 St.-S. cis Renum ennent Rines; *v. et D. Schäfer, AbhBerl. 1921. p.379sq.):* CHRON. Merseb. 4 p.175,7 ut parochiam citra Muldam Merseburgensis *episcopus* obtineret, quae vero cis (ultra *4*) esset, Misnensis haberet *(per confusionem ut vid.).* GESTA Magd. 6 p.379,41 se *(sc. Ottonem I.)* multas Slavorum nationes cis (ultra ANNAL. Magd. a.969 p.141,28) flumen Albie . . . convertisse.

compos. c. nom. propr.: -alpestris: *l.47sq.* -alpinus: *l.55sqq.* -rhenanus: ALBERT. METT. div. temp. 2,1. -rhenensis: ANNAL. Mosom. a.1120 (MGScript. III p.162,25). -romanus: HERM. AUGIENS. chron. a.1026. *Heßler*

***cisalia** *v.* *cesalia.

***Cisalpestris,** -e. *cis Alpes situs – diesseits der Alpen gelegen:* METELL. Quir. 62,78 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) oris.

***cisalpino,** -avi, -are. *Alpes (versus septemtriones) transcendere – die Alpen (nach Norden zu) überschreiten:* GESTA Ern. duc. I p.36,42 Italia digressus cum -asset. CHRON. reg. cont. I a.1187 p.138,25 filius imperatoris rebus in Italia compositis -at. GESTA Vird. cont. II 4 p.518,24 ex quo -vi *(sc. papa).*

Cisalpinus (Cys-), -a, -um. *qui cis Alpes est – diesseits der Alpen befindlich (plerumque e conspectu auctoris; antiquitatis: l.69sq.):* **1** *adi.:* **a** *spectat ad partes ad septemtriones sitas:* CAPIT. reg. Franc. 297,15 p.439,1 totius -ae ecclesiae. NOTKER. BALB. gest. 1,10 p.13,8 Franciam . . . interdum cum nominavero, omnes -as provincias significo. DIPL. Otton. II. 24 p.34,35 actum in sancti Galli cenobio -o. WOLFHER. Godeh. I 22 p.183,22 sinodus . . . omnium et Romanorum et -orum praesulum. ORTL. chron. 1,11 p.56,1 -ae monasteriorum ariditati. *saepe. Teutonicus – deutsch:* THANGM. (?) transl. Epiph. 1 invitatur Romam Otto maior, -us . . . rex. OTTO SANBLAS. chron. 46 p.73,25 regnum. *al.* **b** *spectat ad partes ad meridiem sitas i. q. Italicus – italienisch:* ANNAL. Hild. a.1036 p.41,4 Herimannus, . . . regius capellanus et -us cancellarius. a.1037 p.41,25 imperator . . . in Salerno opido . . . conventum . . . cum -is nostrisque primoribus habuit. **2** *subst.:* **a** *masc. plur.: Teutones – die Deutschen:* ANNAL. Altah. a.1064 p.65,36 -is et Italicis . . . incidentibus: *'eqs.' de Francis ut vid.:* NOTKER. BALB. gest. 1,32 quidam diaconus iuxta consuetudinem -orum contra naturam pugnare solitus *(cf. notam ed.).* **b** *neutr. plur.: loca cis Alpes sita – das Gebiet diesseits der Alpen (de partibus ad septemtriones sitis):* CHRON. Fred. 3,9 Burgundionis . . . sedentes in Cy-is. METELL. peripar. 10,32 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) comites in -a potentes. OTTO FRISING. chron. 6,24 p.287,27 *imperator* natale Domini Papiae agens ad -a revertitur. OTTO SANBLAS. chron. 16 p.19,21 *tres magos* pontifex ad -a transferens Coloniensi ecclesie intulit *eqs. al.*

cisco *v.* scisco.

ciseris (ki-, -ss-), -eos *f.* (χίσηρις) *pumex – Bimsstein:* PAUL. AEGIN. cur. 7 p.3,25 k-eos (*3,1,7* κισήρεως), testarum ciricon . . . ana mnan I. p.4,3 k-eos conbuste. 32 kissereos.

cisindulum *v.* cicindela.

cisio *subst. pro* circumcisio *in versu memoriali:* HUGO TRIMB. laur. 10 C-o Ianus Epi.

***cismarinus,** -a, -um. *in tmesi: l.50.*

qui cis mare est – diesseits des Meeres (befindlich): **1** *adi.:* **a** *spectat ad oceanum septemtrionalem:* ANNAL. Einh. a.786 p.73,4 exercitum in Brittanniam -am *('Bretagne')* mittere *(cf.* SIGEB. GEMBL. chron. a.566 *Sanson et Maclorius* de transmarina Britannia ad -am transierant Britanniam. *al.).* ADAM gest. 2,3 p.64,1 Dania -a, quam Iudland incolae appellant. VITA Virg. Salisb. II 13 p.92^{b},31 omnes -as nationes. ACTA imp. Winkelm. I 563 p.452,41 quas *(possessiones)* quidam nobiles -i in Anglia tenuerunt. *al.* **b** *spectat ad mare mediterraneum:* NOTKER. BALB. gest. 1,16 p.19,25 inde *(sc. ex Iudaea)* ad -as provintias multa preciosa . . . afferre. CHART. march. Misn. II 568 durante ipsorum *(militum)* -o servicio. CHART. ord. Teut. (Hass.) 7 p.5,36 habitum eorum, qui in -is partibus in Teutonica domo Deo . . . deserviunt (CHART. Samb. 58 p.28,23. *al.*). OTTO SANBLAS. chron. 13 p.14,21 omnibus -is regibus, utpote regi Ungarie, Anglie *eqs.* 39 p.59,14 multi de -is regionibus . . . ad auxilium transmarine ecclesie accenduntur. CHRON. Reinh. a.1198 p.558,39 -as Adriatici ripas. *al. de terra sancta:* HIST. de exp. Frid. imp. p.4,19 (epist.) Dominus . . . christianorum -orum causam cottidie deteriorem fieri permittit. CONST. II 122,4 p.166,1 (epist.) de . . . auxilio, quod a patriarcha Ierosolimitano . . . recipimus in partibus -is. **2** *subst.:* **a** *masc. plur.: christiani cis mare (mediterraneum) degentes – die Christen diesseits des (Mittel-)Meeres:* HIST. de exp. Frid. imp. p.2,9 quas *(epistulas)* transmarini -is de hoc lugubri casu scripserunt. **b** *neutr. plur.: loca cis mare (mediterraneum) sita – das Gebiet diesseits des (Mittel-)Meeres:* METELL. Quir. 16,37 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) -a deligunt. ANNAL. Mell. Scot. a.1229 (MGScript. IX p.624,44) *Fridericus imperator* sine vi cis- transquemarina subegit.

cismontanus, -a, -um. **1** *adi.:* **a** *qui cis Alpes est – diesseits der Alpen (befindlich):* RAHEW. gest. 4,3 p.235,3 de *principibus* -is Fridericus Coloniensis archiepiscopus *eqs.* (*opp.* de ultramontanis). CONST. II 200,4 de communi -orum Italicorum consilio (*cf.* ANNAL. Plac. a.1236 p.473,13 -orum et Ytalicorum). *fort. huc spectat:* WILH. CLUS. Bened. 18 p.206^{a},38 quidam -orum nobilium, dum cellas ultra montes . . . reviseret *(sed cf. l.60).* **b** *ultra Alpes situs – jenseits der Alpen gelegen:* CHRON. Clus. 15 (MGScript. XXX p.966,32; s. XI.^{2}) peregrini ex -is partibus advenisse principi nuntiantur. **2** *subst. masc. plur.: qui cis Alpes habitant – Bewohner des Gebietes diesseits der Alpen:* ROB. TOR. chron. a.1130 remansit . . . Anacletus in Urbe . . ., Innocentius vero ad -os transiit (*sim.* a.1162 p.512,26). SALIMB. chron. p.579,23 fratres Predicatores plures habuerunt magistros de ultramontanis quam de -is *eqs. ibid. al.*

cisoneum *v.* chironius.

***cispaticum** *v.* *caespitaticum.

***cisper** *subst. (orig. inc., ni cohaeret c.* Hiber, Hesper *sim.) de cane venatico fort. i. q. canis Hispanus – viell.: Spaniel:* GLOSS. III 49,31 St.-S. -r vogelhunt.

cispes *v.* caespes. *Payr*

***cissan** (chyrikeon) *inf.* (κισσᾶν) *desiderare cibos alienos – nach ausgefallenen Speisen verlangen:* ALBERT. M. animal. 9,42 impraegnatae . . . desiderant res diversas, quod desiderium quidam antiquorum Graecorum chyrikeon (*p. 584a,19* κισσᾶν) appellaverunt.

***cissinus** (-mus), -a, -um. (κίσσινος) *hederaceus – vom Efeu, Efeu-:* ANTIDOT. Sangall. p.99,3 oleum -mum, hoc est de bacis edere.

cission *n.* (κισσίον) *salvia – Salbei (Salvia pomifera L. vel sim.):* DYNAMID. Hippocr. 1,59 salvia . . . dicitur . . . -on.

cissor *v.* scissor. **cissura** *v.* scissura.

cissus (scyssy), -i *f.* (κισσός) *hedera – Efeu (Hedera helix L.):* DYNAMID. Hippocr. 2,59 -i, id est hederae; . . . -i melanae, hoc est hederae nigrae. BERNH. PROV. comm. 2,1 p. 279,19 scyssy, id est hedera, xilocissy, id est lignum hedere *eqs.*

1. cista, -ae *f. script.:* sci-: *l. 19. adde* CHART. civ. Hild. 287 p. 139,13.17. cys-: *l. 37.*

1 *strictius i. q. arca, capsa, scrinium – Kiste, Truhe, Schrein, Behälter (cf.* GLOSS. III 381,60 St.-S. sc-a kiste. *al.):* **a** *de receptaculo rerum variarum, supellectilium:* **α** *gener.:* UNIBOS 80,3 (ed. K. Langosch, Waltharius, Ruodlieb, Märchenepen. 1956. p.270; s. XI.) ad -am currit ligneam sumens salignam bucinam. OLBERT. Veron. 2 -a vulgo butica dicta . . ., annonae plena. ANSELM. LEOD. gest. 24 p. 202,17 -is . . . sese recondunt. HERBORD. Ott. 2,41 p.746,2 -as aut scrinia serata. CHART. Biel. 4,14 curva -a. CAES. HEIST. mirac. I 2,32 p.106,10 ut -am ex eis *(panibus)* impleas, claudesque illam. CHART. Hall. 224,27 -e plane. 224,28 -e superius gibbose. CHART. Col. (MittStadtarchKöln. 51. 1966. p.333,34) do -am meam ferratam. NICOL. BIBER. carm. 1726 (ed. Th. Fischer. 1870) *carpentarius* parat -as, ut multas servet aristas. *al.* **β** *spec. de receptaculo mercium (fere de teloneo):* TRAD. Udalr. August. 2 p.4,19 (a. 1031) -a cum vitris II den. CHART. Hans. 432 p.146,16 -am domini sui et suam. p.146,24 vas anulorum vitreorum vel -a IV den., -a Coloniensis obolum. 435 p.151,2 -am cum gladiis vel calibe IV den. CHART. Lub. I 269a p.248,18 de qualibet cysta pannorum XX solidi et VI denarii. *al.* **b** *de receptaculo rerum pretiosarum:* CATAL. thes. Germ. I 111,59 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; a. 1233) -a in capella. 45,88 ut *crux* . . . posset in -a sibi ad hoc deputata specialiter reservari. *al.* **c** *de receptaculo chartarum, pignorum:* CHRON. Mont. Ser. a. 1223 p.202,15 clavem -e, in qua continebatur privilegium. CHART. Rhen. inf. II 452 p. 248,27 pignora posita auctoritate iudicii pro emende satisfactione ex -a violenter accipi consensit. CHART. Rost. D 620 p.155 (ed. H. Thierfelder, Rostocker Stadtbuch. 1967) arbitrati sunt illud esse -e vadium *('Kistenpfand', cf. H. Planitz, Das deutsche Grundpfandrecht. 1936. p.161). al.* **d** *de receptaculo pecuniae i. q. fiscus – Kasse:* NIVARD. Ysengr. 5, 626 consilio solvam, quod dare -a nequit. CHART. archiep. Magd. 427 reliquum *(sc. collecti)* in communi -a reponatur. CHART. Brem. 237 p.276,31 de -a sua . . . marcam argenti accipient. **e** *de receptaculo reliquiarum:* CATAL. thes. Germ. I 91,53 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; a. 1238) -am apostolorum. *fort. add.:* CAES. HEIST. mirac. I 8,61 p.133,32 retro (altaris *add. B*) -am candelam cum nomine iactavit. *ibid. al.* **2** *latius:* **a** *arca cum mercibus, quae venales propositae sunt – große Warenkiste, Verkaufskiste (cf. O. Cremer, Der Rentenkauf im mittelalterl. Köln. 1936. p.47sq.):* CHART. Mog. B 23 p.27,20 (a. 1142/3) -a salis, de qua dantur V libre cere. CHART. scrin. Col. A I p.71,38 emerunt sibi . . . dimidiam hallam, videlicet locum duarum -arum. *al. fort. add.:* CHART. Steph. Wirz. 239 p.256,4 (a. 1229) cubicula sua et -as sitas aput capellam. **b** *carcer – Kerker:* NIVARD. Ysengr. 5,925 cur nisi propter oves -am dignarer inire? *ibid. al.*

2. cista *v.* cystis.

cistarius, -i *m. lignarius vel faber, qui merces suas in cistis venales proponit – Schreiner oder Handwerker, der seine Waren in Kisten feilbietet (cf. H. v. Loesch, ZRG Germ. 57. 1937. p.599³):* CHART. scrin. Col. A II 2 p.17,3 (a. 1135/80) Wolbero -us. CHART. Argent. I 609 p.459,26 Henricus -us.

cistata *v.* cristatus.

cistella (chi-), -ae *f.* **1** *strictius i. q. (parva) cista, (parva) arca, (parvum) scrinium – (kleine) Kiste, (kleiner) Schrein, (kleiner) Behälter (cf.* GLOSS. III 215,11 St.-S. -a kistilin. *al.):* **a** *de receptaculo rerum pretiosarum:* CHART. Fuld. A 227 (a. 806) unam -am et quicquid in ea est de auro vel argento. GERLAC. annal. a. 1184 p.700,32 *abbas* non portavit . . . clavem, non habuit -am, non reditum. **b** *de receptaculo reliquiarum (cf.* GLOSS. III 315,28 St.-S. clitella -a meissa): RADBOD. Mart. 6 raptam . . . ex sepulchro -am (chi*var. l.*), in qua . . . Martini reliquiae servabantur. THEOD. AMORB. Bened. I 5 glebam *s. Benedicti* aureis invasatam -is. THEOD. TREV. mirac. Celsi 14 ante -am b. Celsi. TRANSL. Udalr. August. 3 (MGScript. IV p.428a,61) -a serata admodum magna; quae omnia plena erant . . . reliquiis sanctorum. **2** *latius:* **a** *sporta – Korb:* ALDH. ad Acirc. 2 p.67,13 collectis buccellarum crustulis in frusta confractis septem corbes vel -as . . . replevisse. **b** *(peregrinorum) pera – (Pilger-)Tasche: v. p.246,63.*

cisterna, -ae *f. script.:* si-: DIPL. Merov. I 2 p.5,3. cys-: *l. 30. adde* EKKEH. IV. pict. Mog. 197 (gloss.). cirs-: *l. 26.*

1 *strictius i. q. lacus (defossus) ad aquam (pluvialem) colligendam, puteus, fons – Grube zum Sammeln des (Regen-)Wassers, Zisterne, Brunnen (cf.* GLOSS. III 231,49 St.-S. -a phuzze. III 351,56 cirst-a santprun. *al.):* **a** *proprie (de custodia: l. 30; de latebris: l. 39):* ANTIDOT. Glasg. p. 120, 43 aqua de -a. CHRON. Salern. 75 in . . . custodia . . ., qui fuit . . . ad receptum pluviale aqua constructa, que nos -am nuncupamus. EKKEH. IV. bened. I 21,29 cy-am iacte, Ioseph. RITUALE Rhenaug. 77 (Spicil. Friburg. V. 1959) benedic, Domine, . . . -am aquę, in qua ex hiatu terrę . . . laticem inundare iussisti. PETR. CAS. (?) chron. 4,3 iuxta . . . ecclesiae frontem -am arcuato opere fabricavit. GESTA Trev. cont. III 1 p.380,37 -am . . . magnis sumptibus effodit. CHART. ord. Teut. 128 p.120,19sq. emit . . . -am aque, que est ante domum, . . . et . . . domum cum -a, que in domo est. *al. in nomine loci:* RAHEW. gest. 4,62 p.306,22 (epist.) in castro nomine C-a. 4,76 p.323,3 ad C-am Neronis, in qua latuit Nero fugiens Romanos. *al.* ANNAL. Ceccan. (MGScript. XIX p.285,30) incenderunt C-am et Castrum. **b** *in imag.:* ANSELM. HAV. apol. (ZHistTheol. 10,2. 1840. p.97,16) utquid scribendo fodis -as, que non valent aquas continere *(cf. Vulg. Ier. 2,13).* **c** *alleg.:* HRABAN. univ. 11,12 p.325A -a recta intelligentia; . . . -a haeretici vel prava intelligentia. **d** *meton. i. q. aqua cisternina – Zisternenwasser:* LUP. FERR. epist. 109 hausta lutulenta -a. **2** *latius:* **a** *fossa, cuniculus – Graben, Schacht:* HEINR. LETT. chron. 25,5 p.185,15 -as . . . fodientes armis . . . . . repleverunt. CHART. ord. Teut. 49 in . . . vouta est . . . -a. *fort. de cloaca: p.730,56.* **b** *sepulcrum – Grab:* VITA Gertr. A 7 p.464,17 in -a sua . . . corpus . . . virginis . . . traditur sepulturae. HERIG. Land. II 1,9 (MGScript. XV p.605,11) sanctorum -ae.

***cisternalis,** -e. *cisterninus – Zisternen-:* ANTIDOT. Glasg. p.116,22 aqua -e.

***cisternatus,** -a, -um. *cisterninus – Zisternen-:* DIPL. Merov. III A 90 p.204,22 (spur. s. XI./XII.) de fonte -a (*inde* REGESTA Alsatiae 473 [ed. A. Bruckner. 1949]. *al.*).

cisterninus, -a, -um. *in cisterna collectus – Zisternen-:* ANTIDOT. Augiens. p.58,19 aqua -a.

cistis *v.* schistus. **cistronidum** *v.* cestros.

cistula, -ae *f. script.:* sci-: *l. 65.* cestola: *l. 69.*

1 *(parva) arca, (parva) cista, (parvum) scrinium – (kleine) Kiste, (kleiner) Behälter, (kleiner) Schrein:* HERBORD. Ott. 1,30 p.714,41 de sci-a plumbi. BURCH. Iud. 77 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. 1959. p.253) de viminibus . . . -a parvula iunctis. IOCALIS 845 attendas, habeat tua -a quantum. **2** *vas coquinarium – Kochgefäß:* ANTIDOT. Glasg. p.139,42 alumen scisum in cestola munda mittis.

cistus *v.* schistus.

***cisura,** -ae *f.* (*cf. ThLL. s. v.* cisoria) *scalprum – Meißel:* GLOSS. III 656,9 St.-S. -a metizil.

Renner

cisus *v.* scindo.

1. *cita, -ae *f.* *(slav. *kyta, cf. A. Walde – J. Pokorny, Vergleichendes Wörterbuch der indogermanischen Sprachen. II. 1927. p. 555 s. v.* (s)queup) *fasciculus – Büschel, Bündel (cf.* Gloss. II 369,1 St.-S. scutam -a vel scipa): Chart. Austr. sup. II 177 (c. 1250) abbas . . . xii -as puri lini, quod in vulgari dicitur zwelf sheiben harwes, mihi dare tenetur.

2. *cita *v.* *citanova. **citacrix** *v.* cicatrix.

***citad(in)antia** (-dia-, -cia), -ae *f.* *(ital.* cittadinanza) **1** *condicio vel status civilis, ius civile – Zugehörigkeit zur Bürgerschaft, Bürgerrecht:* Roland. Patav. chron. 2,1 in -dancie (-dinancie *2*) firmitatem. 3,7 p. 45,28 quod dompnus Ecelinus . . . reciperetur in -danciam Paduanam. *expressius i. q. acquisitio iuris civilis – Erwerbung des Bürgerrechts:* Alex. IV. registr. 416,1 homines, qui ad habitandum seu -dantiam in civitate vestra venerunt. **2** *(sponsio et) pactum societatis civilis – (Erklärung des) Eintritt(s) in die Stadtgemeinde:* Innoc. IV. registr. B 152 -diantias communi vestro a . . . nobilibus . . . debitas et promissas.

***citadinat(ic)um** (-tagn-), -i *n.* *(ital.* città) *(sponsio et) pactum societatis civilis – (Erklärung des) Eintritt(s) in die Stadtgemeinde:* Acta imp. Winkelm. I 370 p. 327,20 (dipl. Frid. II.) cives . . . supplicarunt, quatenus citagnaticum factum eis per homines de Pontecurrono . . . confirmare . . . dignaremur (p. 327,24 citagnatum).

***citamus** *subst.* *(orig. inc., ni contam. ex theod. vet.* citelosa *et* carthamus, *cf. E. Gamillschegg, ZRomPhil. 44. 1924. p. 110) ?Colchicum autumnale (L.) vel Crocus albiflorus (Kit.) – ?Herbstzeitlose oder Frühlingssafran (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1071 sqq.):* Gloss. III 487,10 St.-S. -us citelosa.

citania *v.* cydonius.

***citanova** (cita nova), -ae *f.* *civitas nova – Neustadt:* Annal. Crem. a. 1210 (MGScript. XXXI p. 12,15) illi de cita nova eligerunt Guilielmum . . .; et sic sedicio magna facta est inter illos de civitate nova et . . . de civitate veteri. Annal. Plac. a. 1270 p. 549,51 populus Cremone de -a et . . . de civitate.

***citanovani,** -orum *m.* *cives civitatis novae – die Neustädter:* Annal. Crem. a. 1211 (MGScript. XXXI p. 12,25) vicinia sancti Pantalionis, que favebat -is.

citariza *v.* citharista.

***citata** *v.* *zitata. **citatim** *v.* 1. cito.

citatio (sci-, -cio), -onis *f.*

I *de commotione:* **A** *tremor (nervis excitatus) – (nervöses) Zittern:* Maurus anat. I 14 -o labii inferioris signum est . . . futuri vomitus. Tract. de aegr. cur. p. 120,32 labiorum -o. **B** *tractus (per mechanicam factus) – (mechanischer) Zug:* Albert. M. phys. 7,1,3 p. 491^{b},31 quidam vocant modum motus violenti -em, quae quasi fit per chordas et instrumenta *eqs.*

II *de vocatione:* **A** *vocatio in ius – (gerichtliche) Vorladung:* **1** *strictius:* **a** *proprie:* Form. extrav. 7$^{tit.}$ formula -is. Rahew. gest. 4,47 p. 287,33 -e legittima . . . cogi (Const. I 304 p. 432,17 comes . . . legitima -e coram maiestate nostra constitutus. Chart. Turic. 364 ex legitima -e). 4,64 p. 309,12 ad -em amborum *(sc. paparum).* Chart. Bund. 466 p. 358,31 (epist. papae) *episcopus* canonica -e vocatus. Chart. episc. Misn. 65 litteris nostrae -is receptis (Rein. Leod. annal. a. 1200 p. 655,25 papa litteras -is Leodium dirigit). Dial. cler. et laic. p. 321,10sq. -o . . . horum iudicum . . . maior est -e archiepiscopi. Arnold. Lub. chron. 2,10$^{capit.}$ de . . . -e ducis. Const. II 279,2 quilibet nobilis sive ministerialis feodotarius a domino suo in iure feodali prima -e ad quindenam potest citari (Summa dict. Saxon. 7,3 p. 225,4 scitacionum alia p., alia secunda, alia peremptoria. *cf.* Const. II 201,10 supplicantibus . . . pro iterata -cione sua [*sc. ducis*] . . . archiepiscopo et aliis). Acta imp. Winkelm. I 369 p. 326,24 post factam -em contra idem capitulum. Chart. Basil. C I 344 p. 252^{a},12 ut infra duos menses et dimidium post -em suam . . . compararent. *al. expressius de vocationis contumacia:* Chart. Babenb. 232,49 (a. 1276/77) pena prime -cionis, si non conparuerit *civis.* **b** *meton. de epistula, scripto:* Summa dict. Saxon. 6 p. 214,10 a sede apostolica dantur privilegia, commissiones, -ciones. Const. III 72,6 ut -ciones et edicta . . . scribantur. **2** *latius i. q. actio, querimonia – Klage(erhebung):* Chart. Epternac. 224 p. 394,22 (a. 1209) sine -e promulgaretur in eum sententia excommunicationis *(cf.* Chart. Merseb. 166 p. 142,9 preter omnem excommunicabitur sci--em). Chart. Carniol. II 50 p. 37,24 -o, per quam . . . dux dicebat eorum *(abbatum)* iurisdictionem perpetuam esse. **B** *evocatio – Aufgebot:* Const. II 175 (a. 1232) universitatem vestram . . . citamus ac . . . precipimus *(sc. imperator),* quatinus . . . ad nos veniatis cum armatorum . . . commitiva, circa -cionem . . . taliter vos habentes *eqs.* **C** *arcessitus – das Herbeiholen:* Acta imp. Winkelm. I 994 p. 748,28 (a. 1258/66) habebunt secum racionales . . . cursores duos pro -cione officialium.

***citator,** -oris *m.* *qui in ius vocat – einer der eine Vorladung ergehen läßt:* Chart. ord. Teut. 106 p. 86,17 (a. 1254) -is se conspectui presentare. Conr. Mur. summ. p. 37,8 (ed. W. Kronbichler. 1968) officia: . . . actor et reus, testis, -r, contumax.

citatorius, -a, -um. **1** *adi.:* *ad vocationem in ius pertinens – Vorladungs-:* Chart. Ital. Ficker 154 p. 195,1 (a. 1185) consortes . . . vocati -o dicto et demum peremptorio. Chart. march. Misn. III 127 p. 101,5 presbiterum, quem . . . iudices cum litteris -is miserant (Gesta Trev. cont. IV 5 p. 402,17 litteras -as. *al.*). **2** *subst. neutr.:* *scriptum ad vocationem in ius pertinens – Vorladung(sschreiben):* Ord. canc. pap. 3,3,2 nomina in primo -o exprimat impetrator. Heinr. Trev. gest. 45 p. 439,15 in -o super hoc confecto. *expressius de mandato aliquem citandi:* Cono Laus. gest. cont. p. 807,21 vobis mandamus, quatinus . . . ipsos . . . citetis . . . presentis -i eisdem . . . copiam faciendo. Chart. Lamb. Leod. 678 p. 260,5 hec omnia plenius continentur in -o nostro et in rescriptione executoris ad hoc dati.

adv. ***citatorie.** *per vocationem in ius – durch, aufgrund eine(r) Vorladung:* Chart. Oelsn. 83 (a. 1276) si -e evocati fuerint. Chart. Heinrichow. 28 p. 176,8 ad vestrum iudicium -e convenire.

citatus *v.* 1. cito.

citerior, -us, *superl.* citimus, -a, -um. *compar. plerumque usurpatur pro positivo; pro superl.: l. 63.*

I *adi.:* **A** *de propiore parte:* **1** *de loco i. q. citra situs – diesseitig (praecipue e conspectu auctoris ipsius; antiquitatis: l. 49. 51 sq., cf. l. 45):* **a** *strictius:* Beda hist. eccl. 5,10 p. 299,8 -em Fresiam. Richer. Rem. hist. 3,43 -is Hispaniae ducem (Anselm. Hav. dial. 1,10 p. 1155^{B}). Theod. Amorb. Bened. I 2 Austrasiam atque -em Galliam. Adam gest. 3,19 in Sclavania -i. Otto Frising. chron. 7,14 p. 326,12 tam in ulteriore quam -e Italia, quae modo Longobardia et Tuscia vocantur (7,19 p. 337,8 totam -em Italiam [*opp.* interiorem]. gest. 1,3 p. 14,28 a -i I., quae modo Apulia seu Calabria dicitur. 2,13 p. 115,9. *ibid. al.*). Wibert. Gembl. Hildeg. 1 p. 407,23 quae *(civitas Moguntina)* in -is Germaniae partibus sita est. Vita Hildeg. Bing. II 2 (ed. J. B. Pitra, Anal. sacra VIII. 1882. p. 435,7) in Galliae -is partibus . . . est orta *Hildegardis.* **b** *latius:* α *proximus – nächster:* Annal. Sangall. IV a. 1030 imperator . . . Ungariam . . . -ima ex parte . . . devastavit. Herm. Augiens. mens. astrolab. 8 p. 388^{B} centro -imum circulorum intervallum. β *anterior – vorderer:* Annal. Rod. a. 1122 p. 702,14 in -e domo (*opp.* remotiore). **2** *de ordine i. q. inferior, deterior – unterlegen, geringer:* Nivard. Ysengr. 2,276 ille . . . est -r cursu, robore vero prior. Odbert. Frid. 6 omnium me cognosco -em et obsoletiorem. **B** *ulterior – jenseitig (cf.* Gloss. II 740,1 St.-S. -r gendra): Aldh. virg. I 37 p. 286,10 *Amos* in -em (ceteriorem *var. l.,* alteram *Rufin.*) alvei marginem . . . translatus (*cf.* virg. II 1474 transfertur . . . ultra).

II *subst. masc. plur. (compar. et superl.):* *homines citra habitantes – die diesseits Wohnenden:* Vita Ludow. Pii 26 p. 620,25 Wasconum -imi, qui Pyrinaei iugi propinqua incolunt loca. Vita Bonif. II 11 p. 103,14 -es . . . redierunt ad sua.

citerius *adv. v.* citra.

[Heßler]

1. citerus *v.* ceterus. **2. citerus** *v.* citreus.

cithara (cyt-, -ta-, -ther-), -ae *f. (?m.: l. 41)* (κιθάρα) *de fidibus i. q. harpa, lyra sim. – Harfe, Leier o. ä. (cf. Die Musik in Geschichte und Gegenwart. V. 1956. p.1546sq.; S. Marcuse, Musical Instruments. 1964. p.102sq.):* **I** *in univ. (cf.* GLOSS. III 65,1 St.-S. cy-a harpha . . ., lira rodda. *al.):* **A** *mus.:* AUREL. REOM. mus. 3 p.33[a],22 organa, -ae, lyrae. HUCBALD. harm. inst. p.109[b],8 in -a sex chordarum. Ps. ODO CLUN. mus. p.271[b] vulgaris musica, fistula videlicet et -a sive fidula. LAMB. mus. quadr. p.253[a] vielle, cy-a, cytole, psalterium et similia. AEG. ZAM. mus. praef. p.371[a] de . . . inventione . . . viellarum, -arum, harparum. *al. per compar.:* AUREL. REOM. mus. 1 p.30[b],9 habet *homo* . . . cantandi fistulam in gutture, quamdam -am in pectore pulmonis fibris quasi quibusdam distinctam chordis. **B** *usu communi:* **1** *proprie:* ERMENR. ad Grim. 19 p.557,18 decet, ut non sine cy-a pergas. MILO carm. 3,4,2,162 harpa, lirae, cy-ae, psalteria. HROTSV. asc. 128 David . . . commovit cy-am (ty- *M*). WALTH. SPIR. Christoph. II 1,58 -ę cordas . . . percussit Yopas. CARM. Cantabr. 10,6,1 clarior quam -a. 27,4,1 hic cum plectro -am tangit (*cf.* CARM. Bur. B 121,1,1). CHRON. Pol. 3,25 tympanis et cy-is (cytaris *var. l.*). HONOR. AUGUST. anim. 6 -ae fidibus concrepant. ASINARIUS 63 -e distinguere cordas. CAES. HEIST. hom. exc. p.13,22 tuba pertinet ad laudes, psalterium ad primam, cy-a ad terciam. CHART. Carniol. II 309 p.245,5 psalterium cum cythera sit canendum. *al. per compar.:* HONOR. AUGUST. quaest. I 2 summus . . . opifex universitatem quasi magnam -am condidit. *alleg.:* ALBERT. M. Iob 30,31 (ed. M. Weiss. 1904) -a significat complexionem et compositionem corporis in unum . . . concordantis. **2** *meton. (cf. L. Elfving, Etude lexicographique sur les séquences limousines. 1962. p.205sqq.):* **a** *de carmine:* ALCUIN. carm. 9,202 -a . . . gemit ecce mea. EPIST. Hann. 108 p.183,28 non Treicia, sed Davitica cy-a . . . sedare dęmonium. CARM. Bur. B 61,1[a],3 par Phebi -e. **b** *de epistula supplici:* EPIST. Hann. 27 p.63,24 nostrę devotionis cy-a.

II *de speciebus:* **A** *spectat ad crottam (cf.* GLOSS. II 18,64 St.-S. -is rotton; *de re v. H. Steger, Philologia musica. 1971. p.103.116):* EPIST. Bonif. 116 p.251,32 delectat me . . . citharistam habere, qui possit citharizare in -a, quam nos appellamus rottae; quia -um habeo *eqs.* **B** *fort. spectat ad instrumentum quoddam oblongum (cf. C. Sachs, Reallexikon der Musikinstrumente. 1913. p.336sq. s. v. 'Scheitholt'):* ALBERT. M. animal. 9,2 sonus -ae duarum cordarum.

cithare(d)a, -etus *v.* citharoedus.

***cithareus** (-ther-), -a, -um. **1** *ad citharam pertinens – Harfen-:* SMAR. carm. 1,13,13 -thereo . . . plectro feriente Camena (VERS. cod. Brux. II 2572 f.147[v] dulcia -o promentes cantica p.). **2** *lyricus – lyrisch:* SMAR. carm. 1,1,21 carmine -thereo descriptos . . . libellos.

citharista (chi-, cyt-, -ta-, -iza), -ae *m.* (κιθαριστής) *qui citharam pulsat, citharoeda – Harfenspieler, -sänger (cf.* GLOSS. II 367,41 St.-S. -a citherari. III 383[a] cytharedus harfere, cy-a idem): ALCUIN. epist. 124 p.183,22 decet lectorem audiri, non -am (cy- *var. l.*). THEGAN. Ludow. 19 mimi cum coraulis et -is. FLOR. LUGD. carm. 22,1 cy-a puer *(cf.* CARM. de Cass. 446 -a canens David rex. *al.).* AMARC. serm. 1,397 (ed. K. Manitius. 1969) scin aliquem liricum . . . aut gnavum chitaristam? MARIAN. chron. a. Chr. 68 Nero . . . in citarizarum agone contentens. TRAD. Salisb. I 430 p.486,30 Ekkehardus cy-a *testis.* ASINARIUS 81 precinit . . . lira dulces -a (*syn.* mimus) canores. *al. v. et l.39.65. p.648,36.*

***citharizatio,** -onis *f. actio citharizandi – Harfenspiel:* ALBERT. M. eth. 2,1,3 p.153[a],17 citharizantes usu -is fiunt citharistae.

citharizo (cyt-), -are. (κιθαρίζειν) **1** *strictius i. q. citharam (lyram sim.) pulsare vel ad eius sonum cantare – die Harfe (Leier o. ä.) spielen oder dazu singen:* **a** *intrans. (impers.: l.72):* SEDUL. SCOT. carm. 2,1,7 musigenum plectro cy-ans texito carmen. ERMENR. ad Grim. 25 p.563,32 Orpheum . . . diis infernalibus -antem. CONSTANT. AFRIC. theor. 5,12 p.20a[v] si . . . -etur. ALBERT. M. elench. 2,2,3 p.673[a],4 non -ans . . . habes -andi potestatem. *al. v. et p.647,40.* **b** *trans.:* FORM. Dion. 23 p.509,1 audiamus . . . psalmigraphum . . . cy-antem per citharam precepta. ECBASIS capt. 208 ericius . . . -ans fortia belli. ALEX. MIN. apoc. 14 p. 295,14 citharoedi . . . canticum novum -bant Domino. **2** *latius:* **a** *fritinnire – singen, schlagen:* CARM. Bur. B 138,4,1 -at (cy- *B*) cantico dulcis philomena. **b** *sonare – (er)klingen:* VITA Adalb. Wirz. 6 p.24,15 dulci gaza sono cy-at.

subst. **citharizantes,** -ium *m.* **1** *latius i. q. citharistae – Harfenspieler:* CONSTANT. AFRIC. theor. 6,11 p.27b[r] quia . . . cantatores et -es videret. **2** *strictius i. qui citharam pulsant – die auf der Harfe Spielenden: v. p. 647,64.*

citharoedus (cyt-, -ta-, -red-), -i *vel rarius* **citharoeda,** -ae *m.* (κιθαρῳδός) *script.:* chi-: *l.21.* -et(us): *l.32.* -rēa: *l.23. usu attrib.: l.32. cf. l.29sq.*

musicus ad citharae (lyrae sim.) sonum cantans – Harfensänger, Spielmann (cf. GLOSS. III 140,16 St.-S. cythareda roddari. 450,34 -eda harphari. *al.):* **1** *strictius (praevalente ut vid. sensu citharizandi: l.24, cantandi: l.23; v. et l.5):* **a** *in univ.:* NICOL. I. epist. 88 p.455,18 contra . . . -redum nostrum David (RANGER. Anselm. 3179 chitaredum. CARM. de Iuda 2,417 [ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. 1959. p.275] 'vestimenta mea', cecinit quondam cytharea, 'dimidiaverunt *eqs.*'). Ps. HUCBALD. ton. p.213,17 -ae et tibicines . . . vel etiam cantores. ASINARIUS 47 -redorum . . . in arte. ALBERT. M. animal. 24,28 Arionem . . . -um. *al. v. et p.647,53. in imag.:* RATHER. prael. 3,1 p.220[A] sic tangamus dignitatis chordam, ut -i taceamus personam. **b** *in chartis:* TRAD. Teg. 357 (a.1186/87) Sigiboto -eda *testis* (CHART. Welt. 10 Rudegerus -edus. *al.*). **2** *latius de avibus i. q. cantor – Sänger:* DONAT. Ermenl. 3 (MGMer. V p.691,27; s. VIII./IX.) -reti (cy-, -redi *var. l.*) olores dulcia fundunt modolamina.

***citharula** (-ther-), -ae *f. parva cithara vel lyra – kleine Harfe oder Leier:* WILH. RUBRUQU. itin. 2,9 (Sinica Franciscana I/3. 1929) iuxta . . . stat citarista cum citherula sua; citaras et viellas nostras non vidi (10,3).

citharus *v.* cithara. **cithera** *sim. v.* citha-.

cithisus *v.* cytisus. ***citim** *v.* 1. citus.

1. citimus *v.* citerior. **2. citimus** *v.* 1. citus.

citirus *v.* ceterus.

***citivolus,** -a, -um. (1. citus, *cf.* altivolus) *celeriter volans – schnell fliegend:* ALBERT. M. cael. hier. 13,7 p.359[b],2 ut sint *angeli* . . . -i in inferiora. *alleg.:* ALBERT. M. summ. creat. I 4,61,6 p.659[b],28 dicuntur *angeli regales* . . . -i . . ., quia intelligunt sine inquisitione *eqs. subst. neutr.:* ALBERT. M. cael. hier. 15,11 p.440[a],24 speciem aquilae significare regale . . . et -um (*PG 3,337[A]* τὸ . . . ταχυπετές), id est velociter volans. *celer – schnell:* CHRON. Mich. 20 penna -a . . . aures diverberat fama.

1. cito (sci-, cyt-), -avi, -atum, -are.

I *de commotione:* **A** *trans. i. q. celeriter facere, perficere – schnell tun, vollführen:* HUGEB. Willib. 3 p.91,9 vastum per aequorum -to celocis cursu . . . viderunt terram. EKKEH. IV. bened. I 24,40 *apis* provocat examen super astra -are (gloss.: accelerare) levamen. TRANSL. Dion. Ratisb. 17 p.362[b],19 *augustus* orat -ari negotium. *expressius i. q. celeriter exstruere – schnell erbauen:* EKKEH. IV. cas. 51[med.] capella -ta fit oratorium. **B** *intrans. et medial.:* **1** *properare – eilen, sich beeilen:* MIRAC. Bert. 10 p.515,53 clangore frequenti increpitare -bant. RUODLIEB III 61 iuvenis -at ad remeandum. V 600 -at hanc *cappam* intrudere sacco. **2** *urgentem fieri, instare – dringlich werden, eilig sein:* TIT. metr. III 12, 15 mihimet iam cuncta -antur.

II *de vocatione:* **A** *strictius de arcessitu:* **1** *iur. et canon.:* **a** *in ius vocare – (gerichtlich) vorladen:* **α** *de iussu iudicis, praesidis sim. (imperatoris: p.649,5.7):* FORM. extrav. I 7 ut absentes . . . edictis -entur. CHART. archiep. Magd. 287 p.356,25 (a.1156) partem utramque -vimus *(sc. archiepiscopus).* CHART. Hall. 106 p.108,25 fratres . . . peremptorie in synodum . . . -ti sunt (CHART. Turic. 357 p.238,11 episcopus super querimonia abbatis p. scitavit *eos* suam in presen-

[Heßler]

tiam. CHRON. reg. cont. II a. 1204 p. 175,6 sepius vocatus tandemque p. -tus *archiepiscopus. al. cf.* CHART. Babenb. 237,1 p. 58,12 ut . . . a iudice . . . tribus edictis vel uno pro omnibus peremptorio -etur *civis*). OTTO SANBLAS. chron. 13 p. 15,8 nec summum pontificem a laico *(sc. imperatore)* -ari . . . debere contestans *Rûlandus.* 24 p. 36,3 ipsum *(Heinricum ducem)* ad iudicium subeundum imperiali more -vit *Fridericus I.* CHART. Hall. 189 p. 178,6 partes . . . legittime -vimus (ANNAL. Erf. praed. a. 1234 p. 88,12). CHART. Solod. 344 p. 192,6 partibus -tis in ecclesia . . . ad spacium XV dierum. CHART. Tirol. notar. I 369 quia *mulier* -ta venire noluit. CHART. Raitenh. 337 p. 270,35 in termino, ad quem -tus est *reus. al. v. et p. 645/64.* β *de querimonia actoris:* CHART. Friburg. 81 (a. 1245/47) abbas . . . a quibusdam ad nostram scitatus presentiam. CHART. Burgenl. II 90 quod . . . nobiles . . . eum et filium suum absentes -assent ad presenciam regis. **b** *nominatim vocare – aufrufen:* RAHEW. gest. 4,33 p. 275,14 imperator convocatis iudicibus . . . -ari iubet Mediolanenses. CHART. Basil. C I 344 p. 252[a],37 prepositus et capitulum . . . -ti in audientia pluries, ut est moris. **c** *provocare – (heraus)fordern:* CAES. HEIST. mirac. I 3,18 p. 134,20 quem cum gigas ille ad duellum . . . -ret. **2** *publ. et eccl.:* **a** *adesse iubere – berufen:* THANGM. Bernw. 14 p. 764,51 cum pro causis aecclesiae ad palatium -bantur *sanctimoniales.* OTTO SANBLAS. chron. 39 p. 61,6 *optimates* ab imperatore -ti convenerunt. ACTA imp. Winkelm. I 994 p. 748,9. **b** *invitare – einladen:* VITA Adalb. Wirz. 8 p. 34,26 venit episcopus . . ., sicut -tus erat. **c** *iubere – auffordern:* CONST. II 222 (a. 1239) cum te *(sc. comitem)* . . . servire -ret *vicarius.* **3** *milit.:* **a** *ad arma conclamare, excitare – alarmieren:* WIDUK. gest. 3,51 nisi clamore cuiusdam -rentur et ad arma prosilirent. GUNTH. PAR. (?) orat. 8,3 quartae -bantur excubiae. **b** *evocare – aufbieten: v. p. 646,10.* **4** *usu communi:* **a** *invocare – anrufen:* LAMB. LEOD. Matth. I 2488 -are Mathiam cepit. **b** *licentiam rogare – um Genehmigung bitten:* EKKEH. IV. bened. prol. 2,64sq. quando -at (gloss.: licere rogat) lector, uti quondam scenicus actor iussa -at (gloss.: iubere rogat *eqs.*) populi. **c** *precibus expetere – erbitten: v. l. 37.* **d** *auferre, rapere – 'abberufen', dahinraffen:* EKKEH. IV. bened. I 5,28 Rachel natos lacrimatur morte -tos (gloss.: peremptos). **e** *incitare, admonere – anregen, veranlassen:* AEDILV. carm. 8,1 fama -at plures perfectam visere vitam. **B** *latius de promulgatione:* **1** *recitare – vortragen, -lesen:* MILO carm. 1,6, 2,16 non his . . . meos versus transmitto -andos. **2** *proferre, laudare – angeben, zitieren:* HRABAN. epist. 18 p. 424,2 nostrum est -are (cy- *O*) testes.

adi. **citatus,** -a, -um. **1** *de rebus, actionibus sim. (cf.* GLOSS. I 66,20 St.-S. -us rachendi. 67,23 -to tramite sniumemo phath. 560,28 -us aer kiruartiu luft): **a** *strictius:* α *citus, celer – rasch, schnell:* BEDA hist. eccl. 3,2 p. 129,1 -o opere. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 319,45 audito ducis Welfonis -o . . . impetu. β *concitatus – beschleunigt:* PS. GALEN. puls. 11 -us pulsus est, qui *eqs.* (febr. 210). γ *alacer, vehemens – erregt, heftig:* WALAHFR. Wett. 10 carmen . . . animo reprobare -o. HINCM. ord. pal. 1 Leonidem -is moribus . . . notabilem. **b** *latius i. q. asper – aspiriert, scharf:* ALDH. ad Acirc. 141 p. 200,9 spiritus est productio vocis: aut -a aut lenis . . . profertur. **2** *de hominibus, Deo (cf.* GLOSS. I 584,18 St.-S. -us . . . horskęr. 586,23 -us hrader): **a** *strictius:* α *festinans – eilig:* EGBERT. fec. rat. 2,225 quod solet adversum cursoribus esse -is. β *praecox – voreilig:* CHRON. Fred. cont. 2 p. 168,20 erat . . . rex levis atque -us nimis. γ *promptus – schnell bereit:* AMALAR. off. 1,35,6 quamvis -us sit Deus ad parcendum. **b** *latius i. q. praematurus – früh gereift:* HUGEB. Wynneb. 1 ad adolescentiae nondecem annorum aetate -us celeps usque pervenit.

adv. **1. citatim.** **1** *festinanter, citissime – eilends, schleunigst:* MIRAC. Hucberti 1,1 -m perrexit (MIRAC. Cuneg. 65). ABBO SANGERM. bell. 3,56 disparet ac validos intercapedo -m. VITA Ger. Bron. 11 p. 662,4 -m . . . est regressus. **2** *statim – sofort:* TRANSL. Eug. Tolet. add. 1 (RevBén. 76. 1966. p. 282; s. X.) si . . . non est tui misertus -m.

2. *citato. *cito – rasch:* METELL. Quir. 16,11 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) hunc . . . ad sacerdotem -o dirigunt. 61,5 se demiserant equis -o.

2. cito *v.* 1. citus. ***citoaldum** *v.* *zeduar.

citocacia (-tia, -cotia), -ae *f. vel* **citocacium** (-tion), -i *n. herba purgativa – Abführkraut, 'Scheißkraut':* **1** *strictius:* **a** *radix lanaria – Seifenkraut (Saponaria officinalis L., cf. André, Lex. bot. p. 92):* GLOSS. med. p. 69,11 radicula lanaria: strutio, id est -tia (-tio *L*, -cia *P*). **b** *catapotia (minor) – Spring-Wolfsmilch (Euphorbia lathyris L.):* GLOSS. III 519,36 St.-S. -tion sprincwrtz. *al.* HILDEG. caus. 3 p. 178,34 succum -ae. phys. 1,15 p. 1137[A] homo, qui potiones . . . sumere vult . . ., accipiat . . . tantum lactis -tiae *eqs.* **2** *latius (de concoctione ut vid.) i. q. caulis – Kohl:* GLOSS. med. p. 13,16 brassica: genus holeris, id est -cotia.

citocervi *v.* sebum. ***citon** *v.* *chytus.

citoneus *sim. v.* cydon-. **citonon** *v.* cicorea.

citorea *v.* cicorea.

citra, *compar.* citerius *adv. et praep. script.:* sci-: *l. 54.* cetera: *l. 55.* cytera: *p. 651,12. postponitur: l. 51. de signif. et usu: D. Schäfer, AbhBerl. 1921. p. 378sqq.; E. Aßmann, Glotta 21. 1933. p. 63sqq.*

I *adv.:* **A** *a citeriore parte – auf dieser Seite, diesseits:* **1** *de loco:* **a** *de sede, situ:* POETA Saxo 1,463 -a Saxones degunt. RUOTG. Brun. 41 p. 43,20 imperatore Alpes . . . transeunte remansit -a . . . Bruno. CONST. II 200,5 ad quam *(curiam)* ab Urbe -a omnium civitatum Ytalie nuncios invitamus. *infra – unterhalb:* CHART. episc. Hild. III 160 (a. 1267) infra iactum baliste -a vel supra vel abside . . . molendinum struere. *compar. i. q. extrinsecus – (von) außen:* EPITAPH. var. II 106,8 habitu princeps trabeatus -ius, vestis aspera subtus erat. **b** *de motu i. q. citro – her(über):* METELL. Quir. 38,24 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) ventus . . . ignes . . . fert ultra -aque (ultro citroque *C*). *de colloquio:* VITA Bonif. III 8 disputatione . . . ultra -aque habita (*sim.* VITA Otton. Bamb. III 2,10 p. 55,2 sermonibus). **2** *de tempore:* **a** *post – später:* CHRON. Reinh. p. 521,19 anno Domini MLV vel -a. **b** *ante – davor:* ALBERT. M. animal. 5,44 tempus spermatizandi . . . transgredi vel -a remanere. **B** *ab ulteriore parte – auf der anderen Seite, jenseits (cf.* GLOSS. I 275,61 St.-S. cis hinont, -a enont. *al. v. et p. 641,21):* **1** *de loco:* DIPL. Otton. I. 86 p. 169,11 iuxta . . . fluvios tam cis quam -a (EKKEH. URAUG. Hieros. 7,1 pervagata cis -aque . . . fama. chron. a. 1124 p. 263,14). **2** *de tempore i. q. porro, protinus – weiter, ferner:* CONST. II 164,4 (a. 1232) nec a tempore remissionis -a aliqua offensa . . . facta est (CHART. Turic. 1759 p. 103,19 a t., de quo non extat memoria -a). **C** *in propinquo, prope – in der Nähe, nah:* RUOTG. Brun. 31 per multos populos ultra -aque.

II *praep. c. acc. (abl.: p. 651,4.14.30):* **A** *cis – diesseits (cf.* GLOSS. II 337,60 St.-S. mare -a disehalp meres): **1** *de loco:* **a** *in univ.:* LEX Sal. Merov. 47,1 -a (intra *A 2. K*) Ligere aut Carbonaria. CHART. Rhen. med. II app. 11 p. 352,12 (s. XII.[2]) scitra pontem (*opp.* p. 353,8 ultra). **b** *inter – zwischen:* CHRON. Fred. 4,57 -a (cetera *var. l.*) Legere et limitem Spaniae. *cf. l. 52.* **c** *procul a – fern von:* IULIAN. TOLET. Wamb. 3 ne -a locum sedis antiquae sacraretur. LIBER diurn. 23 -a strepitum plebis. **2** *de tempore i. q. ante – (noch) vor:* AMADEUS LAUS. hom. 7,97 (ed. J. Deshusses. 1960; s. XII.[med.]) -a assumptionem effulsit . . . nomen eius *(Mariae).* CHART. episc. Hild. I 334 p. 319,20 fabricam . . . -a . . . voti . . . consummationem sublatus non ad plenum . . . ampliavit. *adde:* ALBERT. M. metaph. 5,1,2 p. 210,27 (ed. B. Geyer. 1960) est . . . finis duplex, ultimus videlicet . . . et finis -a illum *eqs. cf. p. 651,37.* **3** *de numero i. q. infra – unter(halb):* OLIV. epist. 10 a . . . pauperibus . . . habentibus -a decem vel duodecim marcas. ALBERT. M. veget. 2,40 in genere frugum vix invenitur numerus nodorum quaternarium excedere, et -a eundem numerum vix unquam deficit. *de ordine:* ALBERT. M. metaph. 11,2,19 p. 507,43 (ed. B. Geyer. 1964) omne, quod est -a primam substantiam. **4** *de ratione, modo:* **a** *sine – ohne:* ANNAL. Einh. a. 773 regem . . . -a congressio-

[Heßler]

nem fugavit. LUP. FERR. Wigbert. 7 -a sancti Bonifacii . . . auctoritatem. ERCHEMB. CAS. hist. 12 -a . . . sanguinis effusionem. INVENT. Matth. 16 noxam. CHART. eccl. Erf. 234 -a omnem contestationem (*cf.* CHART. Hagenow. 386 -a contradictione qualibet). *al.* **b** *contra – gegen:* CHART. Stir. II 296 p.397,23 (a.1232) -a omnem ordinem iudiciarium. **c** *praeter – außer:* DAVID (?) inquis. 37 potest *haereticus* . . . ad hoc compelli . . . tormentis, -a membrorum diminucionem et mortis periculum, accusare aliquos. CHART. Anhalt. II 398 p.287,38 -a formam arbitrii ultro nos obligamus ad hoc *eqs.* **B** *ultra – jenseits, über (hinaus):* **1** *de loco* (*cf.* GLOSS. I 154,28 St.-S. cytera . . . aftara [*v. et Ahd. Wb. I. p. 36sq.*]. 787,9 -a hintar): **a** *de sede, situ:* HUGEB. Willib. 4 p.95,12 nescimus ruram -a illis (ultra illos *var. l.*). NITH. hist. 2,3 p.16,1 omnes -a Carbonarias. REGIN. hymn. 7,1 (Anal-Boll. 49. 1931. p.364) cis et -a mare (MIRAC. Apri 22 [MG Script. IV p.517^{b},5] in perniciem . . . cis -aque, prope et procul se positarum gentium. WIPO gest. 2 p.14,4 cis et -a Rhenum. SIDO ad Gozw. p.240,13 cis Travenam et -a. *saepe*). THIETM. chron. 5,9 Geronis marcham . . . -a Albim iacentem. ANNAL. Petr. Erf. III a.1180 p.65,10 -a Alpes et hac terra. *al.* *extra, ante – außerhalb, vor:* ABBO SANGERM. bell. 2,461 -a muros pessumdare. **b** *de motu i. q. trans – über:* ALDH. virg. I 49 p.304,8 volumen . . . -a (II 2190 trans) pontum dirigitur. NITH. hist. 1,4 p.6,26 -a Alpes festinare. **2** *de numero i. q. supra – über:* CHART. episc. Halb. 1081 p.281,14 (a.1263) si quid -a viginti marcas . . . edificabimus. **C** *circa, prope, iuxta – rund (um), nahe bei, an, in:* **1** *de loco:* VITA Ansb. 21 (MGMer. V p.634,27; s. VIII./IX.) salvi sunt . . . multi -a Sambre flumine (*cf.* HYMN. de Ansb. 17,3 [MG Mer. V p.643] circa [citra *var. l.*]). OTTO FRISING. chron. 1,1 p.37,9 (add. B2) nichil extra, infra, supra -aque se habens *mundi machina.* CHRON. Erf. min. p.619,17 -a (circa *var. l.*) Argentinam . . . in monasterio Else. *ab utraque parte – beiderseits:* TRANSL. Libor. 25 (MGScript. XXX p.811,46; s. IX.$^{med.}$) spectantibus . . . invicem populis -a Renum. **2** *de tempore:* EPIST. Hann. 24 p.58,19 -a extremum obitus articulum. **3** *de numero:* REGISTR. Patav. I p.280,11 -a XV tal. . . . reddituum. **4** *de modo:* EPIST. Hann. 73 parum -a optimum est statum *provincia.*

compos. c. nom. propr.: -alpinus: *l.44sqq.* -humbrensis: STEPH. EDD. Wilfr. 67 (68) p.263,15. -moynensis: EPIST. Worm. I 25 p.47,9. *Heßler*

***Citraalpinus,** -a, -um. *qui cis Alpes est – diesseits der Alpen (befindlich):* GESTA Camer. 3,37 p.480,36 domnum . . . apostolicum una cum tam -a- quam Ultraalpinis episcopis.

citrago, -inis *f.* *melissophyllon – (Zitronen-)Melisse (Melissa officinalis L.): v. p.652,6.*

***citramarinus,** -a, -um. *qui cis mare (mediterraneum) est – diesseits des (Mittel-)Meeres (befindlich):* EPIST. Lup. Ferr. add. 10,4 ut *Lugdunum* . . . publicum appellaretur -i orbis gymnasium (ROD. GLAB. hist. 1,1 in nostro -o orbe). CONST. I 211,5 quas *(res)* in -is vel ultramarinis partibus tenent *Ianuenses* (337,5). CHART. Bern. III 17 p.15,32 a . . . preceptore domuum -arum generali.

***citramontanus,** -a, -um. *qui cis Alpes est – diesseits der Alpen (befindlich):* TRANSL. Godeh. 1 p.642,6 synodus universae ecclesiae -ae indicta fuerat. *Payr*

***citrana,** -ae *f.* (*cf.* *citraria, *citronus) *citrago – (Zitronen-)Melisse (Melissa officinalis L.):* GLOSS. Salern. p.8^{a},18 herba citrina, -a.

***citrangulum** (-glium), -i *n.* (*f.* -a: *p.652,2*) (*cf. ital.* cetrangolo) **1** *Citrus Aurantium (L. subsp. amara Engler vel sim.) – (Bittere) Orange o. ä.:* **a** *de arbore:* TRACT. de aegr. cur. p.149,25 flores de zarange, id est -i. *v. et l.66.* **b** *de fructu:* BERNH. PROV. comm. 6,4 p.292,34 -um citrinum vel eius flos. ALPHITA I p.284,40 -um, pomum arange idem (II p.40,10 -glium. p.40,30). GEBER. clar. 2,27 ablutio mercurii cum aceto -orum. IORDAN. RUFF. equ. 6,41 p.82,25 ad idem valet . . . -um vel lumia decocta. *al. v. et p.654,15.* **2** *Citrus medica (L.) – (Zitronat-)Zitrone(nbaum):* ALBERT. M. animal. 22,51 cum aqua et foliis -i. **3** *citrago – (Zitronen-)Melisse (Melissa officinalis L.):* ALPHITA II p.40,13 -a, curringula respice in mellisa.

citrarius, -a, -um. herba -a *i. q. citrago – (Zitronen-)Melisse (Melissa officinalis L.):* IOH. PLATEAR. simpl. med. p.28b^{r} mellissa, que herba -a dicitur *eqs. subst. fem.:* ALPHITA I p.284,39 citrago vel -a (-agia *var. l.*). p.300,13.

***citrat** *v.* *ceteraceum. **citre** *v.* citreus *l.18.*

***citreatum** (cidriadum), -i *n.* *fructus Citri medicae (L.) – (Zitronat-)Zitrone:* ANTIDOT. Glasg. p.131,23 sucus cidriadi acidis.

citreon *v.* citrium.

citreus (-terus, -rius), -a, -um. **1** *adi.:* *cedrinus – Zedern- (per confusionem c. arbore q. d. Callitris quadrivalvis Vent. ut vid.):* GLOSS. V 34,53 St.-S. citerum . . . vel cedrinum lignum cedibŏminholz. *al. v. et p.426,38sq.* **2** *subst.:* **a** *masc.:* *fructus Citri medicae (L.) – (Zitronat-)Zitrone:* ALPHITA I p.308,47 pomum citrinum, -us idem. *fort. huc spectat:* ALPHITA II p.39,8 citre, pomum citrinum. **b** *fem.:* **α** *Citrus medica (L.) – (Zitronat-)Zitronenbaum:* GLOSS. med. p.20,11 -ia dicta, quod eius pomum ac folia cedri odorem referat *(ex Isid. orig. 17,7,8).* **β** *citrago – (Zitronen-)Melisse (Melissa officinalis L.):* ALPHITA II p.40,28 -ia, mellissa idem.

citria *v.* citreus. ***citrifera** *v.* *oxytryphera.

***citrinalis,** -e. *helvus – (zitronen)gelb:* GEBER. forn 30 p.766 erit tinctura cum -i aspectu.

***citrinatio,** -onis *f.* **1** *actio citrinum reddendi – Gelbfärbung:* GEBER. forn. 30 p.766 ad -em lunę accedamus. *al.* **2** *color citrinus – gelbe Farbe, das Gelb:* GEBER. summ. 2,21 p.669 -o . . . albedini est affinis. Ps. AVIC. tinct. 6 p.631^{a},43 -o nihil aliud est quam completa digestio *eqs.* 7 p.632^{a},56 -o . . . est, quae fit inter album et rubeum, et non dicitur color perfectus. *al.*

***citrinesco,** -ere. *citrinum fieri – gelb werden:* GLOSS. Roger. III 411 quousque . . . caro incipiat -ere vel rubescere. I A 2,17 p.637,23 locus patiens . . . -it et post emittit saniem. Ps. AVIC. tinct. 5 p.630^{a},39 saepius rubescit *terra* et saepius -it. *al.*

***citrinitas,** -atis *f.* **1** *color citrinus – gelbe Farbe, das Gelb:* CONSTANT. AFRIC. theor. 7,16 p.35b^{r} est *nigra egestio* . . . mortis significatio, nisi . . . in -em se vertat. TRACT. de aegr. cur. p.138,15 ex . . . -i oculorum. GEBER. summ. 1,36 convenit *aes* cum tutia vehementer, quem illam *(sic?)* citrinat -e bona. ALBERT. M. veget. 6,82 signa . . . maturitatis *cucumeris* . . . sunt, quando declinat ad -em. animal. 8,76 declinat *color rostri alcyonis* ad -em. Ps. ALBERT. M. alch. p.35, 14 qui . . . per citrina -em ⟨. . .⟩ manente specie metalli prioris . . ., verum aurum . . . non faciunt. *saepe. v. et p.653,35.* **2** *materies citrina – das Gelbe:* WILH. CONG. chirurg. 412 valet *cataractae* . . . -s, que purgatur per aures.

***citrino,** -are. *citrinum reddere – gelb machen:* GEBER. summ. 1,32 p.546 quicquid . . . metallum radicitus -at, . . . aurum facit. 2,21 p.669 quia tutiae dealbatio non sufficit, ideo solum -at. ALBERT. M. animal. 10,57 -antur venae corporis *praegnantis. al. v. et l.43.*

adi. **citrinatus,** -a, -um. *helvus – (zitronen)gelb:* BERNH. PROV. comm. 1,6 p.278,11 coleram -am et vitellinam.

***citrinus** (cet-, cidr-), -a, -um. (*cf. ital.* cedrino) **I** *adi.:* **A** *qui citri est – Zitronen-:* **1** *in univ.:* MATTH. PLATEAR. gloss. p.395^{B} unguentum -um dicitur, quia in citro coquitur (Ps. OTHO med. 374^{a}). **2** pomum -um: **a** *fructus Citri medicae (L.) – (Zitronat-)Zitrone:* IOH. PLATEAR. simpl. med. p.32a^{v} pomum -um diverse est nature *eqs.* (ALBERT. M. veget. 6,51 p. -um . . ., cuius caro tendit in sapore ad quandam amaritudinem). *al.* *adde:* CHRON. Noval. app. 6 malum ce-um ipsi dirigens mandansque *eqs.* **b** *de specie leguminis fort. i. q. Vicia cracca (L.) – viell.: Vogelwicke: v. p.654,40.* **B** *citro similis – zitronenähnlich:* **1** *spectat ad colorem:* **a** *helvus, subviridis – gelb(lich), grünlich:* **α** *strictius:* COMPOS. Luc. δ 16 porfiro cidrino. IOH. S. PAUL. diaet. 548 inter aureum et -um *vinum* est palmeum et subalbidum. CONSTANT. AFRIC. grad. p.345,24 mirobalani -i frigidi *eqs.*

[Dauser]

PETR. CAS. (?) chron. 3,74 p.753,28 cetrina *planeta*. TRACT. de chirurg. 1238 cutis corporis -a fit. PETR. MUSAND. summ. p.263,42 *sanguis* viridis vel -us. ANON. tab. p.173,21 Medius lapis sapientum sine dubio est -us lapis. MORIEN. ROM. alch. p.518^{b},46 fumus -us est sulphur -um. GLOSS. Roger. I A 1,23 p.556,19 recipe auripigmenti -i . . . ana. ALBERT. M. veget. 6,303 nigrum *semen cimini* . . . fortius est -o. animal. 1,83 humor -us, qui vitellum vocatur. 2,111 sunt *testiculi* . . . in quibusdam *animalibus* quasi -i (*p.509^{b},26* ὠχροτέρους). 8,76 color *alcyonis* . . . est celestis et -us (*p.616^{a},15* χλωρόν). 8,167 vespae -ae grossae. 22,124 si arsenico -o . . . mus cibetur, morietur. *saepe. v. et p.651,66 et vol. I. p.985,20sqq. 1257,25sqq.* **β** *latius i. q. purpureus, subrufus – purpurfarben, rötlich:* ALBERT. M. sens. 2,7 p.60^{b},35 color . . . Puniceus et ille, qui graece dicitur ἀλουργός, quem nos -um dicimus. veget. 6,303 flos eius *(cimini)* est -us. **b** *colorem helvum (cuti) inducens – mit gelber Färbung (der Haut) verbunden:* CONSTANT. AFRIC. theor. 8,2 p.36b^{r} quedam febres -issime. MAURUS phleb. p.21^{a} laborans yctericia -a. ALBERT. M. animal. 22,98 contra ydropem . . . -am. **2** *spectat ad odorem:* herba -a *i. q. citrago – (Zitronen-)Melisse (Melissa officinalis L.): v. p.651,61.*

II *subst.:* **A** *masc.:* **1** *bot.:* **a** *Terminalia citrina (Roxb.) – Gelbe Myrobalane:* IOH. PLATEAR. simpl. med. p.27a^{v} myrobalanorum species sunt quinque bonorum: -us, kebulus *eqs.* MATTH. PLATEAR. gloss. p.382^{C} -i nanque, chebuli et Indi, scilicet cortices, . . . ponuntur in medicinis. *al. cf. p.652,72.* **b** *arbor Medica – (Zitronat-)Zitronenbaum (Citrus medica L.):* ANTIDOT. Glasg. p.145,15 mirta III, cidrini folia V. **2** *alch. de sulphure i. qui helvus est – der Gelbe:* TURBA phil. 29 p.138,10 introducite -um cum sua uxore *(v. notam ed. p.216^{1}).* **B** *fem.: Chloris chloris (L.) – Grünling, Grünfink:* ALBERT. M. animal. 8,76 est . . . alia avis hokaryz (*p.615^{b},32* χλωρίς) vocata, quae est -a, eius enim inferiores partes sunt declinantes ad citrinitatem.

C *neutr.:* **1** *color helvus – gelbe Farbe, das Gelb:* TRACT. de aegr. cur. p.219,32 sputum erit rubeum aut -o mixtum. ALBERT. M. meteor. 3,4,14 p.683^{b},43 qui *(color paleae)* medius est inter -um et pallidum. *al.* **2** *materies helva – das Gelbe:* **a** *natur.:* -um ovi *i. q. vitellum – Eigelb:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.57,7 -um *ovorum avium* est in proportione ad album plus quam in duplo *eqs.* ALBERT. M. animal. 6,33 crescente . . . pullo paulatim . . . dividitur -um. *al.* **b** *alch. de tinctura vel eius praeparatione:* ANON. tab. p.175,9 iuvat -um super album et rubeum. Ps. AVIC. epist. 8 p.872,42 pulverises super ipsum *(argentum vivum)* . . . ad -um marcasitum aureum. *al. v. et p.652,47.* **c** *medic. de materia sanguinis destillata:* MAURUS phleb. p.27^{a},17 exibit . . . -um et illud est colera. **d** *pharm. i. q. unguentum citro adhibito confectum – Zitronensalbe:* PAUL. AEGIN. cur. 212 p.152,15 validioribus utendum, . . . ut est . . . -um (*3,49,2* κίτριvον).

citrium (-reon), -i *n. fructus Citri medicae (L.) – (Zitronat-)Zitrone:* PAUL. AEGIN. cur. 209 p.143,16 -i (*3,46,4* κιτρίου) suci ciatus. GLOSS. med. p.20,12sq. -orum . . . non una eademque virtus in omnibus -orum partibus. PAUL. DIAC. carm. 1,16 -eon has omnes *(arbores fructusque)* vincit odore suo.

citro *adv.* ultro -o(que) *i. q. huc et illuc – hin und her, hierhin und dorthin:* **1** *strictius:* ALDH. virg. I 15 p.244,14 nisi panuculae . . . inter . . . filorum stamina ultro -oque decurrant. COD. Udalr. 110 (c.1101/02) ultro -oque illecti. *al.* **2** *latius:* **a** *hic et illic – hier und dort:* EPIST. Meginh. 24 p.221,22 michi ultro -oque ocupato non est fas . . . convictus vestri frui presentia. **b** *intus et foris – innen und außen:* GLOSS. IV 24,34 St.-S. ultro -o inne inti uze, hinont enti enont. **c** *citra et ultra – diesseits und jenseits: v. l. 66.* **d** *mutuo – wechselweise:* COD. Udalr. 38 p.80,11 (a.1071) multis . . . accusationibus ultro -oque decursis. LAUR. LEOD. gest. 15 p.500,10 multis sermonibus ultro -oque habitis. *al.*

***citrolus,** -i *vel* ***citrul(l)us,** -i *m. gen. sg.* -is: *p. 654,7.*

species cucumeris – Gurkenart (fort. i. q. Citrullus vulgaris Schrad. – viell.: Wassermelone, cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p.1029): CONSTANT. AFRIC. theor. 5,27 p.22a^{r} -uli et cucumeres . . . calorem et sitim extinguunt. IOH. PLATEAR. simpl. med. p.15b^{r} cucurbita et -oli . . . in calidis regionibus praecipue reperiuntur. TRACT. de aegr. cur. p.84,40 semina -olis et melonis. IOH. S. PAUL. diaet. 283 -ulli . . . sunt . . . styptici. ALBERT. M. veget. 6,315 -ulus . . . est pepo viridis plani corticis *eqs.* animal. 5,42 medulla -oli. *al. v. et vol. I. p. 648,24. colocynthis – Koloquinte (Citrullus Colocynthis Schrad.):* TRACT. de aegr. cur. p.275,14 cum succo -oli acetosi.

citromelon (-onolum, -onulum, -mill-), -i *n. fructus Citri Aurantii (L.) – Frucht der (Bitteren) Orange:* GLOSS. Salern. p.8^{b},26 oxili -i, succi citranguli. DYASC. p.134^{a} accipe -illa tria. ALPHITA I p.278,6 arange, -nolum idem. p.284,40 -nulum. *al.*

***citronella** (ret-), -ae *f.* (*cf. ital. vet.* cetronella) *citrago – (Zitronen-)Melisse (Melissa officinalis L., cf. P. Thomas, ALMA 5. 1930. p.151sq.):* ANTIDOT. Glasg. p.126,12 arcentella retronella coctas histas insimul missita.

citronolum *sim. v.* citromelon.

***citronus** *vel* **-um,** -i *m. vel n. fructus Citri medicae (L.) – (Zitronat-)Zitrone:* MOSES PANORM. marisc. 25 p.195, 21 accipe de -is frischis unam magnam quantitatem. *fort. add.:* PETR. MUSAND. summ. p.267,13 semen -i (citonii BERNH. PROV. comm. 9,1 p.310,21).

citropoda *v.* chytropus. ***citrul(l)us** *v.* *citrolus.

citrum, -i *n.* **1** *fructus Citri medicae (L.) – (Zitronat-)Zitrone:* **a** *gener.:* COMPOS. Matr. 74,1 accipies -um et tollis acetum eius. MATTH. PLATEAR. gloss. p.381^{A} -um . . . habet . . . acetosum . . ., pulpam . . ., corticem. ANON. secret. p.77,28 aceta . . . citrangulorum, -orum, granatorum. *al. v. et l.47. p.652,60.* **b** *spec. de fructu Citri medicae cucurbitinae (Risso et Poit.; 'Esrog', 'Echter Adamsapfel'):* IOH. DIAC. cen. 2,40 Adam -um (ced- *var. l.*, citrium *Ps. Cypr.*) manducavit. **2** *de specie leguminis fort. i. q. Vicia cracca (L.) – viell.: Vogelwicke:* ALPHITA I p.286,17 craicium vel cicrum est legumen quoddam, quo caremus; dicitur etiam . . . -um, pomum citrinum. p.308,47 -um quandoque ponitur pro legumine.

citrus, -i *f.* **1** *arbor Medica – (Zitronat-)Zitronenbaum (Citrus medica L.):* ANTIDOT. Glasg. p.136,2 folia -i manipulum I. DYASC. p.68^{a} -us arbor est *eqs.* MATTH. PLATEAR. gloss. p.380^{a} -us est arbor, cuius fructus -us *(sic)* vocatur; semen -i et cortex medicinae competunt. p.381^{A} -us est arbor, cuius fructus citrum dicitur. *al. de fructu i. q. pomum Medicum – Zitrone: l. 45.* **2** -i semen *per confusionem fort. i. q. Brassica rapa (L.) oleifera vel sim. – viell.: Ölrübe, Rübsen o. ä. (v. G. Pritzel – C. Jessen, Die deutschen Volksnamen der Pflanzen. 1882. p.66):* GLOSS. III 487,14 St.-S. -i semen rŏbesame. *Dauser*

1. citta (cychata, kyche, kythes *sim.*), -ae *f.* (κίττα, κίσσα) **1** *pica – Eichelhäher (Garrulus glandarius L.):* ALBERT. M. animal. 7,33 istae aves *(sc. aquilae)* dicuntur venari hoc, quod vocatur asthychahez (*p.592^{b},13* κίττας). 8,74 avis . . ., quae kyche (*p.615^{b},19* κίττα) a Graecis vocatur . . .; fingit novas voces. 23,124 kythes. **2** κιννάμωμον ὄρνεον – *'Zimtvogel':* ALBERT. M. animal. 8,76 avis, quae vocatur graece cychata (*p.616^{a},3* κίττα), quam Latini chynomolgum vocant *eqs. cf. ThLL. s. v.* 1. cissa.

2.* citta *v.* cittum. *Renner*

cittonia *v.* cydonius.

cittum (scitum), *-in. vel* ***citta** (cinta), -ae *f. de malo Punico:* **1** *spectat ad interiora:* **a** *membrana granorum cameras dirimens – Fruchtblatt:* ALDH. virg. I 9 p.236,18 mala Punica -is (citiis *var. l.*) granisque . . . referta (GLOSS. II 12,25 St.-S. -is felmum). *adde:* GLOSS. II 20,59 St.-S. scitis tonica mali onica *(leg.* Punici*?)* vel pellis i. uuillilon. **b** *granum (seminis) – (Samen-)Kern:* GLOSS. III 98,28 St.-S. -um dicitur granum mali Punici chern. 196,61 -um kerno. **2** *cortex – Schale:* GLOSS. III 314,52 St.-S. citta i.

[Heßler]

cortex i. rinda. 689,53 cittas rinta. 696,17 cinta rinda. *v. ThLL. s. v.* ciccum.

***cituaris** *v.* *zeduar.

***cituitas**, -atis *f.* (1. citus) *(significatio) celerita(ti)s – (Anspielung auf die) Schnelligkeit:* CHRON. Bened. I 8 p. 218,2 -s illius nominis *(sc. Snelbort)*.

citula *v.* cotula. **citum** *v.* scisco (scitum).

1. citus, -a, -um. *script. et form.:* scito: *p.656,3.* *compar.* cici(or): *l.41.59. p.656,8.* *superl.* citimus: *l.22.* *positivus pro superl.: l.19.* *adv. compar. pro superl. vel positivo: saepe, e. g. l. 37sqq.55.57.59.*

celer, properus – schnell, eilig (cf. GLOSS. I 66,18 St.-S. -am sniumen. III 232,45 -us sneller. IV 135,64 -us horscer. *al.):* **1** *de commotione, festinatione:* **a** *gener.:* **α** *de anim.:* POETA Saxo 1,471 -us properans. HROTSV. Gong. 308 fama ... hortatur ... colonos ... accelerare -os. FROUM. carm. 15,11 surge -us. EKKEH. IV. pict. Mog. 71 quam -us (gloss.: id est -o) ostendit serpens *eqs.* ANNAL. Hild. a. 1105 p. 54,18 ut ab urbe vellet -us digredi. *al.* **β** *de rebus, actionibus:* WALAHFR. Mamm. 18,8 -o dimissa columba natatu de caelo venit. HROTSV. Dion. 236 cursu ... -o. CARM. Otton. III. 14,3 citimum flectes per gramina gressum. *al.* **b** *c. colore quodam:* **α** *pernix – flink:* WALAHFR. carm. 74,4 bella ... astu -o ... peracta. **β** *celeriter opus perficiens – schnell arbeitend:* EGBERT. fec. rat. 2,221 inter scriptores -us Augustinus habetur. **2** *de cursu temporis:* **a** *maturus – bald(ig):* WALAHFR. carm. 24,45 assertio firmat ... tolerantem pondera dura ... -os facturum in laeta recursus. AGIUS epic. Hath. 364 breviore via ... reperire -am promeruit requiem *Hathumoda.* **b** *compar. i. qui celerius fit, prior – schneller eintretend, früher:* BEDA temp. rat. 42,2 -ior, quam vulgo putatur, lunaris incensionis locus et hora. METELL. peripar. 7,28 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) nec fuerat reditus cicior nec serior eius. **3** *de modo i. q. praecox – voreilig:* ANNAL. Xant. a. 869 Lotharius ... -us et levis.

adv. **1. cito** (cite: *l.65*). *celeriter, velociter, propere – schnell, rasch, eilends (cf.* GLOSS. I 218,20 St.-S. cicius skiero. III 11,49 -ius sniumo. *al.):* **1** *de commotione, festinatione:* ARBEO Corb. 4 p. 192,1 ad fenestram quam -ius cucurrens. HRABAN. carm. 37,94 corrige hoc -ius. RHYTHM. 58,16,3 de sede prosilivit cicius. ANNAL. Fuld. Altah. a. 900 p. 135,13 -issime ... urbem ... muro obposuerunt. HROTSV. Mar. 820 -ius spatium ... percurrere. THIETM. chron. 6,7 quid hoc esset, explorari cicius ab eo *(rege)* iubetur. METELL. Quir. 48,24 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) exi -o. ALBERT. M. animal. 6,94 vocatur *rochio piscis* ... -o (*cf. p.571*[a],15 ταχεῖα) fideleoz, hoc est augmentativus. *saepe.* **2** *de cursu temporis:* **a** *gener.:* ALDH. carm. eccl. 4,3,9 dicto -ius (ticius *A*). EINH. Karol. 7 p. 9,31 poterat *bellum* ... -ius finiri. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 466,13 tam -o, ut cera pungitur stilo. POETA Saxo 3,226 ut -o gens bellis succumberet una duobus. DIPL. Heinr. II. 174[a] sicque qua -issime ac proxime perveniri potest ad Uraha. VITA Heinr. IV. 11 p. 37,35 ut ... -ius e regno tuo cedere possim. *saepe.* **b** *mox – bald:* LIUTG. Greg. 15 transitu -ius imminente. EIGIL Sturm. 25 p. 161,24 (ed. P. Engelbert. 1968) obitum suum -o adfuturum. HRABAN. epist. 4 quanto -ius (quantotius *var. l.*) possis (*cf.* STATUT. ord. Teut. p. 36,27 quam cicius est eis succurrendum). THIETM. chron. 6,84 p. 374,36 Christi voluntas -o (mox CHRON. Thietm.) perficitur in me. METELL. Quir. 18[a],22 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) sensit -o plagam Dei. *saepe.* *paulo – kurz:* HUGEB. Wynneb. 8 p. 113,10 -o postea. RUODLIEB VIII 10 -o post hęc vivere clausit. **c** *mature – früh(zeitig):* AGIUS epic. Hath. 686 hanc obiisse -o (cite *B*). FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 156,30 girofalci ... habent naturam generandi -o. *al.* *compar. i. q. prius – früher:* BEDA hist. eccl. 4,23 p. 265,24 quare non -ius hoc ... revelare voluisti? FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 157,26 qui *(falcones)* -ius nascuntur, -ius capi possunt (*opp.* tardius). **d** *subito – plötzlich:* ALDH. virg. II 1827 sed -o vexantis cedebat machina poenae. GERH. AUGUST. Udalr. I 24 virum tam -o depositum. THIETM. chron. 6,79 cur tam -o obierit. **e** *extemplo, statim – alsbald, sogleich (cf.* GLOSS. IV 289,19 St.-S. -o ... san): HRABAN. epist. 29 p. 445,16 nec me -o (scito *var. l.*) posse ... condigne respondere. WALAHFR. Mamm. 11,4 -ius securus abibis. HROTSV. Pafn. 4,2 exponam -ius. ERINH. Heimer. 341 p. 610 *bona* -o pauperibus date Christi! *al.* **f** *c. coni. i. q. simul (ac) – sobald:* HUGEB. Willib. 4 p. 97,26 -o ut illic veniebat, coepit aegrotare. COD. Wang. Trident. 83 p. 189,5 (a. 1210) cicius quam ipse id ... habuerit. 131 p. 303,28 cicius cum ei denunciatum fuerit. *cf. p.655,57sq.* *v. et* *quamcito. **3** *de ratione, modo:* **a** *praepropere, temerarie – voreilig, leichtfertig:* LEX Baiuv. 9,18 ut sacramenta non -o fiant. HRABAN. epist. 21 p. 428,2 non nos temerario iudicio -o reprehendat *lector.* carm. 39,27,1 consensit illa -ius. **b** *compar. i. q. potius – eher, lieber:* WALAHFR. Wett. 767 ut nupto -ius dentur loca sancta regenda.

2. *citim. *celeriter – schnell:* CARM. biblioth. 3,1,154 ecclesia mox reditura -m. *Heßler*

2. citus *v.* scio (scitus). **3. citus** *v.* sino (situs).

***cituwar** *v.* *zeduar. **civa** *v.* cepa. ***civalba** *v.* *cubeba. **civalis** *v.* civilis. **civetas** *v.* civitas.

civicus (-venc-, -inc-), -a, -um. **1** *adi.: qui incolarum est, civilis – Einwohner-, bürgerlich:* **a** *urbanus – städtisch, Stadt-:* **α** *gener. i. q. cultus – kultiviert:* HUGO FLOR. act. 11 p. 395,12 -a litterarum disciplina. **β** *publ. et eccl. i. q. civitati (episcopali) destinatus – für die (Bischofs-)Stadt zuständig:* FLOD. hist. 3,22 p. 523,22 (epist.) non ... civilem vel -um, sed municipem ... et ... vicarium episcopum. CHART. Mog. B 84 p. 87,37 iudicum -orum. **b** *domesticus – einheimisch (cf.* GLOSS. IV 125,46 St.-S. -us geburlicher. *al.):* EPIST. Teg. I 13 -um adiutorium non invenerat *filius comitis.* **2** *subst. masc. et fem.:* **a** *civis (minoris libertatis) – (minderfreier) Bürger (de re v. p.661,17):* LEX Raet. Cur. 2,20 (ed. E. Meyer-Marthaler. 1959) si quis homo livertum -incum (-ven- *Ac*, civemque *Bb*) Romanum fecerit (26,10,1 qui -inca [civemque *Bb*] Romana liberta dimissa est). **b** *concivis – Miteinwohner:* GLOSS. IV 199,22 St.-S. -us gibur.

civilis, -e. *script.:* cyv-: CHRON. Fred. 3,4 cyvilia (civilico 3). -val-: CHART. Livon. A I 77 p. 84[b],22. -ll-: MARIAN. chron. a. Chr. 73.

I *adi.: qui incolarum vel civium est – Einwohner-, bürgerlich, Bürger-:* **A** *strictius:* **1** *spectat ad civitates i. q. urbanus – städtisch, Stadt- (cf.* GLOSS. I 61,21 St.-S. -em purclihhan. *al.):* **a** *gener.:* **α** *in civitate situs vel habitans – in der Stadt gelegen oder ansässig:* ANDR. STRUM. Ariald. 26 p. 1073,6 -ia monasteria. p. 1074,14 tam -es viri quam suburbani (ROD. CAMER. Lietb. 15). CARM. de Frid. I. imp. 2447 se recipit patria -is in urbe iuventus. ANNAL. Traiect. a. 1253 (MGScript. XV p. 1303,33) ecclesia -is. *al.* *in civitate munere fungens – in der Stadt amtierend:* CARM. de Frid. I. imp. 2392 -is ... consul. **β** *a civibus habitatus – von (Stadt-)Bürgern bewohnt:* CHRON. Merseb. 2 p. 167,25 oppidum. **γ** *cultus – kultiviert:* ALCUIN. carm. 80,2,1 -es ... mores (VITA Wern. Merseb. 1 p. 245,14). ALBERT. M. eth. 4, 2,1 p. 296[a],4 decentes homines et -es. *al. v. et p.664,19.* **δ** *inter civitates exsistens – unter Städten bestehend:* CHART. Argent. I 542 (a. 1261/63) compassione -i ... condolemus. **b** *publ. et iur.:* **α** *civibus destinatus, in civitate vigens – für die (Stadt-)Bürger bestimmt, zuständig, in der Stadt gültig:* DIPL. Heinr. IV. 466 p. 631,30 secundum ius -e componatur (CHART. scrin. Col. A II 1 p. 7,30 possedet edificia ... ad i. generale et -e. CHART. Lub. 6 -i vel forensi iure, quod wigbeledhe dicitur. CHART. Raitenh. 316. *saepe*). CHART. episc. Hild. I 524 p. 503,13 magistrum -em habebunt. CHART. Eberb. 176 p. 297,21 sicut mos -is exigit. *al. v. et l.27.* *expressius i. qui iure civitatis possidetur – nach städtischem Recht besessen:* CHART. Babenb. 404 p. 251,26 (a. 1242) ut de bonis suis, agris, curiis, vineis -bus, quod pourchrecht dicitur, ... erogandi ... habeant ... facultatem. **β** *e civibus consistens, qui a civibus celebratur – von (Stadt-)Bürgern gebildet oder veranstaltet:* CHART. Brand. A XV 14 p. 12,28 (a. 1251) qui *(burgenses)* ... aderant ad -e colloquium. CHART.

[Pape]

Bern. II 586 erga . . . religiosos in nostrum -e consortium receptos. γ *iure civium praeditus – mit (Stadt-)Bürgerrecht ausgestattet:* CHART. Carinth. III 839[b] p.327,17 (a. 1147) testes fuerunt . . . persone nobiles et -es. **2** *spectat ad vicos, villas i. q. in pago vel villa vigens – auf dem Land oder im Dorf gültig, dörflich (cf. G. Köbler, Civis und ius civile. Diss. Göttingen. 1965. p.90):* CHART. march. Misn. III 3 (a.1196) in nostro *(sc. lantgravii)* iure -i et plebiscito (CHART. Rhen. med. III 67 p.68,15 cum . . . silvam eandem . . . secundum ius -e ab abbate suscepissent. CHART. Meckl. 536 duos mansos et ius -e . . . comparaverunt *monachi. saepe*). CHART. Port. 84 p.110,24 ad -ia iudicia, que vulgo dicuntur ding (CHART. Walkenr. 226 p.163,66 in -i iudicio, quod vulgo lantthing dicitur). CHART. march. Misn. III 453 de . . . criminalibus ad forum -e pertinentibus. *al.* **3** *spectat ad gentes, territoria:* **a** *inter incolas exsistens, internus – unter den Einwohnern (bestehend), innerer:* VITA Sadalb. 13 (MGMer. V p.57,8) -e bellum inter reges Francorum . . . est actum (WIDUK. gest. 1,32. *saepe*). HROTSV. Sap. 1,4 -is concordiam pacis. WIDUK. gest. 3,31 Boioarii -i exercitu externoque fatigati. 3,54 in rebus -bus bona consilia. RUOTG. Brun. 24 p.25,1 -i dissensione. CARM. Cantabr. 9,3[a],4 hostes. *saepe. in rebus privatis necessarius – im Privatleben erforderlich:* HIST. Welf. 13[in.] sapientia tam forensi quam -i preditus. *de planta i. q. e propria indole natus – aus eigener Anlage entstehend:* WALAHFR. hort. 80 tolerat *salvia* -e (gloss. L: id est a vicino) malum. **b** *patrius, notus, usitatus – heimatlich, bekannt, geläufig (cf.* GLOSS. II 595,36 St.-S. -is sueslic): PAUL. DIAC. carm. 11,25 captivum patriae redde et -bus arvis. WALAHFR. carm. 76,48 quam *(Spiram civitatem)* noluerim -i nomine pridem compellare. BERNOLD. CONST. chron. p395,2 -is sive vulgaris . . . annus (HONOR. AUGUST. imag. 2,70 annum -em, id est solarem). *al. impers.* -e est: WALAHFR. carm. 76, 60 est . . . -e poetis extera regna pati. **4** *spectat ad rem publicam (cf. W. Arendt, Die Staats- und Gesellschaftslehre Alberts des Großen. 1929. p.3):* **a** *ad rem publicam pertinens, politicus – staatlich, politisch:* RICHER. REM. hist. 3,60 practices . . . species dico dispensativam, . . . -em. ALBERT. M. bon. 121 p.80,78 politicae . . ., id est -es *virtutes.* nat. anim. 2,6 p.27,5 in omnibus . . . -bus gubernatoribus civitatum. eth. 5,1,4 p.337[a],16 divinius . . . est -e bonum quam oeconomicum. *al. v. et. p.663,59.* **b** *socialis – gemeinschafts-, staatenbildend:* ALBERT. M. sacram. 258 p.169,27sqq. est *matrimonium* officium -e faciens ad statum rei publicae . . .; intendit enim -is confoederationem amicitiae *(cf. L. Brandl, Die Sexualethik des hl. Albertus Magnus. 1955. p.129sqq.).* metaph. 2,11 p.102,59 (ed. B. Geyer. 1960) quia enim 'homo -e animal (*p.1253[a],3* πολιτικὸν ζῷον) est naturaliter'. *al. v. et vol. I. p.660,62. de avibus:* ALBERT. M. animal. 1,37 quoddam . . . genus *avium* est, quod est -e et gregale. **B** *latius:* **1** *gener. i. q. terrenus – irdisch:* EPIST. Worm. I 34 p.61,35 (s. XI.[1]) non -is, sed celestis rethorica. OTTO FRISING. gest. 1,65 p.91,19 in -i facultate. LAMB. LEOD. Matth. I 95 dum *mens* patitur -e (gloss. M: a carne, que concivis est anime) malum. *v. et p.658,60.* **2** *publ. et iur.:* **a** *ad singulos homines vel ad ius privatum spectans – auf den Einzelnen bezüglich, zivil(rechtlich), Privat-:* CAPIT. reg. Franc. 228,24 -es aut criminales causas (CONST. I 50 p.97,2 in . . . controversia sive criminali sive -i. *al.*). CHART. Eichsf. 271 p.156,25 non debemus nos -bus . . . monasterii causis . . . immiscere. *al. e causis privatis proveniens – aus Zivilsachen einkommend:* DIPL. Arnulfi 32 p.48,29 -es banni *(v. notam ed.).* **b** *publicus, saecularis – öffentlich, weltlich:* CAPIT. reg. Franc. 38,17 quidam . . . aecclesiastica negotia -iaque conturbant. 293,15 imperiis secundum . . . ius -e obtemperare. FLOD. hist. 3,26 p.541,21 qui *(presbyter)* relicto ecclesiastico ad -e iudicium proclamaverit. CHRON. Pol. 3,22 p.148,24 qui *(panis)* plus potest, quam possit facere ius -e. CHART. Argent. I 180 p.144,15 renuntiando . . . exceptionibus . . . vel iure -i vel canonico competentibus (CHART. Stir. III 34 p.40,20. *saepe*). HEINR. LETT. chron. 10,15 p.46,12 in -bus causis, quod nos dicimus in iure seculari. SALIMB. chron. p.62,28 in utroque iure peritus, tam ecclesiastico quam -i. *al. de iure Romano (cf. G. Köbler, op. cit. p.91):* CHART. Carinth. I 417 p.308,17 (a.1207) cum in iure -i habeatur expressum *eqs.* RYCCARD. chron. a.1224 p.114[a],36 magistrum Roffridum . . ., -is scientie professorem. CONST. II 196,27. *al.* **c** *secundum ius publicum constitutus – nach öffentlichem Recht verhängt:* CHART. scrin. Col. B 420 (a.1240) morte naturali vel -i . . . mori.

II *subst.:* **A** *masc.:* **1** *homo urbanus – ein Gebildeter:* ALBERT. M. eth. 4,2,1 p.295[b],43 significat (*sc.* ἀστεῖος) . . . aliquando virilem, aliquando -em. **2** *oppidanus, burgensis – Städter, (Voll-)Bürger:* CHART. Burgenl. I 89 p.60,20 (a.1210) de terra -ium . . . castri. ALBERT. M. Iob 24,11 (ed. M. Weiss. 1904) quod etiam -es, non solum pauperes vexaverunt *mali homines.* **3** *qui rei publicae administrandae operam dat – Politiker:* ALBERT. M. pol. 2,4[a] p.136[a],18 vocat . . . -es (*p.1266[a],32* πολιτικῶν) . . ., qui secundum virtutem *leges promulgant. al.* **B** *neutr.:* **1** *consuetudo inter cives exsistens – bürgerliche Gewohnheit:* ALBERT. M. Iob 2,11 p.47,31 (ed. M. Weiss. 1904) cum poena secundum -ia praemium sit peccati. **2** *negotium rei publicae – staatliche Angelegenheit:* ALBERT. M. summ. theol. II 8,32 p.358[a],10 publicum . . . in -bus idem est, quod commune vel solemne. p.358[a],17. **3** *actio privata – Zivilsache:* CHART. Tirol. notar. II 547 (a.1272) facere racionem . . . tam in -bus quam in criminalibus.

neutr. pro adv. i. q. secundum ius civium – nach (Stadt-)Bürgerrecht: CHART. scrin. Col. A II 1 p.13,32 (c.1170/83) domum . . . ita -e et specialiter aquisivit, quod *eqs.*

adv. **civiliter.** *more incolarum vel civium – nach Art der Einwohner oder Bürger:* **I** *strictius:* **A** *spectat ad urbes, civitates:* **1** *gener. i. q. culte – höflich:* PETR. CAS. (?) chron. 4,114 p.831,27 -r et non furiose . . . respondere. **2** *iur. i. q. secundum ius civitatis – nach Stadtrecht:* CHART. scrin. Col. A II 1 p.229,7 (c.1178/1202) iuste et -r emit duas partes domus. CHART. Meckl. 783 civitati Parchem et in eadem -r residentibus. CHART. Dortm. 116 p.55,13 qui *(actor)* -r et legaliter . . . iusticiam . . . consequatur. *al.* **B** *spectat ad gentes, homines i. q. bello civium – durch Bürgerkrieg:* EPIST. var. II 31 p.352,2 ne sanguis populi christiani . . . -r et plus quam -r *(cf. Lucan. 1,1)* funderetur. OTTO FRISING. chron. 5,36 p.260,29 non solum -r, sed et intestine . . . divisi *Franci.* 7,9 p.320,28. **C** *spectat ad rem publicam:* **1** *gener.:* **a** *more boni civis – wie ein guter (Staats-)Bürger:* ADALB. SAMAR. praec. dict. p.60,5 (ed. F.-J. Schmale. 1961) si . . . -r ac concorditer vitam duceretis (ALEX. MIN. apoc. 14 p.314,18). *in imag.:* SIGEB. GEMBL. Theod. 2 in castris coelestis militiae -r militaturus. **b** *iuste – in gerechter Weise:* HIST. Welf. 29 negotia terrae -r pertractat. CHART. Salisb. II 183 p.268,40 marchiam . . . -r rexit (ALEX. MIN. apoc. 14 p.314,30 homines ditionis suae . . . -r regebat *Karolus*). **2** *philos.:* **a** *communiter, forma rei publicae – gemeinschaftlich, in Form eines Staates:* ALBERT. M. pol. 1,8[1] p.69[b],32 *civitates* de numero -r conversantium (*p.1259[a],36* τῶν πολιτευομένων). *de bestiis:* ALBERT. M. animal. 7,2 *apes* -r collaborantes. 14,2 quae . . . habitant simul -r (*item de avibus:* 23,120). **b** *respectu rei publicae – in Hinblick auf den Staat:* ALBERT. M. epist. Dion. 9[x] p.1002[b],16 'theologi inspiciunt quaedam -r (*PG 3,1108[B]* πολιτικῶς) et legaliter', quia . . . loquuntur de civili scientia *eqs.*

II *latius:* **A** *actione privata – in einer Zivilsache:* CAPIT. reg. Franc. 132,2 undecunque . . . criminaliter aut -r fuerit accusatus (CONST. II 145 nullus . . . clericus . . . conveniatur -r seu c. coram iudice seculari, nisi -r super feodis. *al.*). CONST. III 237,13 -r experiri. *al.* **B** *legitime – legitim:* CHART. Salisb. III 646 p.150,4 (a.1211) ratione previa -r est inductum, ut *eqs.* CHART. Bern. II 405 p.424,26 de militari prosapia -r sive legitime descendentes *milites.*

civilitas, -atis *f.* **1** *spectat ad urbes, civitates:* **a** *gener. i. q. urbanitas, humanitas – Bildung, Menschlichkeit:* THIOFR. Liutw. 6 p.20,10 (ed. W. Lampen, Coll. Franc. Neerl. III/6. 1936) *virum* egregia -e . . . praeditum. HUGO

[Pape]

FLOR. hist. p.349,24 estis *(sc. comitissa)* litteris erudita, quod est ... -s magna. REIN. LEOD. Wolb. 12 (MGScript. XX p.567^{b},34) augustae -is cesar. **b** *iur. i. q. ius civile – (Stadt-)Bürgerrecht:* **α** *proprie:* CHART. select. Keutgen 139,40 (c.1130) quicumque ... -em suam renunciaverit *eqs.* CHART. Hans. 223 p.69,17 cum aliquis acquirit -em. CHART. Mulh. Thur. 142 ius perfecte -is. CHART. Heinr. Leon. 67 p.100,11 (spur.) oneribus, que ratione -is exigi solent, astringi. *al. in iure iurando:* CHART. Rost. B I 3,3 p.72 (ed. H. Thierfelder, Rostocker Stadtbuch. 1967; a. 1258/60) hoc sub -e promiserunt. *de caelo:* CHART. Pomm. A 33 p.84,3 (a.1173) superne patrie ... -em comparare. **β** *meton. i. q. donatio iuris civilis – Bürgerrechtsverleihung:* CHART. Bern. II 320 (a.1251) ut ... -s valentior sit. CHART. Pommerell. 178 littera -um Lubicensium. **2** *spectat ad gentes, pagos sim.:* **a** *origo, affinitas gentis – Herkunft, Stammesverwandtschaft:* PAUL. FULD. Erh. 1,1 Herhardus ... Nervus -e. FOLCUIN. Lob. prol. p.55,32 gens *Francorum* Romanis quadam -e coniungitur. **b** *ius publicum – öffentliches Recht:* FORM. extrav. 1,3^{a} salva -e (uuitate 3) ... admonere. **c** *vindicatio possessionis publica – öffentlicher Besitzanspruch:* ANNAL. Rod. a.1137 p.713,4 ex iure -is huius aecclesiae, quam ipsa ex curtis potestate ... habet *eqs.* **3** *spectat ad rem publicam, regnum:* **a** *gener. i. q. attinentia rei publicae – staatliche Zugehörigkeit:* BERNO epist. 10 p.37,1 (ed. F.-J. Schmale. 1961) quatinus ... gloriosos reddat -s, quos hactenus nulla Alpium potuit separare asperitas. LIBER de unit. eccl. 2 p.185,23 ut sint liberi, quotquot sunt sub -e sua *(sc. Romae).* LAMB. LEOD. Matth. I 241 Babylonius (gloss. M: non natione, set -e). **b** *philos.:* **α** *mores boni civis – Verhalten(sweise) eines guten Staatsbürgers:* ALBERT. M. bon. 228 p.137,70 -s ... est ... honestus modus vivendi. 232 secundum normam -is. miner. 2,3,5 p.53^{b},31 praeparare ... ad ... -em bonam. *al.* **β** *ordo rei publicae – staatliche Ordnung, Verfassung:* ALBERT. M. pol. 3,3^{a} p.226^{a},29 quia ... mutantur civitates et -es. 3,4^{b} p.231^{a},17 quorum *(principatuum)* omnium ordo per leges iustitiae ... vocatur politia (*p.1278^{b},11* πολιτεία) sive -s. 5,7^{i} p.512^{b},27 tyrannus violator est -is. *al. de bestiis:* ALBERT. M. animal. 1,58 quae *(apis)* ... regitur ... monarchia et -e (4,88). **γ** *res publica – Staat(swesen):* ALEX. MIN. apoc. 14 p.314,18 -is ordo. ALBERT. M. metaph. 1,1,10 p.15,64 (ed. B. Geyer. 1960) artes -em conservantes. 2,11 p.102,60 non potest perfici -s sine congregatione. *al. in imag.:* ALBERT. M. Iob 15,28 (ed. M. Weiss. 1904) habitavit *impius* in -e peccatorum. *de bestiis:* ALBERT. M. animal. 1,55 non referunt *apis et formica* ... thesauros, ut organice -i aliorum deserviant animalium *(sim. de apibus:* 8,141. *al.).*

civillis *v.* civilis.

***civiloquium,** -i *n. conventus civium – Bürgerversammlung:* CHART. Rost. E 13 p.190 (ed. H. Thierfelder, Rostocker Stadtbuch. 1967; a.1270/71) cum esset -um *('bursprake')* in civitate Rozstok.

civincus *v.* civicus.

I *proprie:* **A** *strictius i. q. spissare, condensare, cogere – verdichten, zur Gerinnung bringen (saepe medial., raro intrans. [l.9.30] i. q. cogi, coire – gerinnen, koagulieren; cf.* GLOSS. I 84,12 St.-S. -culavit [*a,* -co- *b*] karinnit. *al.):* **1** *de lacte, sanguine (anim.):* RECEPT. Sangall. II 25 quousque -culet *sanguis.* HILDEG. scivias 1,2 p.396^{B} *lac* octava vice -tum et coctum. BRUNUS LONG. chirurg. 1,10 p.109^{E} medicamen, . . . quod -at sanguinem. ALBERT. M. animal. 3,70 non -atur (*p.515^{b},35* πήγνυται) *sanguis tauri.* WILH. SALIC. chirurg. 1,35 p.315^{A} propter actionem spermatis . . . quasdam sanguinis partes et lactis -antem cum quibusdam. *al. v. et p.751,31.* **2** *de semine:* HILDEG. scivias 1,2 p.394^{C} vires seminis aufero, ne in ventre matris -etur. ALBERT. M. Iob 10,10 (ed. M. Weiss. 1904) gutta . . . viri . . . comprehendit eam *(guttam feminae)* et -at. *coagulatione efficere – durch Gerinnung entstehen lassen (medial. i. q. coagulatione oriri – durch Gerinnung entstehen):* AGOB. epist. 13,3 ex humano semine -amur. HILDEG. phys. 5,14 quoniam pisces . . . spuma masculi -antur. ALBERT. M. animal. 5,7 semen . . . maris est formans et -ans conceptum. **3** *de variis liquoribus:* **a** *natur. et alch.:* TURBA phil. 10 quousque -etur *brodium* et nummi fiant variati. GEBER. summ. 1,24. ALBERT. M. animal. 3,102 qui *(humor)* iam incipit spissari et -ari. 3,140 kylus -atur ante intestina. veget. 2,33. *al. v. et p.749,42.751,47. refl.:* AETHICUS ISTER 112 p.83,23 in duritiam salis se -culare (-are, -ari *var. l.*). **b** *pharm. et techn.:* BOTAN. Sangall. 41,2 *lac tithymalli* ad sol stet, usque quo quaculat. COMPOS. Matr. 1,9 fortassis -verit *gummi.* MATTH. PLATEAR. gloss. p.368^{E} cum -tus fuerit *sanguis saxifragi.* p.374^{B} quae *(scammonea)* cum sit genus lactis, -retur cum pulveribus. TRACT. de chirurg. 322. **c** *usu communi:* ARBEO Corb. 12 divina virtus . . . ministravit elimentum . . . aeris lacrimis -cularе. BERNOLD. WAT. chron. 2 ut infecti crassitudinem aeris . . . nocivam alveus confluens in se -ari non permittat. **B** *latius:* **1** *consolidare – (ver)festigen (medial. i. q. concrescere, indurescere – fest werden, sich verhärten):* MAPPAE CLAVIC. 6 pateris -ari *argentum.* COMPOS. Matr. 73,8 ubi -olata fuerint *(sc. margaritae).* TURBA phil. 13 p.122,22 ipsam *(humiditatem lapidis)* in vase -ate, quousque cinis fiat. HILDEG. phys. 4,18 quia de veneno . . . -atur *magnes.* ALBERT. M. meteor. 4,2,2 p.749^{a},23 quae -antur frigido . . . sicut metalla. animal. 7,98 lapis . . . infrigidatur in capitibus eorum *(piscium)* et -atur (*p.601^{a},31* καταπήγνυται). veget. 4,29 calor -at ipsum *(lutum). al.* **2** *usu medial.:* **a** *congelari – (völlig) gefrieren:* AETHICUS ISTER 19 si nix aut glacies parumper resolutae fuerint, statim in nimiam duriciam -culentur (-gu-, -antur *var. l.*). CARM. cod. Paris. (8440 f. 40^{r}) 2,2 -colatur humus hic et amnis. **b** *consanescere – verheilen:* EKKEH. IV. cas. 38$^{ex.}$ -ari fractura illa nullis fomentis . . . valuit (81$^{ex.}$). ALBERT. M. animal. 3,132 quod iterum -etur tela et consolidetur. **c** *coalescere – zusammenwachsen:* ALBERT. M. animal. 1,116 quia . . . ossa feminarum magis confluunt et -antur.

II *translate:* **A** *coadunare – versammeln:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a.884 p.112,24 -ta multitudine. **B** *coniungere – verbinden:* NARR. de Gron. 14$^{ex.}$ bona bonis cotidie se -are inceperunt.

adi. **coagulatus,** -a, -um. **1** *proprie:* **a** *strictius i. q. spissatus, condensatus – verdichtet, geronnen:* **α** *de lacte, sanguine:* LIBER hist. Franc. 37 ut . . . aqua currere non valeret pre sanguine -colato (ALBERT. M. Iob 39,30 [ed. M. Weiss. 1904] carnem mollem ex s. -o factam). DIAETA Theod. 315 lac -um (ALBERT. M. animal. 15,118 sicut accidit in lacte -o, quod corpus et materia sunt a lacte, coagulatio autem a coagulo). *al. v. et p.751,63. per compar.:* ANNAL. Fuld. II a.840 p.30,30 quasi -i (-go- *2*) sanguinis speciem (ALBERT. M. animal. 1,163.439). **β** *de variis liquoribus:* ARS med. 7 p.427,18 -olati humoris collectio. GESTA Ern. duc. I p.26,11 *sinus* -um mare *('Lebermeer')* . . . vocatur. *in imag. et per compar.:* Ps. GALEN. febr. 322 urina saniosa et . . . velud -a.

[Pape]

HILDEG. scivias 3,8 p.656[D] quod erunt *vulnera peccatorum* in -um opus huius immunditiae quasi globus. **b** *latius i. q. solidus, concretus – fest, verhärtet:* CONSTANT. AFRIC. theor. 1,4 p.2a[r] terra gravior . . . atque sibi -ior. TRACT. de chirurg. 712 que *(calx)* -issima est. *in crystallos formatus – kristallisiert:* Ps. ARIST. magist. p.643[a],26 sal erit -um. **2** *translate:* **a** *gener. i. q. conexus – verbunden:* EPIST. Teg. I 33 oculo dilectionis . . . , quo semper menti . . . -o numquam te intueri desisto. 46 cum menti nostrę . . . amore sitis -us. **b** *mus. i. q. compositus – zusammengesetzt (cf. P. Wagner, Neumenkunde. [2]1912. p.357):* ANON. mus. Wagner p.336 nota, quae dicitur -a, ex tribus accentibus ostenditur.

subst. **1. coagulanda,** -orum *n. quae condensari possunt – Koagulierbares:* GEBER. summ. 1,53 p.603 diversificatur *coagulatio* . . . secundum ipsorum -orum multiplicitatem.

2. coagulatum, -i *n.* **1** *substantia condensata vel concreta – verfestigte Substanz, Koagulat:* HILDEG. phys. 5,27 usque dum -um vitalem aerem accipiat. ALBERT. M. meteor. 4,2,5 p.755[a],9 congelata . . . et -a frigido humectari possunt. *al.* **2** *caseus (recens) – (Weiß-)Käse:* DIAETA Theod. 262 -um bubulinum omnibus tumoribus medetur.

coagŭlum (go-, qua-, -acu-, -gol-, -aquol-), -i *n.*, *raro* **coagŭlus,** -i *m. (l. 37).*

I *substantia spissationem efficiens – Gerinnungsmittel:* **A** *strictius:* **1** *substantia lac cogens vel ventriculus eam continens – Lab(magen):* **a** *proprie (cf.* GLOSS. III 553,22 St.-S. -um lap. IV 214,23 -um ches luppe. *al.):* **α** *natur.:* WILH. RUBRUQU. itin. 4,4 (Sinica Franciscana I/3. 1929) quod nullius animalis lac, in cuius fetus ventre non invenitur -um, coagulatur. ALBERT. M. animal. 3,70 coagulatio lactis, in quod non inicitur -um (*p.516[a],4* πῆγμα). 3,174 *lac* coagulatur . . . ex eo, quod vocatur -um (*p.522[b],5* πυετία). *ibid. al. (v. ind.). v. et p.750,67.* **β** *medic. et techn.:* FRAGM. mul. II 3 quaquolum leporis integrum (III 3 coaculum. TRACT. de caus. mul. 11 quagolum. ANTIDOT. Bamb. app. p.37,28 goaculum. COMPOS. Matr. 74,5 -um l. et vulpis tritum. *al. cf.* FRAGM. mul. II 10 quaculum leporinum). DYASC. p.64[b] -us omnis . . . dyaforetice . . . est virtutis. MATTH. PLATEAR. gloss. p.388[BC] -um dicitur, quia facit lac coagulari . . .; -um agni . . ., -um vituli . . .: nota, quod omnia ista -a ponuntur ad mundificationem. ALBERT. M. animal. 22,35 -um de ventre catuli parvuli. *al.* **b** *per compar.:* Ps. GALEN. anat. 41 p. 213[B] sperma viri -o comparatur *eqs.* ALBERT. M. animal. 18, 61. **c** *in nomine medicamenti:* MATTH. PLATEAR. gloss. 369[B] illud *genus castorei* -um appellamus. **2** *alch. i. q. species fermenti – ein Ferment:* ANON. tab. p.159,3 quod *(fermentum fermenti)* vocavit Maria . . . -um, cum sit coagulans aquam (p.191,24). **B** *latius i. q. vis conglutinans – bindende, zusammenfügende Kraft:* **1** *proprie:* WALAHFR. exord. 16 panis de multis granis aquae -o in unum corpus redigitur. **2** *in imag. et per compar.:* VITA Ludow. Pii 36 p. 627,32 totius populi consensus quasi quodam -o in unum coniuravit. 59 p.644,2 inter filios . . . -o benivolentiae firmato.

II *de rebus spissatione effectis:* **A** *lac concretum, caseus (recens) – geronnene Milch, (Weiß-)Käse:* CONFL. ovis et lini 107 *lac ovis* super lignum per densa -a pressum . . . suscipit effigiem. LAMB. LEOD. Matth. I 2064 deferimus . . . -a lactis. WILH. RUBRUQU. itin. 4,6 (Sinica Franciscana I/3. 1929) residuum lac . . . coagulatur bulliendo et -um illud siccant. **B** *lac pingue (e mammis proveniens) – fette (Mutter-)Milch:* GLOSS. III 487,21 St.-S. -um spinrust. 496,41 -um roum vel spunna. **C** *massa – Masse:* CAES. HEIST. mirac. I 9,25 in sanguinem *(sic?)* -um (coagulatum *D*) eum *(panem)* vidit conversum.

coaiutor *v.* coadiutor.

coalesco, -alui, -alitum, -ere. *script.:* cum-: *p.752,25.* -lisc(o): *p.752,27. form. partic.* -altus: *p.752,13.32.*

1 *concrescere – zusammenwachsen:* **a** *proprie:* **α** *cohaerescere – hängenbleiben:* METELL. Quir. 28,9 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) silices manibus -unt. **β** *coagulari, consistere – gerinnen, zum Stillstand kommen:* MIRAC. Hucberti 1,7 die tertio fluens -uit sanguis. *in imag. c. sensu condensandi:* GESTA Trud. cont. I 8,2[med.] -uit lactea potatio illarum collationum in corde eius. **γ** *radices agere – festwachsen, Wurzeln schlagen (in imag.):* SALOM. II. epist. 24 p.410,23 ut . . . semen doctrinae Christi in eo -at. EBERH. BAMB. epist. 8 p.503[D] verbum Dei, quia in terram bonam cecidit, -uit. **b** *translate i. q. coadunari, consociari – sich vereinigen, zusammenschließen:* CAND. FULD. Eigil. II 21,22 plebs . . . Christo subrigitur templumque Deo -it (conglescit in *marg.*) in almum. ORD. coron. imp. 4[a],2 populus . . . pullulet -tus benedictione aeternitatis (5,5. *al.*). VITA Heinr. IV. 9 p.30, 12 quanto prius invicem in amore -uissent *maiores regni.* **2** *(penitus) adolescere – (völlig) auf-, heranwachsen:* **a** *proprie:* AETHICUS ISTER 72 p.55,1 colles . . . -ltis vinetis . . . gignentes falerna. ALBERT. M. Iob 39,17 (ed. M. Weiss. 1904) quomodo . . . -at *pullus struthionis.* animal. 16,57 nec haberet *semen,* unde id, quod elevatum est, -ret, nisi per humorem . . . cibaretur. **b** *translate et in imag.:* **α** *convalescere, augeri – (mit)erstarken, zunehmen:* AETHICUS ISTER 79 p.60,13 -uit (convaluit *TD*) . . . Histria. ABBO SANGERM. bell. 3,105 -it ([-ens *P*]. gloss.: crescit) . . . *virtus* eius pectoris in portu. OTTO FRISING. gest. 1 prol. p.11,36 ut . . . ex convictu haec tecum -uisse . . . videantur. CHART. Anhalt. I 417 p.305,10 ut . . . inter mortales -rent iura. **β** *consanescere – (mit)gesunden:* ANSELM. LEOD. gest. 2,41 p.214,24 nisi in sanitate capitis cum-rent etiam egrotantia membra. **γ** *(simul) oriri, nasci – (mit)entstehen, erwachsen (cf.* GLOSS. I 90,12 St.-S. -uit intspiranc. IV 5,65 -iscant eruuahsant): NOTKER. BALB. notat. p.65,15 fastidium, quod tibi de librorum tedio -uit. ALBERT. M. summ. theol. II 18,114,1,2 p.331[a],40 dicit *Dionysius,* quod 'malum non -it nisi in bono'. *fort. add.:* AETHICUS ISTER 75 p.57,34 extabuit baratrum vibrata parte -ltum. **δ** *progredi – sich entwickeln:* HELM. chron. 65 p. 123,10 in deterius -uerunt (convaluerunt *2.3*) *Slavi.*

*?****coalligo,** -ere. *conectere – zusammenbinden:* SALOM. II. epist. 36 breviculam apertam illi signatae -e (coagillę *C*).

***coalternatio,** -onis *f. dispositio mutuo et congruenter aequidistans (ab aequatore) – wechselseitig entsprechende, im gleichen Abstand (vom Äquator) befindliche Anordnung (de re v. l.48):* ALBERT. M. nat. loc. 1,10 p.548[b],24 in illis terrae dimensionibus quidam . . . circulariter dicuntur habitantes, quidam autem -e et quidam vero opposite.

***coalternatus,** -a, -um. *vicissim succedens – abwechselnd aufeinander folgend:* WALTH. AGIL. med. 128 -a est, cum una ingreditur post erradicationem alterius febris. *ibid. iterum.*

***coalterne** *adv. loco mutuo et congruenter aequidistante (ab aequatore) – am wechselseitig entsprechenden, im gleichen Abstand (vom Äquator) befindlichen Ort (cf. Th. Schmitt, Die Meteorologie . . . des Albertus Magnus. Diss. München. 1909. p.144[277]):* ALBERT. M. nat. loc. 1,10 p.549[b],13 -e . . . habitare dicuntur, quorum una quidem est longitudo, sed non latitudo eorum est una et eadem.

coaltus *v.* coalesco.

***coambulabilis,** -e. *simul iens, comparticeps – gemeinsam wandelnd, teilhaftig:* ALBERT. M. eccl. hier. 7,2 p.762[b],6 '-ia (*PG 3,553[A]* ὁμοπόρευτα) *sanctarum animarum corpora* conscripta', quantum ad divinam praedestinationem *eqs.* 7,19 p.796[b],39.

***coambulatio,** -onis *f. coadunatio – das Zusammengehen, Vereinigung:* ARNO REICHERSB. scut. p.1525[A] ubi sacerdotalis auctoritas . . . et monastica sanctitas . . . iuncta fuerit, talis -o . . . ad laudem . . . Dei proficiet. p.1525[B] fructus . . . -is Ioannis et Petri *eqs.*

coambulo (cuma-), -are. **1** *simul ire – zusammen-, mitgehen:* **a** *proprie:* VITA Pard. 5 (MGMer. VII p.27,25) ubicumque ipse Lantharius . . . ambulabat, ipsum *(Pardulfum)* semper cum-are faciebat. **b** *in imag.:* RATHER. prael. 5,3 dum -ant *testes Dei* in ista praesentis itineris via. HUMB. Sim. 2,23 p.168,8 Paulus . . . has vulpes -antes *([sc. haereticos]. cf. Vulg. iud. 15,4)* . . . cavendas . . . denunciat. **2** *cursum aequare – Schritt halten:* GERHOH. Antichr. 1,25 p.334,14 dum . . . pedites equitibus -are non possent.

[Pape]

***coamictus,** -a, -um. *(penitus) indutus – (ganz) umhüllt:* LAMB. LEOD. Matth. I 142 *(in imag.)* nudus carne, ... animam Christo -us.

***coamplifico,** -are. *ampliorem reddere – (noch) erweitern:* WIBALD. epist. 138 p.218,2 materna lingua sententiam -ans.

***coancilla,** -ae *f. de sanctimonialibus i. q. famularum socia – Mitdienerin:* AGIUS epic. Hath. 491 nos cum -is nostris ... ducimus excubias (ENGELH. WIRZ. Burch. 2,4 p.28,13). 626.

***coangelicus,** a, -um. *script.:* quo-: *l.17.* cona-: EPIST. Lang. 19 p.712,12. *angelis similis – engelgleich:* **1** *de papa:* **a** *in univ.:* EPIST. Bonif. 85 p.190,14 cum sancto -o patre. CONC. Karol. 33[B] p.240,22 Leonem sanctissimum et -um (coevangelicum *B.V1*) papam. CONST. I 380 p.533,3 presidente piissimo et -o domino Iohanne. *al. subst. masc.:* HIST. Lang. cont. II (MGLang. p.201,24; s. IX./X.) per iam dicti quo-i concursum *(ex Lib. pontif.).* **b** *in allocutione:* EPIST. Lang. 19 p.712,34 vestra -a iussio et auctoritas. p.713,39. *ibid. al.* **2** *de (archi)episcopis, abbatibus:* VITA Ansb. 36 add. cod. 2 b (MG Mer. V p.641,31) sepelitur ... iuxta -um virum ... Wandregisilum *(sc. abbatem).* GESTA Font. 1 p.13,5 ab ... -o episcopo ... est ... consecratus. DIPL. Otton. I. 340 p.465,5 sanctissimo et -o *(sic)* archiepiscopus. *al.*

coangustatio, -onis *f. coartatio (simul effecta) – (gleichzeitige) Verengung:* URSO qual. 516 in medio pori nervi sequitur -o. ALBERT. M. mot. animal. 1,2,6 p.278[b],10 cordis. animal. 1,361. *al. compressio – das Zusammendrängen:* ALBERT. M. sent. 1,37,25 p.267[a],2 in uno loco corporali non possunt esse diversa corpora sine -e *eqs.*

coangustio, -atum, -are. **1** *urgere – (be)drängen:* CONST. I 5,6 (a.948) districtus ... et -tus ... abrenuntiare. CHRON. Reinh. a.1203 p.566,29 ad recipiendum se strictissime -ti sunt. **2** *medial. i. q. compati – mitleiden:* ALBERT. M. eth. 9,3,5 p.596[b],14 gaudent in his, qui sibi -antur (*p.1171[b],11* τοῖς συστένουσι) et condolent.

adi. **coangustiatus,** -a, -um. *afflictus – in Bedrängnis (befindlich):* DUNGAL. epist. 3 qui antea ... non fui sic ... -us. *v. et* coangusto.

coangusto, -avi, -atum, -are. **1** *proprie i. q. (simul) coartare, minorem reddere – (zugleich) verengen, einengen, verkleinern:* **a** *strictius:* MAURUS urin. II p.50,4 epar ... -atur in suis meatibus. ALBERT. M. animal. 1,318 cum contrahitur *par musculorum,* claudit epyglotim et -at. veget. 4,163 grossities illius *(fumi)* -bit poros arboris. summ. theol. I 18, 73,1 p.751[a],26 si multi spiritus essent hic, quod eo non -rent locum. *al. v. et vol. I. p.593,24. medial. i. q. (nimis) angustum fieri – (zu) eng werden:* VITA Annon. I 3,16 p.506[b],20 aedium spaciositas prae nimia populositate -ari videbatur. **b** *latius:* **α** *in angustum spatium concludere, circumsistere – auf einen engen Raum beschränken, umstellen:* GESTA Camer. cont. I A 19 municipium ... -tum. BURCH. URSB. chron. p.120,18 tam homines quam equi steterunt in aquis ...; -tos ipsos ... circumdedit soldanus. CHART. Eberb. 206 p. 344,2 domum. ALBERT. M. animal. 8,198 si multi sunt -antes (*p.629[b],13* ἀναγκασθῇ) ipsum *leonem. al. in angustum spatium pellere – in die Enge treiben:* PASS. Sigism. 8 (MG Mer. II p.337,8) videns se hinc inde -are (-ari *var. l.*). **β** *aggeribus coercere – anstauen:* TRAD. Weihenst. 11 p.469,8 (a.1177/82) quod aqua ibi *(apud molendinum)* -ta ... fines prati sui suffocaret.

2 *translate:* **a** *urgere – (be)drängen:* OTTO FRISING. chron. 7,27 p.352,19 -tos *(sc. Tyburtinos)* ad deditionem ... coegit. **b** *sollicitare, anxiare – beunruhigen, ängstigen:* VITA Mathild. II 23 p.299,29 gravius -bitur vester animus. CAES. HEIST. mirac. I 4,77 p.245,15 ut corde -to (-iato *D*) ... spiritum exhalaret. *al. refl.:* CHRON. Salern. 65 p.63,26 de tali re minime te -are.

coangustus (cona-), -a, -um. *(nimis) artus – (überaus) eng:* STEPH. EDD. Wilfr. 38 -a et ancxiata vincula. *de parva apertura:* WALAHFR. hort. 169 stricto (gloss. L: con-o) lenis meat ore Nothi vis.

***coanimatus,** -a, -um. **1** *(simul) incitatus – (zugleich) ermutigt:* THEOD. AMORB. Firman. prol. p.25,21 quadam familiari fiducia -i ... rogare illum connisi sunt. **2** *concors – einmütig:* RUD. TRUD. gest. 7,7 p.267,44 de -a eorum *(adhaerentium Heremanni)* obstinatione.

***coannexus** *v.* *coadnexus.

***coantiquus,** -a, -um. *ex aeternitate coexsistens – in gleicher Weise von Ewigkeit her bestehend:* GERHOH. tract. p.223,6 ut ostenderet *Filius* se Patri suo antiquo -um.

***coanxio,** -are. *(simul) capere posse – (zugleich) fassen können:* METELL. Quir. 66,8 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) vix fores ... globos *intrantium et exeuntium* -ant.

***coapono** *v.* *coappono.

***coapostolicus,** -i *m. consors apostolatus – Mitinhaber der apostolischen Würde:* HROTSV. prim. 163 praesul Anastasius ... et -us sacer Innocentius eius.

coapostolus, -i *m. qui una (cum aliis) apostolus est – Mitapostel:* LIUTG. Greg. 12 p.76,32 -o eius *(s. Petri)* Paulo adhortante. TRANSL. Herm. p.410,23 patrocinia ... Petri principis apostolorum et -i eius *([sc. s. Pauli].* CHART. Eichst. 30 p.64,11 P. p. a. et ceterorum suorum -orum ... asecla. *al.).* DIPL. Heinr. IV. 209. *al.*

coappello, -are. *simul nominare – zugleich nennen:* GERHOH. glor. 18,7 p.1142[c] qui *(Nestorius)* ... dixit hominem Deo -andum et coadorandum *(cf. Rustic. c. aceph. p. 1213[c]).*

***coappendo,** -pensum, -ere. *una adnectere – zusammen anhängen:* CHART. ord. Teut. (Hass.) 279 (a.1272) milites et castrenses ..., quorum sigilla presentibus sunt -sa (CHART. Wirt. VIII 2833 p.142,34).

***coappono** (-apo-), -ere. *(una) adnectere – (mit) anhängen:* CHART. Meckl. 1353 p.507,7 (a.1275) cui *(scripto)* ... filii nostri ... sigilla sua similiter coaponent.

***coapproprior,** -ari. *proprium esse – charakteristisch sein, eignen:* ALBERT. M. eth. 10,1,1 p.600[a],22 delectatio maxime ... videtur -ari (*p.1172[a],20* συνῳκειῶσθαι) generi nostro.

coaptabilis, -e. *qui applicari potest – assimilierbar, anpaßbar:* ALBERT. M. summ. theol. II 4,14,3,2 p.190[a],26sqq. licet lux Verbi ... sit ... nullo intellectui -is per comprehensionem, tamen Verbum ..., ut est ratio ..., -e est intellectui creato.

coaptatio, -onis *f.* **1** *techn.:* **a** *apta collocatio – geeignete Aufstellung:* GEBER. summ. 1,42 errare ... tam ex diversitate fornacum ... quam vasorum et -is illorum. **b** *(apta) exaedificatio – (angemessener) Ausbau:* HIST. Walc. 45 quomodo ... luculenti -e innovaretur *ecclesia.* **2** *mus. et philos. i. q. (plenus) concentus, harmonia – (volle) Übereinstimmung, Harmonie:* AUREL. REOM. mus. 11 p.45[b],24 ut ... versus eiusdem nexus repetitioni plenam habeat ... -em. BOVO CORB. Boeth. 9 nullum ... corpus ... absque istorum *(elementorum)* -e consistit. *al.* **3** *in ludo aleario i. q. compositio – Zusammenstellung:* GESTA Camer. 1,89 p.437,19 numerorum utilis -o.

coapto, -avi, -atum, -are.

I *de actione coniungendi:* **A** *strictius:* **1** *(apte) conectere – (passend) zusammenfügen:* HROTSV. Pafn. 1,4 *homo* ex magis contrariis partibus -atur. RUODLIEB V 311 quando -entur *vasa,* ceu panes sint, videantur. **2** *coadunare – vereinigen:* **a** *obi. homines:* DIPL. Conr. II. 192 p.256,25 ut ... in Dei servitio ... -entur *monachi.* **b** *obi. res:* HRABAN. epist. 33 p.466,5 quod haec simul cum caeteris in unum volumen -rem. REGINO harm. inst. 4 p.233[a] qualiter ad invicem -entur *consonantiae* seu ab invicem seiungantur. *al. refl. i. q. se componere – sich zusammenordnen:* ALBERT. M. metaph. 3,2,1 p.113,91 (ed. B. Geyer. 1960) omnes *causae* -ant se ad serviendum sibi *(sc. fini ultimo).* **B** *latius:* **1** *conciliare – gewinnen:* PAUL. DIAC. Lang. 4,51 p.138,17 ut ... Langobardos suo consortio -ret *comes.* **2** *adiungere – in Verbindung bringen:* CHART. civ. Erf. 287 (a.1276) ut presentia preteritis nequeat -are *memoria.*

II *de actione accommodandi:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* **a** *apte applicare, apponere – passend anlegen, anpassen, anfü-*

gen: Ps. Boeth. geom. 305 (ed. M. Folkerts. 1970) datae rectae lineae . . . aequam rectam lineam -are. Theoph. sched. 3,53[in.] in omnibus domunculis . . . -bis singulas partes auri. 3,83[ex.] cum . . . fuerit . . . fistula suo inductorio -ta. Statut. ord. Teut. p.108,32 mensuram vestium mensuris corporum -bit. **b** *apte collocare – passend aufstellen:* Geber. summ. 1,50 p.589 olla . . . -etur in furno. **c** *iuxta ponere – danebenlegen:* Vita Euch. Val. Mat. 21 corpus colligentes . . . corpori . . . Eucharii -verunt. **2** *latius i. q. addere – (hin)zufügen:* Walahfr. exord. 26 p.507,10 ymnum . . . omnibus paene psalmis . . . -ant. Carm. de Rob. 148 si vera -o. Carm. Bur. B 71,2[b],4 dum canendo merule carmina -at *philomena. v. et supra p.543,46.* **B** *translate:* **1** *usurpare – verwenden:* Chart. episc. Hild. II 625 p.313,32 (a.1240/50) mansos . . . suis usibus -are. **2** *coaequare – angleichen:* **a** *attribuere – zuordnen, beilegen:* Albert. M. summ. creat. II 1,43,4 p.391[a],16 -atur (*Arist. p.455[b],21* προσάπτουσι) ei *(somno)* finis . . . secundum similitudinem. **b** *parem reddere – gleichstellen:* Vita Libor. 6 quem . . . humilitas etiam infimis -ret. Thietm. chron. 2,22 archiepiscopus . . . hiis *(episcopis)* Tudonem -vit. **c** *assimilare, referre – in Einklang bringen, beziehen (auf):* Aldh. virg. I 4 p.231,13 apis industriam . . . exemplorum formulis -ari posse. Amalar. off. 1,3,11 ut nostra -remus priori populo Dei. Godesc. Saxo gramm. 2 p.458,2 si velis regulae . . . illud etiam -are, quod audis *eqs.* **d** *refl. i. q. se accommodare – sich richten (nach):* Chart. civ. Erf. 183 (a.1263) nos vestris *(sc. archiepiscopi)* per omnia -are nos volentes beneplacitis (Chart. Bern. III 68. 126). **e** *medial. i. q. respondere – entsprechen:* Amalar. off. 1,13,2 sexta feria . . . sextae aetati huius mundi -atur. 1,33,3. Cand. Fuld. Eigil. I 17 octo . . . columnae . . . octo beatitudinibus . . . convenienter -antur.

III *de actione parandi:* **A** *strictius:* **1** *praeparare – herrichten, bereiten:* Turba phil. 10 corpus . . . in tabulas tenues -ate. Chart. Wirt. IV 1239 p.312,4 sepulturam. **2** *apte conformare – in angemessener Weise bilden:* Frid. II. Imp. art. ven. 1 p.64,20 quod virtus informativa materiam . . . -vit. **B** *latius:* **1** *exstruere, conficere – errichten, herstellen (cf.* Gloss. I 60,30 St.-S. -are kasiton. *al.):* Duod. ad Cunon. (MGScript. XVII p.28,5; a.1147) turrim ligneam. Lamb. Tuit. Herib. 2,16 lucernarium. Metell. Quir. 69,9 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) sarcofagum . . . e petra -ant. *v. et vol. I. p. 998,35.* **2** *habilem reddere – fähig machen:* Epist. var. II suppl. 11 p.635,37 sancti spiritus eruditio . . . crismate -ans (coo- *cod. a. corr.*) vos *(sc. episcopum)* . . . edocuit.

adi. **coaptatus,** -a, -um. **1** *pertinens – zugehörig:* Dipl. Heinr. II. 261 p.308,27 ecclesias Dei cum personis -is (-as *BD*, captatas *C*) tueri. **2** *(nimis) idoneus, opportunus – (überaus) geeignet, günstig:* **a** *de hominibus:* Paul. Diac. Lang. 2,28 p.89,4 ad bella peragenda toto corpore -us. Regino chron. a.866 p.91,22 ad regni gubernacula -us (-atur *A1. B*). *al.* **b** *de rebus:* Paul. Diac. Lang. 1,1 plaga . . . propagandis est gentibus -a. Thangm. Bernw. 46 in loco . . . brutis animalibus -o.

***coaptus,** -a, -um. **1** *(pariter) conveniens – (gleich) angemessen:* Hugeb. Willib. praef. p.87,2 ex multis . . . vestrae memoriae -os (-a, apta *var. l.*) pauca excerpere. Carm. biblioth. 5,6 disponere cuncta ordine composito . . . sub iure -o. **2** *instructus – geordnet:* Otloh. doctr. 4 immensum tam mira lege -um, ut superexcellat vim linguae.

***coarbiter,** -tri *m. form. pl.: gen.* -iorum: *l.71. abl.* -iis: *l.69. adde* Chart. Tirol. notar. II 125 p.79,7.

qui una (cum aliis) disceptator est – Mitschiedsrichter, -schiedsmann: Chart. Basil. C I 102 (a.1223) mediantibus . . . decanis et -is suis. Chart. Turic. 538 p.39,9 (dipl.) arbiter . . . sententiam, in quam cum reliquo suo -o convenerat, publicavit. Chart. Tirol. notar. II 125 p.77,6 arbitri ex utraque parte electi una cum . . . -iis ex utraque parte electis. Chart. Ror. 45 p.201,6 (QuellErörtBayerGesch. N. F. XXI. 1966) ad nostrum ⟨et⟩ -orum (-iorum *A*) nostrorum arbitrium. Chart. episc. Halb. 1300 p.401,16 in manus nostras *(sc. episcopi)* et -orum nostrorum . . . promiserunt. *saepe. v. et l.5.*

***coarbitrator,** -oris *m.* **1** *qui una (cum aliis) disceptator est – Mitschiedsrichter, -schiedsmann:* Chart. Turic. 1279 p.357,31 (a.1264) nos coarbitri seu -es. **2** *qui una (cum aliis) interpres pacis est – Mitfriedensunterhändler: v. vol. I. p.862,35.*

***coarbitror,** -ari. *una (cum aliis) arbitrio disceptare – schiedsrichterlich mitentscheiden:* Chart. Gottwic. 84 p. 101,6 (a.1219) -ante . . . Kotwicensi abbate.

coarceo *v.* coerceo.

***coarchidiaconus,** *abl. pl.* -bus *m. collega archidiaconi – Mitarchidiakon:* Triumph. Lamb. 10 (MGScript. XX p.505, 16; c.1141) congregatis . . . -bus *(2,* -is *1, recte, ut vid.)* . . . mandata peregit *archidiaconus.*

***coarchiepiscopus,** -i *m. collega archiepiscopi – Miterzbischof:* Chart. Rhen. inf. I 187 p.120,4 (spur. s. XII.[med.]) neminem -orum tibi *(sc. archiepiscopo Coloniensi)* subiicimus *(sc. papa).*

coarcto *sim. v.* coart-.

coarguo (quo-), -ui, -utum, -ere. **1** *convincere – überführen:* Agob. epist. 3,6 ut . . . non quo-atur *reus* testibus. **2** *obiurgare, corrigere – zurechtweisen, Vorwürfe machen:* Berth.(?) annal. a.1077 p.297,46 abbas . . . illum *(regem)* pro periurio -uit. a.1078 p.309,28 ut . . . ipsis *(episcopis)* . . . -endis . . . insistere non tardaret *papa. ibid. al.* **3** *attente cohortari – eindringlich ermahnen:* Wolfher. Godeh. II 29 p.214,4 de plurali suae oboedientiae provisione -uit *episcopus abbatissam.*

coargutio, -onis *f. refutatio – Widerlegung:* Berth.(?) annal. a.1077 p.304,2 -e magisteriali . . . resistebat *imperatrix.*

***coartabilis** (-rct-), -e. *qui circumscribi vel definiri potest – beschränkbar, definierbar:* Albert. M. sent. 1,35,2 p.181[a],34 scire rem in illo, in quo est in universali, sicut . . . causatum in causa remota, non coarctata, sed coarc-i.

coartatio (-rct-, -cio), -onis *f.*

I *proprie:* **A** *coangustatio, angustia – Verengung, Enge:* **1** *strictius:* **a** *gener.:* Mirac. Remacli 2,2 p.440,35 horum *(tectorum)* nos necessariam -em super aliorum nocivam eligentes spatiositatem. **b** *medic.:* Albert. M. veget. 6,280 oleum . . . confert -i matricis. **2** *latius:* **a** *contractio – Zusammenziehung:* Albert. M. veget. 2,138 habere . . . coarc--em ad punctum unum sicut habet pyramis. 6,60 in . . . pino est expansio ramorum cum -e (artatione *var. l.*) ramorum granorum fructus eius. **b** *constrictio – Beklemmung:* Berth. Ratisb. serm. 3 p.21,32 leprosus sentiens se leprosum per coarc-em pectoris. **c** *actio aggeribus coercendi – Eindämmung:* Chart. Mar. Magd. 75 (a.1195) ut . . . nulla . . . fiat aquarum -cio. **B** *conclusio, strictura – Einschließung, Einschnürung:* **1** *gener.:* Primord. Windb. 2 laboraverat . . . ferreorum circulorum -e (Adalb. August. Simp. 23). **2** *medic.:* Brunus Long. chirurg. 1,20,7 p.119[A] infirmus . . . moreretur propter coarc-em nuchae.

II *translate:* **A** *necessitas – Zwang(slage):* Chart. Rhen. inf. II 721 p.423,32 (a.1278) in cuius -is et nostre legitime excusationis . . . testimonium. **B** *restrictio – Beschränkung:* Chart. Hamb. 436 p.382,28 (a.1219/22) talis *(sc. unius diei)* -o procurationis non debebat . . . iudicis officium impedire. **C** *distinctio (restringens) – (beschränkende) Unterscheidung:* Hraban. epist. fragm. 8 disciplinarum -o pro differentia culparum . . . impendenda est.

coarticulatus, -a, -um. *(explicando) comprehensus – (erklärend) zusammengefaßt:* Albert. M. metaph. 2,1 p. 91,48sqq. (ed. B. Geyer. 1960) quod ex omnium considerantium . . . dictis simul -is fit aliqua notabilis sapientiae mensura quantitatis; dico autem 'ex dictis simul -is' (*p.993[a],3* συναθροιζομένων), quia *eqs.* p.91,55.

coarto (-rct-), -avi, -atum, -are. *script.:* cho-: Herm. Augiens. chron. a.1032 *cod. 1.* coha-: *p.757,17.67.758,25. al.* coor-: *p.757,34. form. perf.* -tiv-: *p.757,51. depon.: p.757,27.69.*

[Pape]

I *proprie:* **A** *angustum reddere, coangustare – eng machen, verengen:* **1** *strictius:* GERB. geom. 4,4 qui *(angulus acutus)* . . . usque in lineam directam -ctari valet. TRACT. de aegr. cur. p.161,7 dolor *aurium* . . . fit . . . ex frigiditate -ctante. ALBERT. M. animal. 1,612 -retur locus. *al. refl. et medial.:* GERB. geom. 2,2 quod *(punctum)* ita se . . . -ctat, ut *eqs. al.* ALBERT. M. animal. 1,568 cum pertransit *colon* splenem, -atur. **2** *latius:* **a** *contrahere – zusammenziehen:* IOH. PLATEAR. simpl. med. p.31a^{v} aqua decoctionis ipsius *(polycariae)* . . . vulvam . . . -ctat. URSO qual. 422 siccitas . . . membra -at. ALBERT. M. veget. 6,60 quoniam *cypressus* -at ramos ad summum. **b** *complicare – zusammenlegen:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.103,14 *avis* -ctat et concludit . . . pennas. **B** *concludere – einschließen:* **1** *strictius:* CHRON. Salern. 143 urbem undique. HELM. chron. 7 p.18,21 quos *(Northmannos)* obsidione -ans *rex.* BURCH. URSB. chron. p.35,11 Cremonensibus cohartantibus eos. *al. v. et supra p.606,62. circumcludere – umschließen:* CARM. Bur. B 78,2,3 gracili -atur statura *puella.* **2** *latius:* **a** *captivum tenere – gefangenhalten:* CAPIT. reg. Franc. 33,37 missi . . . in . . . custodia -ent *parricidas.* EPIST. Wibald. 443 comes . . . pauperem . . . -vit. **b** *vincire – fesseln:* BERTH. (?) annal. a.1076 p.281,50 miserabiliter -tum *papam* incarceravit. **c** *continere, terminare – enthalten, begrenzen:* RAGIMB. epist. 4 p.526,23 quoniam *angulus acutus* intra spatium recti anguli . . . strictius -atur. GUIDO ARET. form. 2 quod omnes suas distinctiones infra ipsius terminos -ctatur *introitus.* BRUNUS LONG. chirurg. 2,5,3 p.123^{F} venenum, quod in eis *(ampullis)* est -ctatum. **d** *refl. i. q. se conglobare – sich zusammendrängen:* VITA Heinr. IV. 12 p.39,18 ubi fugax multitudo se -verat.

II *translate:* **A** *obi. anim.:* **1** *anxiare, sollicitare – ängstigen, beunruhigen:* FORM. Augiens. C 25 p.376,11 me non parva angustia -ari ([coor- *cod.*]. GODESC. SAXO theol. 21 p.293,27). HROTSV. Pafn. 8,1 -bamur . . . pro . . . absentia tui. TRANSL. sang. Dom. in Aug. 3 desiderio. *al.* **2** *affligere, urgere – bedrängen, bedrücken:* **a** *gener.:* WILLIB. Bonif. 6 p.33,19 magnis . . . tribulationum angustiis -tus verbi Dei semina propagavit. GODESC. SAXO theol. 12 p.230,17 eum -ando confuta dicens *eqs.* HROTSV. Gall. inscr. in conflictu praelii nimium -tus *Gallicanus.* Sap. 5,21 poenis. HERM. AUGIENS. chron. a.949 Beringarius . . . Adalheidem . . . iniuriis afflixit et -vit. HIST. de exp. Frid. imp. p.24,16. *al.* **b** *iur. i. q. (exactionibus) gravare – (mit Abgaben) belasten:* LIBER diurn. 51 ne quisquam eorum *(colonorum)* . . . -etur. CAPIT. reg. Franc. 253 p.250,17 iniusto theloneo. TRAD. Ratisb. 774 mancipia . . . iniustę obligatione servitutis . . . -verat. *al.* **3** *refl. i. q. se castigare – sich kasteien:* PAUL. DIAC. Lang. 1,26 p.68,26 in magna se semper abstinentia -vit *Benedictus.* ERCHEMB. CAS. hist. 9 in tanta se districtione . . . -ivit. CHRON. Salern. 122 p.136,1. *ibid. al.* **4** *cogere, inducere – zwingen, veranlassen:* **a** *gener.:* AMALAR. off. 4,34,10 ad quod nullus doctor nos -at, ut *eqs.* ERCHEMB. CAS. hist. 80 necessitate cohartans *(de usu partic. praes. sensu pass. cf. D. Norberg, Syntaktische Forschungen. 1943. p.186sqq.)* . . . urbem remisit (BERTH. [?] annal. a.1080 p.325,7. *al.*). BERTH. (?) annal. a.1079 p.319,51 castellanos . . . ad deditionem sibi -vit. p.322,31 rex suos . . . in . . . procinctum -bat. *al. c. (acc. c.) inf.:* WALTHARIUS 1340 Umbros miserum mutire -at *ursus.* CHRON. Suev. (MGScript. XIII p.71,35). *al. pass. c. inf.:* WALTHARIUS 273 piscator, sed et auceps esse -or. *pendet* ne: HEINR. WIRZ. cur. 957. **b** *publ. et iur.:* α *obligare, astringere – anhalten, verpflichten:* CHART. Heinr. Leon. 57 p.82,25 ad emendacionem provocari vel -ari (-actari *G*). CHART. ord. Teut. 63 p. 52,27 per iusticiam. CONST. II 405,12 ad locum alium -are (coh- *2*, -rct- *3*). *c. acc. c. inf.:* DIPL. Arnulfi 155 ne quisquam . . . milites . . . in expeditionem aut ullam exactionem . . . reddere . . . -ari praesumat. CHART. Sangall. A 780. *medial.:* CHRON. Reinh. a.1205 p.569,20 burgenses . . . se coadunant, -antur et sacramento obligant. β *ad rationem reddendam compellere – zur Verantwortung ziehen:* CAPIT. reg. Franc. 210,5 *laicos* tamquam furti reos iudiciaria -bit auctoritas. *adde:* GUIDO ARET. form. epil. 292 in illius, cuius tulit, . . . -ctatur *(sc. raptor)* curia. **c** *eccl. i. q. corripere – zurechtweisen:* CONC. Karol. 46^{B},16 contra agens canonica auctoritate -andus (-rct- *B*, cohor- *L*) existat. **5** *prohibere – hindern:* CONST. III 111,5 (a.1276) ab ingressu ecclesie. **B** *obi. res:* **1** *restringere, circumscribere – be-, einschränken:* **a** *gener.:* WIPO gest. 2 p.17,14 dignitatem . . . inter binos -ctare. CHART. Welt. 25 p.135,13 litis occasio . . . per hoc maxime -atur, si *eqs. coercere – bändigen:* HERM. IUD. conv. 11 p.103,17 (ed. G. Niemeyer. 1963) carnis concupiscentias continentie freno -are. **b** *mus. et philos.:* ODO inton. p.122^{b} secundus tonus una tantum differentia -ctatur. ALBERT. M. metaph. 7,1,3 p.319^{a},48 (ed. B. Geyer. 1964) dicitur etiam esse ubique et semper, quod differentia loci et temporis differentia non -atur ad esse hic et nunc. 11,2,19 p.507^{a},30. *ibid. al.* **c** *comput. i. q. restringendo assignare – einschränkend verweisen:* RHYTHM. 115, 50,3 Iulius *(sc. mensis)* . . . -at unam diem in undetricesimam. **2** *comprehendendo afferre – zusammenfassend anführen:* ALDH. ad Acirc. 138 p.192,2 cetera, quae singulari numero in amphimacro -vimus (aptavimus *P^{1}*). **3** *supprimere – unterdrücken:* GESTA Apoll. 86 quod pavimenta notant, cur hoc tua verba -ant? **4** *manutenere – durchsetzen:* CAPIT. reg. Franc. 22 p.54,1 superflua abscidere, recta cohartare.

adi. **coartatus,** -a, -um. **1** *insertus – eingespannt:* GLOSS. Roger. I A 3,1 p.661,2 quod *(instrumentum chirurgicum)* . . . est . . . -um circonferentialiter ad modum serre *eqs.* **2** *circumscriptus, definitus – beschränkt, definiert:* ALBERT. M. metaph. 11,2,19 p.507^{a},23 (ed. B. Geyer. 1964) videmus formam generis non -am . . ., sed simplicem. *ibid. al. v. et p.756,36.*

coarton *v.* aetites.

***coaspiro** (-ssp-), -are. **1** *adesse – beistehen:* CONST. III 57 (a.1274) nobis -ante (aspirante *E*) divina clemencia. **2** *prodesse – nützen:* CHART. Lub. I 354 (dipl. Rudolphi regis a.1274) ea, que . . . quieti fidelium coasspirent.

***coassessor,** -oris *adi. una in eodem throno sedens – gemeinsam thronend:* EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p.13,20 trinitatem consubstantialem . . . ac -em (*cf. Conc. Constant. III. a.680* [*ed. Mansi XI. p.466^{D}*] coassistricem [ὁμόθρονον]).

coassigno, -are. *(insuper) attribuere – (zusätzlich) beilegen:* ALBERT. M. top. 5,2,3 p.402^{a},11 nihil . . . -andum est proprio *eqs. (cf. Boeth. top. Arist. 5,2 p.957^{A}).*

***coassimilor,** -ari. *(penitus) adaequari – sich (völlig) anpassen:* ALFAN. premn. phys. 7,11 quoniam . . . natus sit aer propinquantibus corporibus -ari (*PG 40,641^{B}* συνεξομοιοῦσθαι).

***coassisto** (-ads-), -ere. *cooperari – mithelfen:* RYCCARD. chron. a.1191 p.12,11 eam *(Neapolim)* posita obsidione coartat *imperator* coad-entibus ei . . . comitibus.

subst. **coassistens,** -entis *n. res cooperans – das Unterstützende:* GLOSS. Salern. p.17,24 naturale est, quod humanum corpus constituit . . . vel eius est -s.

***coasspiro** *v.* *coaspiro.

coassum (-ads-), -adesse. *simul adesse, coniunctum esse – zugleich vorhanden, verbunden sein (mit):* ALFAN. premn. phys. 41,3 quod . . . rationali coadsit (-ss- *PCB; PG 40, 733^{B}* συνεισέρχεται) liberum arbitrium. GUNTH. PAR. (?) orat. 13,3 p.214^{B} nullum . . . peccatum credimus -esse *eqs.* p.218^{B} si una *virtus* adfuerit, omnes pariter -esse.

coassumo, -ere. **1** *(simul) asciscere – (mit) hinzuziehen:* ALBERT. M. pol. 4,10^{e} p.387^{a},23 oportet . . . legislatorem . . . -ere (*p.1296^{b},35* προσλαμβάνειν) medios. 5,2^{r} p. 447^{a},34. 5,2^{u} p.447^{b},41 -unt partes civitatis. **2** *compartícipem esse – Anteil nehmen:* ALBERT. M. pol. 5,2^{u} p.447^{b},44 insignium dissentiones 'faciunt -ere (*p.1303^{b},32* συναπολαύειν) et totam civitatem'.

***coasto** (-ads-), -are. *una astare – beieinander stehen:* ALBERT. M. epist. Dion. 7,4^{l} p.922^{b},41 'coadstantes' (*PG 3,1091^{B}* συνεστῶτε), id est simul stantes.

coaugeo, -auctum, -ere. *(insuper) provehere – (noch) steigern, fördern:* ALBERT. M. eth. 4,1,6 p.282^{b},19 quod prodigo non multum -entur ea, quae prodigalitatis sunt. 4,2,4 p.300^{b},14 haec *(divitiae)* . . . -ent honorem. *ibid. al.*

adi. **1. coaugens,** -entis. *provehens – fördernd:* ALBERT. M. eth. 4,2,4 p.301^{a},27 *virtus* -s . . . secundum nobilitatem.

2. coauctus, -a, -um. *accumulatus – vermehrt:* RADBERT. Arsen. 2,8 p.68,18 peccata -a.

subst. **coaugentia,** -ium *n. res provehentes – fördernde Umstände:* ALBERT. M. eth. 4,2,4 p.301^{a},20 talia *(bona fortunae)* sicut -ia dignitatem magnanimum faciunt magnanimiorem.

coaugmento, -atum, -are. **1** *componere – zusammenstellen:* SICARD. chron. praef. p.79,9 ex his, que . . . relatione . . . agnovi, cronicam . . . in unum corpus -are satago. **2** *coaptare – zusammenfügen:* ALBERT. M. summ. theol. II 2,6,1 p.124^{b},21 vitales nexus, ex quibus aeternitas vestra *(sc. angelorum)* -ta est. *cf. ThLL. s. v.* coagmento.

coax, *acc.* -axem *f.* **1** *indecl. de sono vocis ranae:* EGBERT. fec. rat. 1,1548 quamvis sint elementa '-x', non scire potes, quid *(cf. notam ed.)*. ALBERT. M. animal. 26,23 vox eius *(ranae)* est -x de gutture ad os sonans. *al.* **2** *actio coaxandi – das Quaken:* EGBERT. fec. rat. 1,326 ranę continuant . . . -em (*sim.* 1,1597 suam geminare -em).

coaxo, -are. *de ranis i. q. vociferare – rufen, quaken:* **1** *proprie:* ALDH. epist. 3 p.479,11 garrulitas ranarum crepitans -at. WILH. APUL. gest. 1,130 multa -ans copia ranarum. MIRAC. Volq. 7 buccis . . . inflatis -are. *al.* **2** *in imag. et per compar.:* GERHOH. novit. 6^{in} rane in luto -antes negant illum *(Christum hominem)* adorandum. ALEX. MIN. apoc. 16 p.352,33 ad similitudinem ranarum improbae vocis strepitu semper -antium. *Pape*

cobatura *v.* colatura.

***cobbo.** (*cf. theod. vet.* koppe) *vox corvi:* EGBERT. fec. rat. 1,1109 audivi corvum . . . dicere 'cobbo'.

cobia *v.* gobio. **cobicularius** *v.* cubicularius.

cobios *v.* gobio.

***cobitis,** -idos *f.* (κωβῖτις) *species aphyes – Sardellenart:* ALBERT. M. animal. 6,85 hoc genus *piscium* faucor (*p.569^{b},23* κωβῖτις) nominatur.

cobla *v.* copula. **cobrium** *v.* cuprum.

***coca** *v.* 1. *cocca.

***cocalion** (coine) *n.* (κοκάλια) *species limacis (terrestris) – (Land-)Schneckenart:* ALBERT. M. animal. 4,38 de animali, quod dicitur coine (*p.528^{a},9* τὰ . . . κοκάλια).

***cocatus** *v.* *coquatus.

***cocavus** *vel* **-um,** -i *m. vel n. (cf. francog. vet.* cochavon, *v. Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. II. p.512) cochlea – Schnecke:* GEBER. clar. 2,13 accipe -um nudum, id est limacas nudas, id est marucas. *Dauser*

1. *cocca (ko-, coc(a), coch-, cog(a), -gg- *sim.*), -ae *f. vel* ***coggo** (coc(o), -cc-, coch-, cock-, codc-, cog(o) *sim.*), -onis *m. (f.: l.60sq.) (cf. ital.* cocca *a* caudica *et theod. vet.* kôgcho, *v. Meyer-Lübke, REW^{3} nr.1775) species navis, navis mercatoria vel oneraria vel bellica – Kogge, Handels-, Fracht-, Transport-, Kriegsschiff (cf. P. Heinsius, Das Schiff der hansischen Frühzeit. 1956):* OLIV. hist. reg. 97 p.145,14 classis quinquaginta vel plurium cogonum. CONST. II 101,1 centum naves cockonibus et sneccis computatis. RYCCARD. chron. a.1217 p.79^{a},28 una conducta cohone (cobone *cod.*). CHRON. Reinh. a.1218 p.592,59 coccones, super quas erant propugnacula. *al.* IOH. CODAGN. gest. 4 p.471,9 Saraceni . . . in christianorum coca ascenderunt. 16 cochas et galeas et barchas armaverunt (*inde* ALBERT. MIL. temp. 220 p.488,31 chochas). CHART. Hans. 201 p. 63,10 cogam Boidini . . . carcatam vinis. HEINR. LETT. chron. 14,1 p.73,1 peregrini de -bus (cogenibus *var. l.*) exeunt. 19,11 emerunt -em munientes eum . . . tamquam castrum. CHART. Livon. A III 169 p.31,39 in coggam inferre *siliginem.* CHART. Hans. 272 koga si naufragium . . . pertulerit. CHART. Lub. I 122 cochgam. CHART. Wism. A 696 (ed. F. Techen, Das älteste Wismarsche Stadtbuch. 1912) Ermengardis r(esignavit) filio suo . . . dimidium kokkonem. 784 naves et codcones. CHART. Rost. B I 3,106 p.83 (ed. H. Thierfelder, Rostocker Stadtbuch. 1967) dominus Meineke amisit cokonem. CHRON. Erf. min. p.670,24 naves magne . . ., tam trieres quam coccones ([cocicones, occones *var. l.*]. *cf.* CHRON. Erf. mod. II a.1265 cocones). CHART. Hans. 716 p.252,20 -es et magne naves. ALBERT. MIL. temp. 220 p.478,1 -as (coceas *cod.*). *saepe.* *Antony*

2. cocca *v.* coccum. **coccanum** *v.* cotoneus.

***coccarion** (-in) *n.* (κοκκάριον) *coccum – Kermes:* COMPOS. Luc. R 32sq. mittis vermiculum lib. I, -in lib. I (-in nascitur . . . in folia cedri) non tritate.

***coccia,** -ae *f. (cf. ital.* coccia, *francog.* cosse, *v. C. Battisti – G. Alessio, Dizionario etimologico Italiano. II. 1951. p.992) testa – Schale:* ANTIDOT. Augiens. p.58,20 oleo lentiscino -a ovi. *cf.* 1. coccus.

coccina *v.* coquina.

coccineus, -a, -um. *script.:* -cti-: *l.32sq.* -ni(us): *l.40.49.* -oci-: THOM. TUSC. gest. p.495,23.

1 *adi.:* **a** *strictius:* **α** *e cocco confectus – Kermes-:* MAPPAE CLAVIC. 237 iottam. **β** *cocci colorem exhibens, ruber – scharlachfarben, rot (cf.* GLOSS. III 173,23 St.-S. -a vestis rot cleit. *al.):* ALDH. virg. I 58 p.318,2 tonica -a (cogc-, coci- *var. l.*) sive iacintina. FORM. Sangall. II 39 p.421,16 palliolum . . . -um. EGBERT. fec. rat. 1,1185 ursus . . . carnem a cervice diremit, nam de -o res est manifesta galero. BENZO ad Heinr. 2,12 -i galeri videbantur sicut carbones ignis. CATAL. thes. Germ. I 63,11 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) mappulę -ę. CAES. HEIST. mirac. II 1,40 p.68,23 propter modicum ruboris, qui ad instar fili -i in maxilla eius *(morientis)* apparuit. *al. fort. add.:* PS. AVIC. anim. 1,8 p.76 prima *petra* fuit de igneo et secunda de coctineo *(sc. colore). alleg. et in imag.:* AMALAR. off. 2,21,1 per colorem -um (coct- *P5*) opera misericordiae . . . intellegimus (*cf.* HONOR. AUGUST. sacram. 26 p.761^{B}). HEINR. WIRZ. cur. 969 -i fuerint si crimina vestra coloris *(cf. Vulg. Is. 1,18).* **b** *latius i. q. ex textili pretioso (cocco tincto) confectus – aus kostbarem (Scharlach-)Stoff hergestellt (hic illic fort. i. q. sericus – seiden, cf.* GLOSS. III 418,68 St.-S. -am sidin. *al.):* AETHICUS ISTER 93 ornamenta -ia arte[m] pretiosissima. VITA Mathild. I 15 p.580,46 palliis, uno -o et alio lineo, *sibi relictis.* CATAL. thes. Germ. I 35^{b},5 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) sindones lineas VIIII, -as XI, . . . IIII laneas. *al.* **2** *subst.:* **a** *masc.: homo tela serica ornatus – ein 'Seidener':* NOTKER. BALB. gest. 2,17 p.88,8 quodsi quisquam inferiorum . . . aliquid de serico . . . habens eum forte incurrisset, his verbis increpatus . . . abscessit: '. . . o te totum -um!' **b** *neutr.: color cocci, color ruber – (scharlach)rote Farbe:* GLOSS. III 274,68 St.-S. fecinium -ium retze.

coccino *v.* coquino.

coccinus, -a, -um. (κόκκινος) *script.:* conc-: *l.54.* -cti-: *l.67.*

1 *adi.:* **a** *e cocco confectus – Kermes-:* COMPOS. Luc. E 24 tolle iotta co[n]ccina. **b** *cocci colorem exhibens, ruber – scharlachfarben, rot:* BENED. ANDR. chron. p.7,6 corium *Iuliani* . . . -um. **2** *subst. masc. (l.64.72) vel neutr.: quod coccineum est – etwas (Scharlach-) Rotes (cf.* GLOSS. III 314,62 St.-S. -um rotez. *al.):* **a** *color coccineus – Scharlachfarbe (cf.* GLOSS. III 297,24 St.-S. -um reizza, color rubeus. *al.):* GERHOH. novit. 40 p.80,28 -um, qui color est rubeus sanguineus. **b** *filum vel textile pretiosum cocco tinctum, vestis pretiosa cocco tincta – (scharlach)roter Faden oder Stoff, kostbares (scharlach)rotes Gewand (cf.* GLOSS. III 416,46 St.-S. -o rotpfellel. IV 136,18 -us gotweppe. *al.):* DIPL. Otton. II. 35^{b} p.45,18 proprietatem . . . excepto auro et -o . . . contradidit. CATAL. thes. Germ. I 81,2 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) tres paraturę coctino variatis albis. VITA Mathild. II 16 p.294,24 induit -um unius coloris . . . sub lineo vestimento. TRANSL. Dion. Ratisb. p.352^{b},38 (epist.) metallorum copiis, bissi, -i . . . redundat. *alleg. de filo (cf. Vulg. gen. 38,27):* EKKEH. IV. bened. I 34,24 -us in planta crucis est nota morsque cruenta. **c** *pu-*

[Dauser]

stulae (rubrae) – (roter) Ausschlag: GLOSS. III 429,30 St.-S. vuarencibla et varix et -um vuarca.

1. coccio *v.* cocio. **2. coccio** *v.* 1.coctio.

***coccion** (cokion) *n.* (κοκκίον) *species pilularum – Pillenart:* MATTH. PLATEAR. gloss. p.385^{E} trochisci cokion taliter ab Avicenna vocati. p.385^{G} descriptio trochiscorum cokion. *ibid. al.*

***coccius** (cochi-), -a, -um. (*coccion) *speciem pilularum designans – eine Pillenart bezeichnend (per pravam interpretationem i. q. capiti aptus – für den Kopf geeignet, Kopf-):* MATTH. PLATEAR. gloss. p.389^{E} istae pilulae . . . dicuntur cochiae, id est capitales, a cochos, quod est caput, eo quod mundificant caput. TRACT. de aegr. cur. p.139,5 solvatur venter cum pillulis cochiis. THADD. FLORENT. cons. 12, 101 fiat evacuatio cum pillulis cochiis Almansoris. THEOD. CERV. chirurg. 2,4 p.146^{A} dentur pilulae cochiae. *al.*

cocclear *v.* coc(h)lear.

***cocclii** *v.* *cochlias. ***cocco** *v.* 1. *cocca.

***coccodaphnon** (cocodafn-), -i *n.* (κοκκόδαφνον) *baca lauri – Lorbeere:* PAUL. AEGIN. cur. 171 sandarace ʒ VI, cocodafna (*3,28,13* κοκκόδαφνα) II resolvens cum melle.

cocconidium *v.* coccum (cnidium).

***coccora, -um** *v.* *cucurum.

coccugnidium *v.* coccum (cnidium).

coccum, -i *n. vel saepius* **coccus,** -i *m. vel* ***cocca,** -ae *f. (l.41)* (κόκκος) *script.:* coc(um): *l.47.65. al.* coct-(um): *l.31.*

I *de vermiculo:* **A 1** *excrescentiae arboris (Quercus cocciferae L.) ad tinguendum aptae – Kermes:* COMPOS. Luc. S 7sqq. pisas . . . -um . . .; delabas hurina, donec expendatur ipsud -um (*cf.* MAPPAE CLAVIC. 174 coctum). ALDH. ad Acirc. 2 p.64,19 purpureis ostri et -i coloribus. *al.* **2** *color coccineus – Scharlachfarbe:* COMPOS. Luc. F 1 temperas -um et ipsa temperatione mittis in ipsas pelles tinctas (*cf.* MAPPAE CLAVIC. 234). COSMAS chron. 2,10 p.97,6 baltheis bis -o tinctis. **3** *filum vel textile pretiosum coccineum, vestis pretiosa coccinea – (scharlach)roter Faden oder Stoff, kostbares (scharlach)-rotes Gewand (cf.* GLOSS. II 49,6 St.-S. subtemine -i wevel. III 150,15 -us rothphello. 282,54 ostrum -us rotphellol. *al.):* **a** *proprie:* AETHICUS ISTER 94 -us . . . et byssus pulchrae. AGNELL. lib. pont. 66 p.324,30 mediam habens *endothis* -am. CATAL. thes. Germ. I 118,27 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) facitergula -o imaginata. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,122 postquam strato licuit discumbere -o. TRAD. Ratisb. 279 p. 227,25 albam . . . argento -oque textrino opere elaboratam. NOTAE Mediol. (MGScript. XVIII p.385,34) planetam de coco. *al.* **b** *alleg. (cf. Vulg. exod. 25,4. al.):* HRABAN. univ. 21,14 p.569^{A} -us bis tinctus charitatis perfectionem *figurat* (CAES. HEIST. hom. exc. p.20,38 in ipsa *tunica* . . . flammescit -us b.t. apostolorum). *al.* **B** *per confusionem i. q. purpura – Purpurschnecke (Murex trunculus L. vel sim.):* **1** *proprie:* ALBERT. M. animal. 5,61 vocatum est *animal* -us bis tinctus propter sui ruboris intensionem (*cf. ind. s. v.*). Is. 1,18 p.27,2 -us est ostreum in concha latens et ruborem magnum effundens, quod murex . . . vocatur. *al. species conchylii – Muschelart:* ALBERT. M. animal. 5,63 perforat *purpura* testam halzum (*p.547^{b},7* τὰ κογχύλια) sive -i. **2** *in imag.:* ALBERT. M. euch. 3,2,5,6 p.304^{a},24 dicitur *Christus* . . . -us sine virili semine conceptus.

veranlassen (zu): EPIST. Worm. I 41 in spem maximam ... -at pauperem facilis locus veniendi ... ad divitem. **5** *proponere – vor Augen stellen*: DIPL. Conr. III. 132 p.239,39 (ed. F. Hausmann. 1969) fidelissimos quosque ... ceteris ... devotis in exemplum et bone spei signum -are. **6** *in matrimonium dare – verheiraten*: CHART. Lamb. Leod. 712 p.307,22 (a.1279) quocienscumque ego aliquem de filiis seu filiabus meis in matrimonium -bam. *adde*: GERH. STED. annal. p.209,6 donec ... viri thoro eam *(filiam)* -ret. **B** *obi. res*: **1** *statuere, determinare – festsetzen, -legen, bestimmen*: **a** *iur.*: **α** *t. t. in lege Salica* solem -are *i. q. solem occasum praefigere – Sonnenfrist setzen (cf. Brunner, Rechtsgesch. II. p.448sq.)*: LEX Sal. Merov. 56,5 si non venerit, -licet (-et *var. l.*) ei solem (*inde* LEX Sal. Pipp. 91,1 culcit [culcet *var. l.*]. LEX Sal. Karol. 59 culcet [-et, culcato *var. l.*]). 57,1 (rec. AC) septem de illos rachineburgios ... ⟨ante⟩ culcatum solem (collecato sol, collegato sole *var. l.*; rec. B -o sole) ... culpabiles iudicentur (*inde* LEX Sal. Pipp. 92,1 culcati sole. LEX Sal. Karol. 60,1 sole culcato [-o *var. l.*]). *ibid. saepe (v. ind.)*. **β** *usu vario*: CHART. Ital. Ficker 108 p.152,36 (a.1138) canonici ... -verunt ei *(Uchezoni)* terminum. *condicere – vereinbaren*: CHRON. Pol. 2,29 Bolezlauus cum rege Ungarorum ... diem et locum colloquii -vit. **b** *math. i. q. accipere (pro) – (an)nehmen (als)*: GERB. geom. 6,8 nati ... numeri latus tetragonale pro geometrica inter eos *(orthogonios)* -etur (*syn.* habeatur, statuatur) medietate. **c** *mus.*: HERM. AUGIENS. mus. p.25,22 (ed. L. Ellinwood. 1952) omnis ... subiugalis subtus in secunda vel tertia chorda differentiam -at. **2** *conferre, assignare – zuweisen, übertragen*: **a** *gener. i. q. dare, concedere, mandare – geben, schenken, anvertrauen (absol.: l.32)*: RHYTHM. 38,21,3 qui *(Christus)* ... abdicavit venenatis, con-vit placidis. DIPL. Ludow. Inf. 28 p.139, 2 ad ... regni divinitus nobis -ti (collati *var. l.*) profectum. CONST. II 420 beneficia, que coniunctis sive bene meritis -antur. *al. adde*: WOLFHER. Godeh. II 31 sacrum ... corpus ...terrae est -tum. **b** *iur.*: **α** *committere, usui dare – vergaben, -leihen, -pachten, zur Nutzung überlassen*: LEX Alam. B 35,2 (cod. 30) hereditatem in sua potestate, ubicumque velit, -are. DIPL. Heinr. IV. 281 p.364,29 (spur. a.1108/15) ut ... monachi ... illud *(nemus)* ... laborantibus agricolis ad succidendum et exstirpandum -ent. DIPL. Loth. III. 67 p.105,20 abbas ... liberam habeat potestatem in -andis ad utilitatem monasterii prediis. CHART. march. Misn. II 372 p.259,22 *marchio* silvam ... ad usum civium tam in gramine quam lignis ... -vit. CHART. scrin. Col. A I p.86,38 non debent eam *(tabernam)* -are aliis. CHART. Hall. 202 ecclesie nostre mansum ... cuidam Martino ... stabili censu -vimus. ACTA imp. Winkelm. I 707 p.561,22 imperiale demanium ... nec -tum, ut debuit -ari. *al.* **β** *tradere – übergeben, übereignen*: TRAD. Frising. 785 (a.857) ad loca sanctorum propria sua pro animarum requie -ant. *adde*: TRAD. Frising. 304 p. 263,11 (a.812) caput meum in illorum *(sc. b. Mariae et s. Corbiniani)* protectionem ad clausuram -vi. **γ** *adiungere, incorporare – einbeziehen, an-, eingliedern*: HUGEB. Willib. 4 p.97,12 Helena ... -vit illam locum *(sc. Calvariae)* intus intra Hierusalem. TRAD. Frising. 197 p.189,20 quod iniuste abstracte essent *ecclesiae* de ipsum episcopatum et con-te in illorum monasterio. **3** *stabilire – garantieren, gewährleisten*: MAGING. epist. 1 p.268,25 nisi ... ordo ac stabilitas per abbatissam -etur. TRAD. Brixin. 411 p.142,36 si quęquam ... persona ... traditionem destruere conetur, ... legator ... proprietatem -et. **4** *disponere – regeln*: GERH. AUGUST. Udalr. I 10 p.399,5 caeteris ... rebus -tis. **5** *in re pecuniaria i.q. impendere – aufwenden, 'anlegen'*: CHART. Naumb. 419 p.374,35 (a.1204) quas *(marcas)* ... prepositus in emptione ... predii ... -vit. *in imag.*: MIRAC. Genes. Hier. 2 p.170,12 non ... terris thesaurizari studuit, sed ... cuncta in caelestibus -are festinavit. **6** *de spe, fiducia i. q. ponere (in) – setzen (auf)*: LIUTG. Greg. 12 p.76,23 spem suam ... -vit in caelestibus. CHART. Babenb. 45 (spur. c.1236) fiduciam nobis apud altissimum nequaquam intermisimus -are. *al.* **7** *de amicitia i. q. colere, (con)servare – pflegen, unterhalten*: CHRON. Fred. 4,68 p.154,32 cum canebus amicicias con-are (*syn.* conservare). 4,85 amiciciae cultum in invicem con-ti fuerant. **8** *de gratia i. q. (sibi) conciliare, parere – (sich) erwerben, schaffen*: WIBALD. epist. 266 p.394,25 non parvam gratiam sibi apud nos -verunt.

partic. **collocatus**, -a, -um. **1** *adi.*: **a** *situs – liegend, befindlich*: DIPL. Zwent. 14 in monasterio sancti Maximini penes urbem Trevirorum -o. DIPL. Otton. III. 237 p.654,24 cum omnibus ... abbatie pertinentiis ... in ... aliquibus locis tocius nostri imperii con-is. CHART. Babenb. 165 p.216,25 vineam ... in monte ... -am. **b** *cohaerens, contiguus, vicinus – nebeneinanderliegend, angrenzend, benachbart*: CHART. march. Misn. II 216 p.148,27 (s. XII.) in villa Cornere VII mansi -i devastatus *(sic?)*. CHART. episc. Halb. 691 l.12 promisit conventui mansum adhuc alium assignare ... cum manso alio -um. **c** *pertinens – (zu)gehörig*: COD. Odalb. 61 p.123,26 tradidit ... cum ... omnibus ad haec ... loca antiquo tempore legaliter -is. **2** *subst. masc.*: *cui locus (congruus assignatus) est – einer der seinen Platz (erhalten) hat*: GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p.397,33 in eius *(Dei)* dextera -is quanta gaudia ... maneant.

collocupleto, -avi, -are. *ditare, large excolere – bereichern, reich ausgestalten, -schmücken*: RUP. TUIT. spir. 7,12 p.1769^{C} versiculis ... honestavit et -vit rem copioso ornatu pietatis.

collocutio (conl-, -cio), -onis *f.* *script.*: -luc-: *p.865,1. adde* CONC. Merov. p.17,17. -cat-: *p.865,1. cf. l.61*.

sermo, colloquium – Gespräch, Aussprache, Unterredung, Unterhaltung: **I** *gener.*: **A** *strictius*: **1** *in univ.*: WETT. Gall. 14 p.264,13 con-o ... inter illos egredi de heremo agebatur. CONC. Karol. 50^{D},46 p.640,17 non ad secretas con-es sanctimonialium se ... divertant *sacerdotes. al.* CAND. FULD. Eigil. I 11 qui nos ... mutua con-e iucundos esse concessit. 12 orta est inter eos con-o spiritalis. RIMB. Anscar. 40 p.75,3 cum ... de eadem re cum ... discipulo suo -em haberet. ARNO REICHERSB. scut. p.1510^{B} tres ... inordinata -e sibi iunctos. CHART. Turic. 771 p.241,10 tam per manifestam quam per secretam ipsorum *(civium)* -cionem. *al. de animalibus: v. p.873,40. expressius i. quod colloquio tractatur, res – Gesprächsthema*: CHRON. Fred. 4,52 inter citeris con--bus Chrodoaldi vitam praecatur. **2** *de -e conscripta (sc. de libro collationum sim.)*: CAND. FULD. Eigil. I 22 legat con-es sanctorum patrum. **B** *latius*: **1** *eloquium, verbum – Rede, Wort*: RECEPT. Sangall. I 139 nec con-o nec sonus. RUP. TUIT. vict. 7,20 (ed. R. Haacke. 1970) reędificationem civitatis ... -es angelicę pollicebantur. **2** *usus (familiaris) – (vertrauter) Umgang, Verkehr*: RIMB. Anscar. 34 p.65,25 quem *(sermonem)* ... in ultimo -is suae habuere tempore. *per pravam interpretationem de concubitu*: ALBERT. M. pol. 7,14^{X} p.740^{b},39 'facientes -em' (*p.1335^{b},38* ὁμιλίαν), ad concubitum scilicet. 7,14^{Y} p.741^{a},5 de ... -e viri et mulieris.

II *publ., eccl., iur. i. q. consilium, actio, conventus – Beratung, Verhandlung, Konferenz, Tag(ung)*: **A** *strictius*: **1** *in univ.*: CONC. Karol. 33^{B} p.240,32 iam magis ... disputatio quam ... -o habenda. WALAHFR. exord. 23 p.498,16 in ... conventibus et -bus. CAPIT. reg. Franc. 206,10 de con-e nostra fraterna. BERTH. (?) annal. a.1077 p.301,4 licentiam ... ad con-em et pacem ... agendam. DIPL. Pipp. 38 p.54,5 (spur. s. XII.) cum quo *(papa)* ... -em habuimus eiusdem negotii. *al. de participatione in consilio*: ANNAL. Quedl. p. 31,9 Calcedonense concilium ... -e (collocatione *cod.*) DCXXX patrum agitur. *de consilio per conventum capto*: GESTA crucig. Rhen. 6 p.48,9 multa comminacione premissa ... -cione terribili (*ex* OLIV. hist. Dam. 25). **2** *de conventu generali*: DIPL. Otton. II. 183 quotienscumque ... regia vel imperialis -o ... contingat. **3** *de concilio*: CONC. Karol. 22^{A} coadunati sumus synodalem con-em exercere ad Rispah. **4** *de actione extra iudicium habita ('Acht' Dt. Rechtswb. I. p.370sq.)*: CHART. Rhen. inf. II 683 p.399,3 (a.1275) accusabunt post tertiam -em, que vulgariter ahtin appellatur. **B** *latius*: **1** *inquisitio – Untersuchung, Prüfung*: MARIAN. chron. a. Chr. 349 p.526,4 diligentioribus requissivimus

[Antony]

-lucationibus. **2** *pactio – Absprache, Abmachung:* DIPL. Merov. I 70 p.62,47 intendebat . . . Magnoaldus, quasi con-cione et convenencia . . . apud ipso Berchario habuissit, ut *eqs.*

collocutor (conl-), -oris *m.* *socius colloquii – Gesprächspartner:* GODESC. SAXO theol. 6 p.179,2 ubi dicitur beato Augustino a con-e suo *eqs.*

collon *v.* ichthyocolla. ***collonellus** *v.* *colonellus.

collonus *v.* colonus.

***collops** (colo-) *subst.* (κόλλοψ) *medic. de genere pessi i. q. conus – Zapfen:* FRAGM. mul. I 1 primus pessus, qui dicitur colops . . .; colops . . . fient sic, quia collori⟨on⟩ medicinale, sed longius *eqs.*

***colloquacitas,** -atis *f.* *garrulitas – Geschwätz(igkeit):* ODBERT. Frid. 16 p.351,20 varia ac inanis persaepe inter ipsos erat -s.

colloquintida *sim. v.* colocynthis.

colloquium (conl-), -i *n.* *script.:* quo-: *p.867,22.* colo-: *p.867,23.* *de assimilatione:* GODESC. SAXO gramm. 1 p.359,3 con-um teste Isidoro.

sermo, collocutio – Gespräch, Aussprache, Unterredung, Unterhaltung (*cf.* GLOSS. I 65,27 St.-S. con-um samansprahha): **I** *gener.:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* VITA Pirmin. I 4 p.23,31 post mutuam -orum dulcedinem *s. Pirminii et papae.* CONC. Karol. 37,61 cum nullo masculo eis *(sanctimonialibus)* -um habere liceat *(cf.* STATUT. ord. Teut. p.50,32 feminarum et maxime iuvencularum evitent -a *fratres).* CAND. FULD. Eigil. II 14,72 dulcia con-a resonant. RIMB. Anscar. 7 p.28,5 nullius consortio vel -o uti. AGIUS vita Hath. 11 inter familiaria, quae cum eo habebat, -a. HROTSV. prim. 328 uti -is eius *(sponsae)* quaerens manifestis. 354 his . . . -is mutuo sermone peractis. GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p.391,23 omne -um, nisi cum Deo et sanctis eius, . . . devitavit (*cf.* 6 p.394,20). 5 p.393,42 ne a cantatione psalmorum aliorum -is ineptis impediretur. 15 p.404,45 cum . . . amabili -o inter se sermocinarentur. *saepe. expressius i. q. res – Gesprächsthema:* EIGIL Sturm. 6 p.138,9 (ed. P. Engelbert. 1969) inter cetera -a percontatus est *eqs.* **b** *c. colore quodam:* **α** *disputatio – Erörterung, Diskussion:* VITA Pirmin. I 2 noctem . . . in divinis transegere -is. *de argumentatione philosophica:* ALBERT. M. metaph. 4,3,2 p.188,1 (ed. B. Geyer. 1960) omelia . . . idem, quod -um vulgariter vocamus. **β** *disceptatio – Auseinandersetzung, Disput:* WIDUK. gest. 3,46 p.127,23 melius gladiis quam linguis -um incipiamus. **γ** *vaniloquium – Geschwätz:* CONC. Karol. 24^{B},1,4 p.213,32 in ecclesia non negocia, non -a (*cf.* CAPIT. reg. Franc. 22,71 vaniloquia) fiant. *cf. l.34.* **δ** *confabulatio blanda – Schäkerei:* HROTSV. lib. 2 praef. 1,4 male dulcia -a eorum *(amantium).* CARM. Bur. B 144,3,3 visus et -a . . . trahant nos ad gaudia. *per euphemiam de concubitu:* HROTSV. Agn. 212 in quo *(lupanari)* lascivi iuvenes . . . -o scelerosarum gaudent mulierum. **ε** *dialogus (c. Deo) – Zwiesprache (mit Gott):* ALDH. virg. I 4 post caeleste -um *(sc. Moysis).* HILDEG. scivias 2,6 p.534^{A} secretam dispositionem sacratissimi -i *eqs.* ARNO REICHERSB. scut. p.1506^{A} cum Domino et angelis miscere per orationes -a. ADALB. AUGUST. Simp. 11 inter divina orationum -a. *v. et l.32.* **2** *latius:* **a** *de loquela:* **α** *eloquium, dictum – Rede, Wort:* MIRAC. Genes. Hier. 3 temere . . . contra locum sanctum proferre con-um. HROTSV. Agn. 447 blande -is illos affatur amicis. PURCH. Witig. 312 tibi -is a me monstratur apertis. *al.* *adde:* IOH. CANAP. Adalb. A 10 p.15,18 (ed. J. Karwasińska. 1962) usque ad missę celebrationem Davidicis utitur -is (elo-, allo- *var. l.*). **β** *alloquium – Zuspruch:* WILLIB. Bonif. 5 p.18,28 spiritalibus eos *(fratres)* con-is . . . hortatur, ut *eqs.* HERM. IUD. conv. 5 p.84,11 (ed. G. Niemeyer. 1963) me . . . blandis . . . -is exhortando . . . Christo lucrifacere satagebat. *al.* **γ** *modus loquendi – Redeweise:* GERH. AUGUST. Udalr. I 28 p.418,29 suavi . . . -o et benesonante loquela . . . exsuperabat. **b** *usus (familiaris) – (vertrauter) Umgang, Verkehr:* CONC. Merov. p.114,3 remotus . . . ab omni con-o catholicorum. PASS. Ursulae 13 insueto harum -o (collegio *var. l.*) gentium. OTLOH. vis. 10 p.364^{C} nisi se a Iudaeorum -o abstineret. *al.* *cf. p.865,28.* **B** *meton.:* **1** *collocutio per litteras habita, epistola – schriftliche Unterhaltung, Brief:* FORM. Salisb. 3 ante contuitum misistis con-um. GERB. epist. 36 (ed. F. Weigle. 1966) si fraterna -a nobis exhibuistis. CHRON. Pol. 2,24 cum frequenter eum . . . legatis et -is conveniret. *adde de lectione:* BEBO ad Heinr. 2 p.497,12 in hac parte moralium fiat tibi . . . dulce -um, ut per dulcedinem lectionis *eqs.* **2** *tractatio, descriptio – Besprechung, Beschreibung:* HUGEB. Wynneb. 1 ad aliis fratris sui *(Willibaldi)* gloriosis vitae con-is . . . gradiamus.

II *publ., eccl., iur. i. q. consilium, actio, conventus – Beratung, Verhandlung, Konferenz, Versammlung, Tag(ung), Treffen:* **A** *in univ.:* THEGAN. Ludow. 46 -um inaequale habuerunt *Lotharius cum Ludowico.* VITA Liutg. I 31 p.79, 22 imperator *Liudgerum* . . . ad suum iussit venire -um. DIPL. Ludow. Iun. 10 actum Matra in -o duorum fratrum. GERH. AUGUST. Udalr. I 12 p.402,4 exercitus . . . ad -um eorum regis se coniungere festinavit (*item de contione militari:* HEINR. LETT. chron. 21,2 p.142,21 locus . . . orationis et -orum exercitus). GERB. epist. 132 (ed. F. Weigle. 1966) cur indictum -um pro pace inter reges neglectum sit *(item de actione de pace habita:* THIETM. [?] chron. 5,21 urbani . . . egressi sunt dolose quasi ad -um. *al.).* DIPL. Conr. II. 189 p.252,11 -um . . . inter imperatorem Cuonradum et Heinricum regem. BERTH. (?) annal. a.1077 p.301,38 cum tempore condicto undique ad -um destinatum . . . maiores . . . regni convenire . . . coepissent. EPIST. Hann. 25 ad marchiale -um. BRUNO MAGD. bell. 126 p.119,3 singulare. EPIST. Hann. 7 p.25,18 in -o nuper cum adversariis catholicę pacis habito. HELM. chron. 80 p.150,17 principes . . . conspiracionis . . . gratia condixere -um (*cf.* HEINR. LETT. chron. 10,3 p.35,4 Lethi . . . ad -um perfidie non veniunt). *persaepe. v. et p.863,23.* **B** *curia (sollemnis), conventus generalis – Hof-, Reichs-, Fürstentag, Landesversammlung:* CAPIT. reg. Franc. 225,2 imperiales homines ad -um sive servitium imperatoris properantes. TRAD. Ratisb. 178 ⟨actum⟩ ad Rispah in conventu et -o principum. TRAD. Frising. 1281 quam *(proprietatem)* . . . secundum Baioaricam legem Radasponensi -o sibi in proprium confirmavit. GERH. AUGUST. Udalr. I 26 p.411,31 episcopi . . . ad regale -um . . . sunt congregati (28 p.415,35. 41. WIPO gest. 14. *al.*). DIPL. Otton. III. 235 p.650,44 in palacio nostro . . . nostrum iussimus fieri -um. THIETM. chron. 7,6 ut ad Alstidi ad publicum venirent -um (EKKEH. IV. cas. 49 p.182,7. *al.*). 8,34 imperator . . . unum in Suevia regione -um de re publica habuit. *al.* DIPL. Conr. II. 201 p.271,11 publice et in pleno -o. WIPO gest. 35 p.55,4 imperator praecepit, ut omnes . . . ad generale -um convenirent (DIPL. Heinr. II. 500 p.638,8 ad g. concilium sive -um. ANNAL. Altah. a.1054 p.49,24. *al.*). ANNAL. Altah. a.1070 p.79,6 *rex* in pentecoste in Mihisina -um principum habuit. BERTH. (?) annal. a.1077 p.293,29 ante Oppineimense -um. CHART. Mog. A I 376 p.278,5 ut nunquam cogatur abbas . . . ad -um curiale . . . venire (HELM. chron. 50 p.98,16). OTTO MOR. hist. p.2,12 maximum -um cum . . . principibus . . . habere. RYCCARD. chron. a.1226 p.136^{a},23 (epist. imp.). *persaepe. iudicium palatinum, curia regia – (Reichs-)Hofgericht (cf. Waitz, Verf.-Gesch. VIII. p.11sq.):* GERH. AUGUST. Udalr. I 28 p.417,9 Heinricus . . . et aequivocus eius . . . ad -um imperatoris vocati sunt. p.417,15 factum est imperiale -um. DIPL. Heinr. II. 199 in nostro palatino -o . . . diffiniatur. DIPL. Heinr. III. 360 secundum legem Bauuariorum in nostro -o diffinitum est. **C** *concilium, synodus – Konzil, Synode:* CONC. Karol. 22^{A} synodale con-um habere (CAPIT. reg. Franc. 252,1 p.214,2. GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p.392,3. EPIST. Hann. 7 p.26,30 venito vel ad privatum vel ad commune, immo s. -um. *al.*). LAMB. HERSF. annal. a.1076 p.256, 14 finito in Wormacia -o. ALEX. MIN. apoc. 13 p.280,9 habito sine disputationibus -o in praesentia CL episcoporum. *al.* **D** *conventus civium, civiloquium – Bürgerversammlung, 'Morgensprache':* DIPL. Heinr. IV. 336 p.443,26 sine laudationem hominum duodecim electorum in -o facto sonantibus campanis. CHART. Naumb. 210 p.188,35 in cuius *(scult-*

heti) -is ... compositionem faciant. CHART. select. Keutgen 264[b] p.358,32 qui *(burgenses)* vocati aderant ad civile -um. *al.* CHART. Dortm. 106 p.48,26 iudices, scabini, consules et cives ... ad -um congregati. CHART. Pruss. II 334 (dipl. Rud. Habsb.) ut *cives Lubicenses* ... super sibi necessariis ... legitime convenire et colloqui valeant et eo -o et tractatu, qui morginsprage vulgariter dicitur, ... perfruantur. CHART. Rhen. inf. II 591 in communi -o matutino. *conventus fratrum collegii cuiusdam – Zunft-, Gildenversammlung, 'Gesellengebot':* CHART. select. Keutgen 263,2 (a.1231) ter in anno debet esse -um fratrum *(sc. incisorum panni).* 149,4 cum carnificibus sedebit etiam in anno -a, quae vocantur sprake. *ibid. al.* **E** *iudicium, mallum, placitum – Gericht, Gerichtstag, -versammlung, 'Ding':* DIPL. Otton. I. 163 nos ... in ipsa provincia habito -o veritatem ... investigantes. DIPL. Otton. II. 142 in publico mallo aut in alio communi -o. CONST. I 437,9 -a sua in atriis aecclesiarum constituunt habenda. ARNOLD. RATISB. Emm. 2,57 p.571[a],19 placitum sive iudiciale -um. CARM. de Frid. I. imp. 2600 (ed. I. Schmale-Ott. 1965) campus ..., rex ubi Romanus ... -um celebrare solet *eqs.* CONST. I 369 precepimus ... Cremonensibus ... in ipso quo-o existentibus. CHART. Ital. Ficker 316 p.347,38 causas ... tractare seu colo-a ordinare. CHART. Westph. VII 478 ecclesia ... a -o, quod hyendinc dicitur, ... libera. CHART. Friburg. 156 p.129,8 prefixerunt ... advocatis diem -i. CHART. Stir. III 267 p.357,25 -a ..., placita ... nulla ... habeant. *al. v. et p.866,56sqq.*

colloquor (conl-), -cutus sum, -i. *struct. c. acc.: l.39. 50sq. usu pass.: l.68.*

sermocinari, colloquium habere, confabulari – miteinander sprechen, sich besprechen, unterhalten, Zwiesprache halten (cf. GLOSS. I 64,27 St.-S. con-itur kasprehhari): **I** *gener.:* **A** *strictius:* **1** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 6 p.29,3 ut ... diem pariter con-endo alternatim ducerent. CONC. Karol. 50[D],46 p.640,13 con-endum cum aliqua sanctimonialium. FORM. Augiens. C 15 p.371,28 obtarem creberrime vobis con-i. CAPIT. reg. Franc. 252,23[b] ne -antur ad invicem *coniuges separati.* HROTSV. Pafn. 3,3 -i secretius. ALBERT. METT. div. temp. 2,9 p.713,39 ad sororem suam -endam ... Hrenum transivit. OTLOH. Magn. 6,31 (AnalBoll. 81. 1963. p.194) cum ... utrosque -entes sibi de visionibus audisset. STATUT. ord. Teut. p.112,8 si duo vel plures necesse habuerint -i vel conferre. *al. v. et p.860,59. 870,18.* **2** *c. colore quodam:* **a** *de disceptatione:* OLIV. epist. 5 p.300,9 Christianus et Iudeus et Sarracenus conveniunt ad -endum de tribus legibus. **b** *de dialogo tacito:* BEDA hist. eccl. 2,9 p.100,15 in intimis cordis multa secum con-ens. HELM. chron. 43 p.87,7 Deo in oratione -ens. **B** *latius c. sensu alloquendi:* **1** *adire – sich wenden (an):* EPIST. Worm. I 41 difficilis locus te, pater sanctissime, -endi. **2** *invocare – anrufen:* CARM. imag. 21,4,1 Christus, te con-or, ... ut *eqs.*

II *publ., eccl., iur. de colloquio in conventu, synodo sim. habito i. q. consilia conferre, agere – (sich) beraten, verhandeln, konferieren:* **A** *strictius:* CHRON. Fred. 4,35 ut has duas reginas pro pacem ... coniungerint con-endum (loquendum *var. l.*). CONC. Karol. 4 p.33,28 con-i apud Suessionis civitas synodum vel concilio facere decrevimus. 33[B] p.240,29 -endo potius quam disputando *(cf. p.864,54sq.).* CAPIT. reg. Franc. 305,2 (rec. B) rex in conspectu fidelium suorum secrete ac manifeste frequenter con-tus fuit. DIPL. Otton. II. 280 p.326,11 peticionem ... cum fidelibus nostris -entes. THIETM. chron. 4,23 qui ... locum -endi peteret. BERTH. (?) annal. a. 1079 p.316,23 certum diem ... ad -endum sibi apud Frites-lariam constituunt. *v. et l.6.* **B** *latius:* **1** *inquirere, cognoscere – eine Untersuchung durchführen:* DIPL. Loth. I. 135 p.303,24 (ed. Th. Schieffer. 1966) placuit nos de hoc diligenter fideliterque -i. **2** *constituere – bestimmen:* CAPIT. reg. Franc. 259,9 sicut in synodo con-tum est.

collorion, -um *v.* collyrium. **collorus** *v.* colonus.

collotaurium (colit-), -i *n.* (*cf.* ταυρόκολλα) *gluten taurinum – Stierleim:* ANTIDOT. Glasg. p.157,39 catarticum, quod ... ventrem movet: coli-um ∋ II *eqs.*

collucatio *v.* collocutio.

colluceo (conl-), -ere. *de assimilatione:* GODESC. SAXO gramm. 1 p.358,21 con-et.

1 *proprie i. q. (una, pariter) splendere, radiare, fulgere – (zusammen, gleichermaßen) glänzen, strahlen, funkeln:* **a** *vi praepositionis vigente:* HUCBALD. carm. 2,142 -ent calvi. *c. dat.:* CARM. libr. III 40,44 onus argenti -et montibus auri. **b** *vi praepositionis evanescente:* CARM. de Karolo et Leone 253 con-ent colla zmaracdis (*cf.* 524). IOH. SCOT. carm. 2,4,9 actibus eximiis con-ent pepla. **2** *translate:* **a** *de hominibus i.q. (una) clarere, glorificari – (gemeinsam) erstrahlen, gefeiert werden:* WANDALB. martyr. 209 Mappalicus quinta decima Hermogenesque Petrusque con-ent (conculc- *var. l.*). 307 Cantius et Cantianus cum Cantianella con-ent (-ent *var. l.*). **b** *de rebus i. q. manifestum fieri, apparere – offenbar werden:* IOH. SCOT. carm. 2,3,46 in quo *(Christo)* con-ent, quae latuere diu.

collucesco (conl-), -luxi, -ere. *(simul) relucescere – (gleichzeitig) aufleuchten:* EKKEH. IV. cas. 67 p.241,1 domus tota flammis con-xit.

***collucro** (conl-), -are. *in lucrum mutare, cum lucro vendere – in Gewinn umsetzen, mit Gewinn absetzen:* CAPIT. reg. Franc. 32,65 ipsos *(pisces)* ad nostrum profectum iudices nostri con-are faciant.

colluctatio (conl-, -cio), -onis *f. luctatio, contentio – das Ringen, (Ring-)Kampf:* **1** *corpor.:* **a** *strictius:* **α** *de luctamine, certamine singulari:* ALDH. ad Acirc. 2 p.69,7 post angelicae con-is palestram *(cf. Vulg. gen. 32,22sqq.).* RUD. FULD. Leob. 14 quasi ad -em vocaretur, cappam ... abiciens. **β** *de conflictu, pugna:* BENZO ad Heinr. 2,18 p.621, 45 minimę est nostra con-cio cum hominibus. ANSELM. Luc. c. Wibert. (MG Lib. Lit. I p.525,33) utinam non esset con-o catholicis adversus carnem et sanguinem *(cf. Vulg. Eph. 6, 12).* **γ** *renisus – Gegenwehr:* ALTFR. Liutg. 1,7 in hac ... -e mirabili *puellulae.* **b** *latius i. q. contentio virium – gemeinsame Anstrengung:* CONR. MEND. Attal. p.146,8 valida fortium virorum -e lapis ... sublevatus est. **2** *spirit.:* **a** *certamen, aemulatio – Auseinandersetzung, Streit(gespräch):* **α** *gener.:* GERHOH. epist. 3 p.491[B] secundum varias doctrinas et -es magistrorum. **β** *rhet. de genere disputandi:* ALBERT. M. top. 8,2,1 p.506[b],2 qui *(opponens et respondens)* non -is (*p.159[a],33* ἀγῶνος) causa, sed causa experimenti ... faciunt disputationes *eqs.* **b** *reluctatio (contra temptationem) – das Ankämpfen (gegen die Versuchung):* OTLOH. curs. 25 (PL 146,232[C]) is, qui nunquam, et ille, qui saepius carnis corruptionem expertus est, nulla possunt -e coaequari (tempt. 1 p.47[A]).

***colluctativa,** -ae *f. rhet. i. q. oratio aemulandi causa habita – Streit-, Wettrede:* ALBERT. M. top. 8,2,6 p.512[b],24 ad exercitationem certativae et -ae (*p.161[a],23* ἀγωνιστικὰς ... διατριβάς).

***colluctative** *adv. rhet. i. q. secundum leges colluctativae q. d. – gemäß den Regeln der Streitrede:* ALBERT. M. top. 8,2,1 p.506[a],39 consideratione habendae sunt respondendo -e disputanti. *ibid. iterum.*

colluctator, -oris *m. antagonista (in colluctatione), adversarius – Gegner (im Ringkampf), Widerpart:* **1** *corpor.:* BARDO serm. p.333,27 Iacob benedictionem Israhelitici nominis a suo -e consecutus. **2** *spirit.:* CONR. EBERB. exord. 5,15 p.318,36 (Series script. s. ord. Cist. II. 1961) cernens ... invictum robur mentis -is sui ... triumphare. *spectat ad disceptationem:* RUP. TUIT. off. 6,235 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. VII. 1967) hic Dei -r *(sc. Habacuc).*

colluctor (conl-), -ari. *script.* cunl-: *p.869,9. form. act.: p.869,9.*

luctari, contendere – ringen, kämpfen: **1** *proprie de anim.:* **a** *strictius (cf.* GLOSS. II 461,41 St.-S. con-amur ingaganin. 742,42 con-antem hringanten, uuidar uuinnanten. IV 199,64 -or samithringon): **α** *de luctamine, certamine singulari:* WALTHARIUS 623 visum ... mihi te -arier urso. TRAD. Michaelb. 81 ad confirmandam huius rei scientiam Walchunus ... et Magense ... eodem die con-antes duas ca-

[Antony]

misias dilaniabant. HIST. peregr. p.137,34sq. con-antur ad invicem sicque -ando . . . ad imum vallis insimul devolvuntur. *de amplexu venereo:* CARM. Bur. B 167II,3,6 -emur (colludemus, colludamus *var. l.*) serio. β *de pugna:* ACTA imp. Winkelm. I 693 p.551,35 (a.1243) -antibus . . . altrinsecus partibus. **b** *latius de convulsione morientis:* METELL. buc. 9,40 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) -ans in morte iacet bos. **2** *in imag. de rebus:* AGNELL. lib. pont. prol. p.279,17 velut . . . tempestas adversum me cun-ret. VITA Cuneg. A 6 p. 823a,48 -antes inter se flammas. *adde:* VITA Mathild. II 1 p.285,5 diu multumque instabant bello robore -anti.

subst. **colluctans,** -antis *m. qui aemulandi causa orationem habet – einer der ein Streitgespräch führt:* ALBERT. M. top. 8,2,1 p.505b,40 -antibus (*p.159a,27* ἀγωνιζομένοις), hoc est ad obviationem disputantibus.

collucutio *v.* collocutio.

?**colludio** (conl-), -onis *(f.) collusio, colludium, consilium (fraudulentum) – (hinterlistige) Anstiftung:* LEX Baiuv. 9,7 ille, cuius con-e (conlusione, conclusione *sim. var. l.*) crimen admissum est, tamquam fur damnetur. *cf. l.65. p.873,46.*

***colludiosus** (conl-), -a, -um. (*cf.* colludium) *fallax, fraudulentus – betrügerisch, hinterlistig:* DIPL. Otton. I. 400 p.545,29 quod nos eum *(sc. monimen)* silens aut ocultans vel con-um . . . abuissemus.

adv. ***colludiose.** *fallaciter, fraudulenter – betrügerisch, hinterlistig:* DIPL. Otton. I. 269 p.384,7 quod nos eum *(sc. praeceptum)* occulte aut con-e abuisemus.

colludium (conl-), -i *n. (m.* -us: *l.63sq.) script.:* caml-: *l.63.* concl-: *p.870,2.* -lid-: LEG. Wisig. 7,1,5 p.288,41 *(var. l.).* ALDH. ad Acirc. 132 p.182,4 *(var. l.).* -uvi-: *p.870,4.*

I *strictius i. q. lusus (communis) – (gemeinsames) Spiel* (*cf.* GLOSS. III 268,20 St.-S. -um spil): **A** *in univ.:* EPIST. Reinh. 41 carissimo adolescenti . . . N. et N. . . . sibi quondam noti puerili -o omne ⟨bonum⟩ in Christo. **B** *ludicrum, iocus – Kurzweil, Zeitvertreib, Spaß, Unterhaltung:* **1** *de hominibus:* RATHER. prael. 5,21 nullas dederis ferias, nullum tibi -um, nullam pausam (*sim.* 6,26 p.342c. serm. 11,4 p.752B). *de ludo Musarum i. q. deliciae – Getändel:* HEIRIC. Germ. I comm. p.431,32 conceptos . . . luctus Musarum -o . . . levabam. **2** *de avibus:* ODO Ern. duc. 6 p.357E indigenae *aves* . . . captant multo -a plausu *(sc. cum hospita).*

II *latius i. q. collusio, fallacia – falsches, abgekartetes Spiel:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* HINCM. annal. a. 876 p.128,22 Boso . . . filiam Hludowici . . . iniquo con-o in matrimonium sumpsit. FLOD. hist. 3,28 p.552,3 -um, quod habebat factum, sibi celaverat. **2** *c. colore quodam:* **a** *conspiratio – Verschwörung:* AGOB. apol. 2,2 crescente con-o . . . reginam . . . excluserunt de domo. **b** *pactio – das Paktieren:* ANNAL. Mell. Scot. a.1229 (MGScript. IX p.625,20) quod virtus rite vocari debuit, appellas -a templicolarum. **c** *praestigiae – Blendwerk, Gaukelspiel:* ALDH. virg. I 21 p.251,2 securus ab illecebrarum -o. II 2110 lurida . . . scaevi -a luxus. **B** *iur.:* **1** *in univ.:* DIPL. Pipp. 16 p.24,26 per nullum artis con-um. ACTA imp. Winkelm. I 936I p.711,20 (a.1248) per cuiusquam incuriam vel fraudis pocius excogitate -um gravari. **2** *consensus clandestinus, consilium dolosum – geheimes Einverständnis, geheime Absprache:* LEG. Burgund. const. I 6,3 nec suo nec suorum con-o aut conscientia *fugitivum* fuisse dimissum. II 21,9 nullam fraudem aut con-um cum inimicis fecit. LEX Sal. Merov. 86 ut non con-us (caml- *var. l.*) fieri possit (CAPIT. reg. Franc. 3,10 con-us). 88 si *servus* . . . intercedente con-o non fuerit praesentatus. LEG. Wisig. 7,2,6 ipse, cuius con-o vel suasione servus crimen admiserat. LEG. Lang. p.153,1 servum . . . alterius per con-um conpraehindere *eqs. al. expressius i. quod occultae pactionis est – was auf geheimer Vereinbarung beruht:* CAPIT. reg. Franc. 202,5 ut nullatenus falsitatem vel -um scribant *notarii.* **3** *fraus, dolus, deceptio – Betrug, Täuschung, Winkelzug:* FORM. Turon. 30 p.153,17 sic est veritas absque ulla fraude vel con-o. FORM. Flav. 44 p.482,34 constitutionem . . . pro quocumque con-o mutare. CAPIT. reg. Franc. 273B,21 con-o (concludio *var. l.*) . . . opprimere pauperes. CONST. I 26 p.55,27 quae extra Urbem esse videbantur, . . . quibusdam -viis *(sic?)* a lare sancti Petri alienaverunt (*cf.* 34 p.71,24 -o). CHART. Ital. Ficker 258 p.304,24 de -o et molestia non facere. *al.*

colludo (conl-), -lusi, -lusum, -ere.

1 *strictius i. q. ludere (c. aliquo) – spielen (mit):* **a** *de hominibus:* α *in univ.* (*cf.* GLOSS. IV 231,31 St.-S. cludo [*sic*] ih spil): RUODLIEB IV 197 miserum con-ere rege. VITA Udalr. Cell. I 3 noluit -ere sociis. LAMB. LEOD. Matth. III 9 qui *(puer)* . . . coepit -ere aquis. *al. absol. i. q. partem ludi capere – mitspielen:* AGOB. apol. 1,5 quod domina . . . ludat pueriliter . . . plerisque con-entibus. β *ludicrari, iocari – Kurzweil treiben, scherzen, sich unterhalten:* EKKEH. IV. carm. var. II 5,23 *scholares* triplo cum quadruplo sibi -ant sociato. VITA Heinr. IV. 10 p.33,22 se pater cum filio . . . oblectabat, colloquebatur, -bat. *de lusu poetico:* NOTKER. BALB. Gall. 1a,2,3,1 tecum iubes -ere dulci vicissim carmine . . . rudem poetam. THANGM. Bernw. 1 p.758,37 poetizando per viam metro -simus. HERM. AUGIENS. vit. 361 -ens pariterque ridens. **b** *de animalibus i. q. colluctari – sich balgen:* CHRON. Pol. 2,12 ursum . . . cum ursa -ere prospexit.

2 *latius i. q. se adiungere – sich anschließen, mitmachen:* CHRON. Reinh. a.1197 p.555,11 qui . . . ad universitatis commercia scindi et -ere noluisset *eqs.*

subst. **colludens,** -entis *m. collusor – Spielkamerad:* CHRON. Reinh. a.1074 a con-bus secum in alea.

collugeo (conl-), -ere. *commaerere – mittrauern:* GODESC. SAXO carm. I 6,3,5 condolere mihi atque prona mente con-ere.

colluitio *v.* collutio.

1. collum, -i *n. vel rarius* **collus,** -i *m. script.* colu(m): *l.57. form.: gen. sg.* -u: *p.871,23. dat. sg.* -e: *l.59. abl. pl.* -ibus: *p.871,7. apud poetas plerumque plur. sensu sing., e. g. l. 49.55.65.69. p.871,11. al.*

cervix, αὐχήν, τράχηλος – *Hals, Nacken, Genick* (*cf.* GLOSS. III 3,73 St.-S. -us hals): **I** *proprie (def.:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.73,18 -um . . . est membrum, quod sustinet caput *eqs.* ALBERT. M. animal. 13,1 membrum . . ., quod . . . continuat caput cum corpore, . . . vocatur -um, ex re nomen habens, quia colla idem est quod continuatio *eqs.):* **A** *gener.:* **1** *de hominibus (de statua: l.69):* **a** *strictius:* α *spectat ad humiliationem, subiectionem (cf. p.871,30sqq.52sqq.):* CARM. Aldh. 3,21 peto . . . allidens . . . solo tenus . . . curvatam -i cervicem capitis atque verticem. WALTHARIUS 843 pede -um pressit. *al.* β *spectat ad percussionem, iugulationem:* ARBEO Corb. 12 ut ne pondere corporis -us (-um *var. l.*) desolveret. WALTHARIUS 981 truncavit -a precantis. CARM. pro schola Wirz. 93 -um maternum vel confregisse paternum. *saepe. v. et l. 59.* γ *spectat ad amplexum:* HROTSV. Mar. 255 -o sese suspendit amando. VITA Heinr. IV. 10 p.33,4 pater credulus verbis . . . filii irruit super -um eius. *al.* δ *spectat ad ornamentum:* CARM. de Karolo et Leone 191 ornantur variis radiantia -a lapillis. *al.* LEX Thuring. 28 mater moriens . . . filiae . . . spolia -i *dimittat.* WIDUK. gest. 1,5 ingens aurum circa . . . famelicum -um (colum *var. l.*). THIETM. chron. 4,47 quae *(crux aurea)* in -o eius pependit. *saepe. v. et p.868,9. iron.:* WALTHARIUS 1059 torquem -o (-e *var. l.*) circumdedit aureum. *de phylacterio sim.:* SERMO de sacril. 15 qui . . . lingua serpentis ad -um hominis suspendit, . . . paganus est. LIBER ordin. Rhenaug. p.151,21 ut . . . -o suspense portentur *sanctorum reliquiae. al.* ε *usu vario:* ALDH. virg. I 35 p.279,13 catenarum nexibus -um cum lacertis et suris simul adstringentes. PAUL. DIAC. carm. 6,103 -a paterna ferunt extincti viscera nati *eqs.* VITA Emm. 44 gustum . . . erecto statim -o . . . revomebat. WIDUK. gest. 1,22 p.34,13 (rec. B) durius (duriorem *C*) -um non gerit Heinricus quam Adelberhtus. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,50 -a Iovis laqueo pessum dedit. ARIBO FRISING. mus. p.36,16 quae *(vox humana)* ex una fistula -i . . . iubilat omnia melorum genera. VITA Heinr. IV. 5 p.21,7 ut -a somno languida penderent.

CONSUET. Marb. 218 (Spicil. Friburg. X. 1965) mapulam . . . ad -um suspendat. *saepe. in cognomento:* FOLCUIN. Lob. 17 quem *(Reginerium)* Longum C-um vocant. **b** *latius i. q. caput, vertex – Kopf, Haupt:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,34 innectere -a coronis (*cf.* 3,231). **2** *de animalibus (in effigie: l.7):* WALAHFR. Mamm. 8,11 leo . . . horrendus -a iubasque. THEOPH. sched. 3,92 dracones -ibus et caudis concatenatos. ANSELM. MOG. Adalb. 221 quadrupedes . . ., -a quibus cum pectoribus perplana fuerunt. *al. v. et l. 72. c. notione cristae:* ALDH. virg. II 1432 gypsa . . . caerula pestiferis extollit -a venenis. VITA Magni Fauc. II 5,14 (AnalBoll. 81. 1963. p. 329) -a tumentia *(sc. draconis)* tetigit. **B** *spec.:* **1** *anat. et zool.:* TRACT. de chirurg. 759 -o et spine circa dorsum ossa sunt XII. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 73,27 diversitas . . . avium in -o. BRUNUS LONG. chirurg. 2,5,2 p. 123^{B} -um . . . est evacuatorium cerebri. ALBERT. M. animal. 1,257 -um creatum est principaliter propter tracheam arteriam *eqs. al.* WILH. SALIC. chirurg. 4,1 p. 24,25 continuatur -um cum posteriori parte cum octava spondyli. *al. v. et p.870,39.41. in physiognomia:* ALBERT. M. animal. 1,512 qui humeros commovendo incedit erecto -o, superbus et insolens . . . iudicatur. *al.* **2** *medic.:* BOTAN. Sangall. 1,14 ad -um dolendum (*cf.* ANTIDOT. Glasg. p. 103,25 ad -u dollorem). IOH. IAMAT. chirurg. 5,3 de apostemate -i. BRUNUS LONG. chirurg. 1,20,7 p. 119^{A} si est prima spondylis -i *dislocata* (*cf.* WILH. SALIC. chirurg. 3,19 p. 347^{H} si spondyles -i seu pectoris dislocantur). GLOSS. Roger. I A 3,1 p. 660,46 in fontinella supra -um, hoc est, in extremitate occipitii. II 459 si fiat vulnus in -o. *saepe.* **3** *iur. et publ.:* **a** *in ritibus:* **α** *subiectionis:* IULIAN. TOLET. Wamb. 27 p. 522,14 antiquorum more curba spina dorsi vestigiis regalibus sua -a submittit. OTTO SANBLAS. chron. 11 p. 13,5 consules . . . exertis gladiis -o impositis *procedunt.* **β** *obnoxiationis:* FORM. Pith. A 75 brachium in -um posui et per comam capitis mei . . . tradere feci. *adde de iuramento:* HROTSV. prim. 349 dextra . . . levata iurat per gladium, per candidulum quoque -um. **b** *de laesione:* LEX Alam. 57,28 si . . . -us transpunctus (-um transpunctum 6.7) fuerit. DECRET. Frision. A 8 p. 55,6 pro nervo -i, id est waldewaxa, XXXVI solidi. **c** *de poena (capitis):* CAPIT. reg. Franc. 146,3 *malefactorem* in -o suo portare debere . . . ad cippum. CONST. I 277,6 in quo *(duello)* si ceciderit accusatus de homicidio, -o plectatur. CHART. Argent. I 616,19 vicarius advocati . . . laqueo -o innexo illum *(damnatum)* suspendet. *adde:* WIPO gest. 16 p. 37,8 servi cum torquibus vimineis circa -um, quasi ad suspensionem praeparati, . . . satisfaciebant. **d** *de mensura (oneris):* CAPIT. reg. Franc. 233,25 licentiam habeat, quantum sibi ad -um portare potuerit, lignamen faciendum. *adde:* ALBERT. AQUENS. hist. 7,54 rex . . . pacifice eos prodire permittens cum omnibus, quae -o deferre poterant.

II **A** *in imag.:* **1** *de deditione, humiliatione (cf. p.870,43 sqq. l.30sqq.):* ALDH. epist. 1 p. 477,13 cum . . . desperatio -a mentis compresserit. ARBEO Emm. 16 veritatis verbis -a subponere. WALAHFR. Wett. 639 iugo Satanae sua -a gravare. HROTSV. gest. 613 patris imperio . . . dare -a *(ed.,* -um *cod.). al.* RUOTG. Brun. 40 regi regum Christo -a submittens. UFFING. Ida 1,20 dominicis iussis . . . sua . . . -a mancipare. BRUNO QUERF. Adalb. A 10 p. 194^{b},8 vino ventrique -um (-a 3) flectunt. DIPL. Conr. II. 114 p. 159,25 cristiane religioni -a subdiderunt. CONR. EBERB. exord. 5,15 p. 319,2 (Series script. s. ord. Cist. II. 1961) patientiae pede malitiae . . . -um calcare. *saepe. usu iur.:* TRAD. Frising. 1513^{b} (a. 1098/1104) super altare sancte Marie . . . -a libertatis sue sponte delegaverunt. TRAD. Teg. 134 -a sua Pernhardo . . . subdiderunt. TRAD. Ratisb. 774 p. 362,6 -um de subiugo eius subiectionis excussere. **2** *de superbia:* WALAHFR. Mamm. 20,27 -a animo subrexit dura superbo. BRUNO QUERF. Adalb. A 10 p. 194^{a},12 post deos alios erecto -o cucurrerunt. *cf. l.21.* **3** *usu vario:* HEIRIC. Germ. I commend. p. 431,20 -a subduxi *negotio.* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,4 dum plumatam portarent -a coronam. ANSELM. LUC. c. Wibert. (MG Lib. Lit. I p. 528,5) Deus . . . irruet . . . super -um tuum. *al.* **B** *alleg.:* HONOR. AUGUST. cant. 4,4 p. 413^{B} -um iungit corpus et caput . . ., -um . . . ecclesiae sunt in scripturis sapientes ecclesiam verbo et exemplo iungentes Christo. HILDEG. div. op. 1,4,45 p. 838^{B} per mentum . . . et per -um, quod . . . totum caput . . . sustentat, diversitas nubium designatur. **C** *meton. de vita:* **1** *iur.:* **a** *spectat ad iudicium maius (cf. Dt. Rechtswb. s. v. 'Halsgericht'):* **α** *strictius:* CHART. Brem. 56 p. 63,25 (a. 1181) post meridiem . . . in nullius -um nec hereditatem agetur. CHART. select. Keutgen 104^{a},4 delicta, que ad manum vel ad -um amittendum cedunt (CHART. Rost. B I 2,33 p. 65 [ed. H. Thierfelder, Rostocker Stadtbuch. 1967] preter ea, que cedunt ad -um et ad m. *cf. l.17sq.21.28.30*). CHART. Rhen. inf. II 325 advocatiam et omne iudicium de villa de Hamale et, quod ad ipsam pertinet de capite et de -o, . . . in feodo contulimus (CHART. Heinr. Leon. 41 p. 60,18 preter i. . . . -i et manus. CHART. ord. Teut. [Thur.] 295 p. 230,8 fratres in omnibus bonis suis . . . i. sanguinis, i. -i . . . obtinere. *cf.* CHART. Brand. A I 7 p. 245,28 cum iudicio minore ac maiore, -i scilicet et manus. CHART. Eichsf. 591 excepto . . . iudicio, quod pertingit ad -um seu ad vitam perdendam). FUND. Heinrichow. 1 p. 24,12 vel -a deponere vel se ipsos . . . redimere. CHART. Pruss. II 323 p. 220,16 pro -o proprio respondebit. **β** *latius i. q. ius iudicii maioris exsequendi – Halsrecht, Halsgerichtsbarkeit:* CHART. Hamb. 464 (a. 1223) tres partes -i et kore et ban dimidietatem. CHART. Meckl. 554 ut . . . tercia . . . pars -i et manus eisdem canonicis proveniat. 1469 p. 589,9 cum iudicio sanguinis ac mutilatione membrorum, que vulgariter manus et -a vocantur. **b** *spectat ad redemptionem sanguinis (cf. Dt. Rechtswb. s. v. 'Halslösung'):* CHART. Wism. A 796 (ed. F. Techen, Das älteste Wismarsche Stadtbuch. 1912; a. 1258) Iohannes, qui commisit furtum . . . et de a⟨d⟩vocato et consulibus suum redemit -um. FUND. Heinrichow. 1 p. 24,14 iussit dux . . . -a sua redimere. *ibid. al.* **2** *usu communi:* COSMAS chron. 1,5 p. 15,17 super -a et capita vestra iura excogitabit.

III *translate:* **A** *de vasis, instrumentis sim.:* ALDH. ad Acirc. 56,3 veho *(sc. fusum)* per -um teretem vertigine molam (*cf.* virg. II 1464 in -o tereti). RHYTHM. 146,46,2 mihi *(sc. malleo)* . . . duo . . . nascuntur capita -o. THEOPH. sched. 2,11 ampullas cum longo -o. 3,82 p. 315,16 super -um conflatorii. 3,84 p. 321,20 iuxta -um *campanae.* GEBER. summ. 1,50 p. 589 cuius *(alembici)* -um suscipiat -um cucurbitae inferioris intra se. *al. tubus – Röhre, Halsstück:* WILH. RUBRUQU. itin. 2,2 (Sinica Franciscana I/3. 1929) de qua *(rota)* ascendit -um sursum tamquam fumigatorium. **B** *de caule plantarum* (*cf.* GLOSS. II 465,34 St.-S. -o stili): WALAHFR. hort. 131 *poma cucurbitae* tenui . . . ferunt ingentia -o corpora. 270 *papaver* fragili . . . solet se tollere -o (gloss. L: stingile). HILDEG. phys. 1,56 p. 1151^{C} si in -o suo dolet, de -o illius *(mandragorae)* comedat. **C** *anat. et chirurg. de partibus corporis:* **1** *de urethra:* AESCULAPIUS 41 p. 69,36 quando venerint lapides in vesicae -um *eqs.* (ROGER. SALERN. chirurg. 3,648 de lapide removendo a -o vesice. *al.* ALBERT. M. animal. 1,464 unus *meatus* est urinae per -um v. *al.*). *de prostata q. d.:* WILH. SALIC. chirurg. 4,4 p. 37,15 vesica . . . est nervosa et eius -um carnosum ut plurimum. **2** *de cervice matricis, vagina:* TRACT. de caus. mul. 58 capit. p. 11,12 si matrice et -us patitur. CONSTANT. AFRIC. theor. 3,34 p. 13b^{v} concavum, quod vulve vocatur -um (MAURUS anat. I 138. *v. et l. 65*). RICHARD. ANGL. anat. I 594 exterius *orificium matricis* dicitur -um matricis (ALBERT. M. animal. 2,117 -um m., quod cannae assimilatur et quod est -um vulvae. WILH. SALIC. chirurg. 4,4 p. 34,29 ⟨in⟩ muliere . . . loco virgae fit -um m. *al. cf. l. 60*). **3** *usu vario:* AESCULAPIUS 31 p. 47,37 intra longanonis -um. ARS med. 5 p. 423,20 cui *(intestino caeco)* etiam -um iungitur. TROTULA 46 -um praeputii. **D** *convallis – Talenge, -kessel:* EKKEH. IV. cas. 51 p. 197,2 praemunitur in artissimo -o . . . locus fitque castellum. 55 p. 206,11 locum . . . longo -o et artissimo impugnantibus maximo damno . . . adibilem.

[Antony]

2. *collum, -i *n. vel* ***colla,** -ae *f. (ital.* colle, collo, *cf. G. Rohlfs, Historische Grammatik der Italienischen Sprache. II. 1949. p.29sqq.) iugum, culmen – Bergjoch, Höhe:* DIPL. Otton. I. 374 p.515,3 actum . . . prope castellum . . . super fluvium Cesorana in silva de -a Tritano. DIPL. Otton. II. 278 p.324,8 tercius *finis* . . . fertur per Iubis -a. ACTA imp. Winkelm. I 33 p.24,44 usque -am de Preocco et a iugo usque ripam maris. CHART. Tirol. 1195 p.239,9 ab rio, que vadit inter -um de medio et Llavaçedo *(sc. montem). cf. p.858,63.*

3. collum *v.* 1. colon.

collumino, -atum, -are. *luce complere – (völlig) erleuchten, erhellen:* WOLFHER. Godeh. I 5 lucem, quam mundum quasi coelesti quodam radio -turam noverat *Deus.*

collumnella *v.* columella.

1. colluo, -ui, -ere. *script.* colu-: *l. 18sq.21.*

1 *strictius:* **a** *medic. i. q. eluere, luendo purgare – ausspülen, durch Ausspülen reinigen:* THADD. FLORENT. cons. 21,36 coluendo os cum aqua vite guttata (ALBERT. M. veget. 6,334 p.511,18 quando -itur [colu- *L*] os ex aceto illo. *al.*). ALBERT. M. veget. 6,85 decocta radix eius *(colocynthidis)* cum aceto -it (colu- *V*) optime dentes. **b** *usu communi i. q. lavare – (ab)waschen:* REIN. ALEM. phagifac. 127 quam *(manum)* -it ante . . . Thetis. **2** *latius i. q. diluere, solvere – aufweichen, -lösen, durchtränken:* MAPPAE CLAVIC. 70 adice aquam melli et -e subtiliter. REIN. ALEM. phagifac. 233 -is escas, *Bacche.*

2. *colluo, -ere. *(cf. francog. vet.* coloiier *a* collum, *v. Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. II. p.569sq.)* **1** *proprie i. q. (minitando) collum erigere – (drohend) den Hals aufrichten:* CARM. Otton. III. 20,2,33 nec per apertum -it atrox *(sc. asellus pelle leonis tectus).* **2** *translate i. q. exsurgere – sich auflehnen, erheben:* BENZO ad Heinr. 6,4 p. 661,52 -at ut contra regem omnimodis litibus *Merdulfus.*

collupnellus *v.* columella.

1. collus *v.* 1. collum. **2. *collus** *v.* *scollus.

collusio (conl-), -onis *f.* **1** *strictius i. q. lusus (communis), ludicrum, iocus – (gemeinsames) Spiel, Getändel, Schäkerei:* ELIS. SCHON. viar. 18 p.120,33 fugite confabulationes et -es adolescentularum. ALBERT. M. eth. 8,1,1 p.518^{b},8 *stursium* in garritu sibi similium quasi in -e, collocutione quadam delectari videtur. **2** *latius i. q. colludium, fallacia, calumnia – falsches, abgekartetes, betrügerisches Spiel:* **a** *gener.:* GESTA Frid. imp. A p.55,7 Alexander non adfuit imperatoris -em . . . timens. **b** *iur. i. q. consensus clandestinus, consilium dolosum – geheimes Einverständnis, geheime Absprache:* CAPIT. Bened. 1,342 ille, cuius con-e vel exortatione *furtum* admissum est. ACTA imp. Winkelm. I 920 p.696,8 (a. 1247/48) per -em lata . . . sentencia. *remissius:* CHART. Helv. arb. 59 p.98,12 (a. 1250) ecclesiam . . . dimittere . . . nec dolo, fraude seu -e, sed sua ductus spontanea voluntate.

collusor (conl-), -oris *m.* **1** *socius lusor – Spielgefährte, -kamerad (cf.* GLOSS. IV 178,3 St.-S. -r spilegenoz): VISIO Godesc. 26 (QuellensSchleswHolstGesch. IV. 1875. p.108,14; c.1190) filio . . . sibi pene coetaneo -e . . . delectatus. **2** *socius conviciator, derisor – Mitspötter, Lästerkumpan:* EPIST. Worm. I 56 tibi . . . tuisque con-bus ludibrio futurus.

***collustratio,** -onis *f. manifestatio splendida, claritas – leuchtender Erweis, Glanz:* WOLFHER. Godeh. I 5 p.172,13 -e virtutum insignis effloruit.

collustro (conl-), -avi, -atum, -are. **1** *de illustratione i. q. illuminare – erleuchten, erhellen:* **a** *proprie:* SISEB. carm. 35 quam . . . terram *Phoebus* con-et curribus altis. **b** *in imag.:* RADBOD. Mart. 1 rusticorum agros . . . -at *gemma (sc. s. Martinus).* HERBORD. Ott. 1,42 p.722,21 *Martha* conventus nostros . . . virtutum suarum radiis -vit. **c** *translate:* **α** *clarificare, sublimare – verherrlichen, hoch auszeichnen:* NOTKER. BALB. martyr. III. id. Iul. p.1119^{C} gloriosae in Christo perseverantiae titulo -ti sunt. CHRON. rhythm. Austr. 296 Christus . . . redemptos sanguine . . . -bit. **β** *exornare, excolere – schmücken, verschönern:* THANGM. Bernw. 8 p.761,36 antiqua . . . loca . . . optimis aedificiis -vit. **2** *de perlustratione:* **a** *visere – besichtigen:* DIPL. Pipp. 38 p.54,10 (spur. c. s. XIII.) perrexerunt ad -andum . . . coenobium. **b** *pervestigare, permigrare – durchforschen, -wandern (cf.* GLOSS. I 85,28 St.-S. con-are umpi pifaran): VITA Landel. 290 Italiam . . . con-ant passim dominum poscendo. HELM. chron. 107 p.211,10 interiora montis -antes. **c** *inspicere, contemplari – (prüfend) betrachten:* EPIST. Meginh. 29 p.227,7 si quando *animus* se ipsum . . . respicit et -at. GERHOH. (?) tract. I 44 (ArchHistDoctrLitt. 40. 1965. p.148) te . . . in interiori homine ipso, quo videnda est rei veritas, oculo -a.

collustrum *v.* colostrum.

collutio, -onis *f. script.:* colu-: *l.17sq.20. adde* THADD. FLORENT. cons. 129,63. *al.* -lot-: *l.23.* -uit-: *l.17sq.* -usio: *l.20sq.*

1 *medic. i. q. purgatio colluendo facta – das Ausspülen, Spülung:* AURELIUS 7 p.692,7 collui-e (colui-em *cod. Augiens. CXX*) ori . . . adhibita. 25 p.729,13 uti -e (colui-em *cod. Augiens. CXX*) oris. THADD. FLORENT. cons. 21,10 colu-e. ALBERT. M. veget. 6,132 -o (-sio *var. l.*) . . . oris facta de mastice confirmat gingivas. 6,145 -o (-sio *var. l.*). *ibid. al.* **2** *usu communi i. q. lavatio – das (Ab-)Waschen:* REIN. ALEM. phagifac. 422 manuum -o (-otio *var. l.*).

colluvies, -ei *f. script.* conl-: GLOSS. I 65,10 St.-S.

confluxio (sordium), lacuna caenosa – Ansammlung (von Unrat), Schmutzlache: NICOL. LEOD. Lamb. 7 (ASBoll. Sept.^{3}V p.604^{A}; c.1142) aqua ex palustri -e collecta.

colluvio, -onis *f. confluxio sordium – Ansammlung von Unrat:* **1** *strictius:* **a** *proprie:* GLOSS. III 694,59 St.-S. -o gehurwe. *spectat ad pollutionem:* MANEG. ad Gebeh. 15 p.338,11 explende libidinis spurcissima -e defluere. **b** *translate i. q. turba confusa – Gewimmel, Gewühl:* EPIST. Hann. 73 quanta . . . -o non virorum, sed muscarum. **2** *latius i. q. coinquinatio, contaminatio – Befleckung, Besudelung:* HRABAN. hom. I 38 p.72^{A} in hoc pleno -um fragilitatis humanae corpore. LAMB. HERSF. annal. a.1069 p.110,12 ne . . . regii nominis maiestatem tam turpis facti -e macularet. CONR. EBERB. exord. 6,2 p.343,26 (Series script. s. ord. Cist. II. 1961) caput mulieris spurcissima -e maligni spiritus foedum.

colluvium *v.* colludium.

collybista (colib-, colob-), -ae *m.* (κολλυβιστής) *nummularius – Geldwechsler, -makler (cf.* GLOSS. III 271,40 St.-S. colo-a vuehseleri): EPIST. Reinh. 51 p.48,4 Segifridum . . . colo-ę cuiusdam Othgeri . . . filium. ACTA imp. Winkelm. II 1037^{I} p.711,3 sicut in templo Domini . . . egerant coli-e.

collybum (col(l)ib-), -i *n.* (κόλλυβον) *genus placentae, cuppedium – eine Art Kuchen, Naschwerk:* AETHICUS ISTER 84 p.66,22 Iudaea inclita sint tibi colliba (coli- *L*).

collyrida (-lir-), -ae *f.* (κολλυρίς) *script.:* colir-: *l.57sq. adde* GLOSS. IV 114,12 St.-S. -ler-: *l.61.* -lici-: *l.61.* -dia: *l.59. form. acc. pl.:* -es: *l.61.* -os: *l.60. metr.* -lĭ-: *l.60.*

stianitatem -pulit *rex*. OTTO FRISING. gest. 1,33 p. 52,37 dux . . . terga hosti dare -itur. 2,13 p. 117,10 ut . . . civis . . . ad obedientiam principis sui -atur. CHART. Brixin. 131 p. 139,32 si . . . ad id faciendum violenter et potenter -atur *ministerialis. saepe. spectat ad animalia:* LEX Baiuv. 14,2 si . . . persona . . . animal per vim sallire conpellerit (con-it, -pelerit, -pulerit *sim. var. l.*). 14,7. β *cogitur legibus, iuribus, imperio sim.:* LEX Ribv. 59,2 iudicium . . . con-atur adimplere. CAPIT. reg. Franc. 93,5 ut servi . . . non . . . ad ulla angaria . . . cogantur vel con-antur. THEGAN. Ludow. 20 p. 595,30 propinquas . . . filios nobilium in coniugium -unt (cogunt *4*) accipere. 48 Hlutarius -ens (-pulit *4*) patrem, ut . . . iret . . . ad Compendium. EGILM. epist. p. 361,39 mea . . . -sa interpellatio cassata est. TRAD. Teg. 171 ministerialis . . . ad serviendum sibi -bat *censuales*. STATUT. ord. Teut. p. 61,12 statuimus, quatenus . . . annualem -atur subire penitenciam *frater*. CHART. Raitenh. 374 testes . . . ad comparendum per censuram canonicam -endo. *saepe.* γ *cogitur rebus naturalibus, condicionibus:* BEDA hist. eccl. 1,27 p. 55,28 illam infirmitas conpulit. EIGIL Sturm. 7 (ed. P. Engelbert. 1968) ubi eum nox -pulit habitare. WALAHFR. Wett. 202 -or (gloss. R: cogor) . . . feritate doloris strata videre mea. ANNAL. Xant. a. 832 necessitate -sus (WIPO gest. 17. *al.*). RIMB. Anscar. 31 presbiter . . . persecutionis acerbitate -sus. THIETM. chron. 1,25 vir . . . nimia ebrietate -sus. VITA Heinr. IV. 1 p. 10,26 quem *(hominem)* aegritudo -erat usque ad sordidandum lectum. *saepe. adde:* EINH. Karol. 2 p. 5,10 otium . . . crebra salutatione interrumpentes *nobiles* locum mutare con-unt *Karlomannum.* δ *cogitur motibus animae, votis sim.:* ALDH. virg. II 2031 fratrem . . . precibus gestit -ere (cōpp- *P*) virgo. LIBER diurn. 99 debita pastoralis -pulsit sollicitudinis cura, ut *eqs.* FORM. Marculfi 1,1 l. 9 (ed. A. Uddholm. 1962) con-et (con-it *var. l.*) nus affeccio caritatis vestre. HRABAN. epist. 3 p. 385,23 quaestionibus . . . fratrum . . . respondere con-bar. WANDALB. mens. 364 hortatu -sus amici. POETA Saxo 5,290 pietas . . . regem largas -pulit ad lacrimas. THANGM. Bernw. prol. angelicis oraculis persuasus, immo -sus. *al.* **b** *cum colore quodam:* α *movere, premere – bestimmen, beeinflussen:* FORM. Marculfi 1,31 l. 15 (ed. A. Uddholm. 1962) eius meretis conpelentibus (con-entibus *AB2*). EINH. Karol. prol. p. 1,29 causa, quae . . . sufficere posset, ut me ad haec scribenda con-ret (*cf.* POETA Saxo 5,112 -or regum scribere catalogum). HROTSV. prim. 512 nec propriae vitae -i quivit amore, ut *eqs.* MANEG. c. Wolfh. 22 p. 95,12 (ed. W. Hartmann. 1972) voluntatem eius *(Dei)* nemo -it. *al.* β *impellere, concitare, evocare – antreiben, anreizen, anspornen, auffordern:* CHRON. Fred. 4,70 regina . . . eum con-ins, uxorem . . . relinquerit. ALDH. virg. I 46 virguncula . . . nec proci -sa precibus. HRABAN. epist. 10 p. 396,34 tibi deputes, non mihi, qui hoc *(opus)* facere me -bas. DIPL. Karoli III. 179 p. 297,3 ad . . . homines . . . ad publicas excubias -endos . . . ingredi. DIPL. Conr. III. 164 p. 297,2 (ed. F. Hausmann. 1969) Dei gratia . . . ex debito -it . . . iura tueri. ALBERT. M. animal. 6,100 nigromantici quaerunt ipsum *(frustum)* . . . ad -endum animos feminarum. *al. v. et p. 1044,52.* γ *urgere, vexare – bedrängen, quälen:* VISIO Baront. 20 ut cum-sa (con-, cum culpa *var. l.*) *anima* discat *eqs.* TRAD. Frising. 260ᵇ graviter dolore con--sus ambulare non potui (*cf.* THEGAN. Ludow. 45 d. -sus ob iniuriam patris). DIPL. Heinr. III. 352 in qua *(oppressione)* . . . episcopus violenter eos -erat. *al.* δ *exigere, poscere – (er)fordern, verlangen:* ALDH. ad Acirc. 112 p. 151,1 verba, quae in pirrichio . . . adnectere exemplorum formula -et (con--it *var. l.*). LEX Baiuv. 13,5 necessitas hoc con-it (conpulit *var. l.*) facere (ARBEO Emm. 2. DIPL. Otton. III. 136 p. 547,31 eligere abbatissam, quando mortalis n. -erit). 21,5 ut lex con-it (-et *var. l.*). TRAD. Frising. 14ª secundum quod mos con-it secularis (ARBEO Emm. 39 m. nuptiarum. *ibid. al.*). DIPL. Karoli III. 42 tempora . . . vite presentis . . . certitudinem rerum . . . pensare -unt. *al.*

compelo *v.* 2. compello.

compemsacio *v.* compensatio.

***compendeo** (conp-), -ere. *conexum esse, (de)pendere – beruhen (auf):* CONR. HIRS. dial. 555 sunt . . . in literatura seculari verborum quaedam signa aliquid significantia, sed spiritali intelligentiae minime -entia. mund. cont. 776 (Anal. Mediaev. Namurc. XIX. 1966) ubi consuetudo viciis con-et, virtus locum non habet. SIGEBOTO Paulin. 21 p. 919,38 nulla ex parte -et iniustitiae, quod iustus iudex permittit iusta . . . ratione.

subst. **compendentia,** -ium *n. pertinentia – das Zugehörige, Zubehör:* TRAD. Patav. 12 (Mon. Boica XXVIII 1. 1829. p. 110,5; a. 1157/63) aream . . . iure contradidit legitimo quomodo et alia eidem areae -ia.

compendiarius, -a, -um. *praecisus, brevior – abgekürzt, kürzer:* GESTA Camer. 1,75 p. 428,21 in -o . . . tramite.

***compendicium,** -i *n. pertinentia – das Zugehörige, Zubehör:* DIPL. Karoli M. 289 (spur. s. XII.ᵐᵉᵈ.) locum . . . cum omnibus -is et cohabitationibus suis . . . contradimus.

compendio, -avi, -are. *abbreviare – verkürzen:* OTTO FRISING. chron. 5,4 p. 233,14 leges . . . profuse et inordinate conpactas -vit *Iustinianus.*

adi. **compendians,** -antis. *commodus – angenehm:* TRANSL. Lando. 2,1 (MGScript. XV p. 610,8; a. 982/90) tanta . . . a Deo collata iamque -i prelibata gaudio quidam . . . aegre ferentes.

compendior *v.* compendiosus.

***compendiositas,** -atis *f. brevitas – Kürze:* IOH. AFFLIG. mus. 6,2 nos -em (copiositatem *var. l.*) sectantes.

compendiosus (conp-), -a, -um. *script.:* cum-: *l. 68.* -ped-: *l. 53.70. compar.* -dior: *l. 43.*

1 *adi.:* **a** *lucrosus, commodus, utilis, opportunus – vorteilhaft, bequem, nützlich, geeignet* (*cf.* GLOSS. II 186,58 St.-S. con-ius gimahhor): α *spectat ad loca:* VITA Sigir. 11 (MG Mer. IV p. 612,35) locum con-um . . . elegerunt (DIPL. Arnulfi 149. 175 p. 265,22). CHART. Sangall. A 355 ut . . . accipiam territorium . . . mihi optime con-um. β *spectat ad modum, rationem:* BEDA temp. rat. 20,15 veracius et -ius (*cf.* GLOSS. II 47,18 St.-S. giuuorsamora) argumentum. MIRAC. Bav. 1,4 p. 592,25 non solum veniale, sed etiam -um . . . furtum. ALBERT. M. praedicab. 2,8 p. 38ᵇ,15 scientiam speculativam -am, brevem quidem, sed tamen sufficientem. *al.* **b** *brevis, contractus, strictus, concisus – kurz, abgekürzt, knapp, gedrängt* (*cf.* GLOSS. II 491,53 St.-S. con-us churzlicho): α *spectat ad loca, itinera sim.:* ANNAL. Fuld. II a. 876 p. 88,18 per -diorem *(sic)* viam (CHART. Naumb. 148 p. 128,8 -ior seu directior . . . via. *al.*). HERIG. Lando. II 1,11 (MGScript. XV p. 605,33) -um invadunt itineris laborem. WOLFHER. Godeh. II 21 peragrata -o itinere Saxonia. *al.* β *spectat ad stilum, verba sim.:* WILLIB. Bonif. 3 p. 11,20 con-a verborum raritate. DONAT. Trud. 16 (MGMer. VI p. 288,31) con-a . . . libelli brevitas (WALAHFR. exord. 23 p. 498,14). TRAD. Ratisb. 57 per -um . . . kartulae narratum. VITA Walar. 14 (MGMer. IV p. 166,22) brevissimo et con-o . . . stilo descripsimus. Ps. BOETH. geom. 375 (ed. M. Folkerts. 1970) -is (-ped- m^1) . . . introductionibus. CHART. Schir. 3 (Mon. Boica X. 1768. p. 441,18) con-a ut possumus relatione rei geste seriem perstringimus. ADALB. SAMAR. praec. dict. p. 30,20 (ed. F.-J. Schmale. 1961) quedam *dictamina* . . . -a traditione . . . tradere. *al.* **2** *subst. neutr.:* **a** *via brevior – Abkürzung:* THIETM. chron. 4,41 eosdem per -a itineris interruptos. **b** *?ratio brevis – ?kurzes Verfahren:* ALBERT. M. animal. 18,17 virtus . . . accipit instrumentum, quo paucioribus et -ioribus potest . . . explere operationem.

adv. **compendiose.** **1** *commode, opportune, facile – bequem, günstig, leicht (cf.* GLOSS. III 231,3 St.-S. -e gemahlich; *nonnulla exempla hic allata et infra [p. 1047,12 sqq.] inseri possunt):* BEDA temp. rat. 48,14 ut planissimo numero . . . -ius . . . temporis status in memoriam posset reduci. AMULO epist. 2 p. 370,31 cum-e . . . et utiliter fieri posse videtur. GERH. AUGUST. Udalr. I 3 p. 390,21 quicquid . . . promiserat, hoc . . . -e (-ped- *1*) perfecerat. ALBERT. M. somn. 3,1,4 p. 182ª,5 cum lucidius et -ius sciretur ex propriis quam metaphoricis. veget. 1,204 -e satis . . . perscrutari. *al. fort. add.:* CHART. scrin.

Col. B 1641 (a. 1278) via . . . descendet, quando -ius haberi potuerit, quod ûnverderflich dicitur. **2** *clare – deutlich:* ALDH. epist. 4 p. 481,17 ut certius . . . animadvertere queat, . . . -e et breviter enucleabo. **3** *breviter, strictim, astricte – kurz, knapp, bündig (interdum notione contrahendi accedente, e. g. l. 11):* **a** *strictius:* ANON. ad Ragimb. p. 534,15 quam *(demonstrationem)* nos nitimur -e . . . exponere. CHART. Austr. sup. II 99 p. 147,5 possessiones . . . denuo nominatim, sed -e . . . adnotare. OTTO MOR. hist. p. 2,2 supradicta omnia . . . -e . . . scripta reperies. ALBERT. M. praedicab. 4,7 p. 78ª,42 -e . . . dicendo generalissimum . . . de omnibus . . . speciebus . . . dicimus. *al.* **b** *latius i. q. celeriter – schnell:* ODO GLANN. Maur. 16 in oratoriolo -e ibidem constructo, ut nobilioribus mos est. LAMB. HERSF. annal. a. 1077 p. 296,24 libera -e . . . aecclesiam Dei scandalo. VITA Udalr. Cell. II 15 (8) labores, quos . . . pertulit, . . . -e praetereo. LIBER ordin. Patav. 1,14 p. 945,12 quo *(capitulo)* -e finito . . . signa sonentur. *al.*

compendium (conp-), -i *n. script.:* cum-: *l. 53.* cop-: FORM. Marculfi 1,4 l. 3 ([*var. l.*]. ed. A. Uddholm. 1962). -ped-: *l. 49. p. 1048,52.*

I *lucrum, commodum, utilitas – Gewinn, Vorteil, Nutzen (cf.* GLOSS. I 76,25 St.-S. lucrum vel con-um kafori. *al.):* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* LIBER diurn. 68 pietatis integritas -um sustinet. DIPL. Loth. I. 31 p. 108,3 (ed. Th. Schieffer. 1966) aeternis con-is reconpensari. DIPL. Arnulfi 54 sempiternae retributionis -a . . . nobis impertiri. *al.* **b** *spectat ad res terrenas:* VITA Filib. 8 (MGMer. V p. 590,8) nihil habentes proprium, nullum egentes con-um. CHART. Raitenh. 81 p. 84,29 (a. 1218) in temporali -o eternum dispendium non timentes (GESTA Trev. cont. V 1 p. 407,9 per grave d. ad breve -um pervenitur. *al.*). **c** *spectat ad verba:* LEG. Wisig. 10,1,18 con-o brevitatis uti (ALDH. virg. I 35 p. 280,5 b. -o plura praetereo). **2** *iur.:* **a** *in univ.:* LEG. Wisig. 1,1,3 non pro familiari con-o, sed pro utilitate populi. 5,5,3 quod nihil exinde suis profuisset con-is. CHART. Sangall. A 85 p. 81,22 tantum exartent, quantum podent in eorum con-o. DIPL. Heinr. II. 2 habeat potestatem . . ., quicquid sibi pro suo -o libeat, faciendi. *al.* **b** *in chartis commutationis:* FORM. Marculfi 2,23 l. 23 (ed. A. Uddholm. 1962) quicquid exinde pro . . . con-o (conpensatio *A1*) facire elegerint. TRAD. Ratisb. 22 p. 28,7 res pro communi utilitate et con-o inter se commutare (DIPL. Ludow. Germ. 60. *al.*). TRAD. Frising. 806 ad con-um ecclesię. DIPL. Arnulfi 1 p. 1,34 causa utriusque -i . . . commutationem fecimus. TRAD. Frising. 1034 conplatitationem ob -um domus Dei . . . fecerunt. *al.* **B** *latius:* **1** *fructus, proventus – Ertrag, Einnahme:* LEG. Wisig. 12,1,2 nostra largitate eis *(iudicibus)* con-a ministramus. suppl. 1,2,65 fisci con-is profuturas *libras (sim.* FORM. Marculfi 1,14 l. 5 [ed. A. Uddholm. 1962] con-is [conped- *A2*] regalibus illut adscribetur, quod *eqs.).* VITA Filib. 42 (MG Mer. V p. 603,19) a partibus marinis advenient oportuna con-a. VITA Desid. Cad. 16 p. 575,4 basilicam . . ., quam cum terrae cum-is (-is *3*) monasterio suo dedit *episcopus.* DIPL. Heinr. I. 23 in censibus, pecoribus . . . et omnibus, que dici aut nominari possunt, -is. CONST. I 175 regalia sunt hec: . . . monete, mulctarum penarumque -a. METELL. buc. 8,68 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) mature vendam, mea ne -a perdam. CHART. Carinth. III 1071 contulit . . . monasterio . . . mansi unius . . . utile -um. MIRAC. Adalb. Wirz. 11 p. 64,16 cuius *(nemoris)* con-a . . . altario . . . deserviunt. *al.* **2** *subsidium, victus – Hilfsmittel, Unterhalt (smittel):* FORM. Marculfi 1,16 l. 3 (ed. A. Uddholm. 1962) pro con-is aecclesiarum. VITA Filib. 9 (MGMer. V p. 590,13) de beluis marinis invenerunt con-um. VITA Cond. 10 (MGMer. V p. 650,20) dum ob viri Dei -a lintris in eadem fabricaretur insula. CHART. Bund. 103 quicquid ad loca sanctorum -i conferre curaverimus. *al. spirit.:* CAND. FULD. Eigil. I 17 -a vitae, id est divina sacramenta. **3** *supellex – Hausrat (usu plur.):* FORM. Senon. I 38 quod . . . casa . . . cum omnem mobilem vel intro domo con-a . . . et strumenta cartarum . . . igne cremassent. **4** *possessio – Besitzung:* FORM. Morb. 5 episcopus unam basilicam et unam castelonaem . . . seu et alia con-a nobis . . . abstulit.

II *quod parsimonia colligitur, deminutio, abbreviatio – Einsparung, Ersparnis, Verminderung, Verkürzung (cf.* GLOSS. III 271,35 St.-S. con-um churzi. *al.):* **A** *strictius:* **1** *spectat ad loca, itinera sim. i. q. via brevior, spatium brevius – kürzerer Weg, Abkürzung (de via brevissima: l. 11):* **a** *proprie:* HELM. chron. 15 p. 32,20 remigantes mare Britannicum brevi -o. HIST. de exp. Frid. imp. p. 78,5 per vię -um (viam -i *var. l.* [*cf. Vulg. II reg. 18,23*]). OTTO SANBLAS. chron. 7 p. 8,17 illi . . . per notum sibi -um precurrentes. ALBERT. M. animal. 8,66 ascendunt altissime *grues,* ut . . . dirigant volatum . . . per -um. *al. in nom. propr.:* CHART. Rhen. med. I 11 (a. 752) actum Con-o (*'Compiègne'*) palatio. *al.* **b** *in imag.:* RUP. TUIT. vict. 3,1 p. 85,3 (ed. R. Haacke. 1970) sermo per -um currens. CHART. episc. Halb. 204 l. 4 per -um mortalis vite transire (*cf.* NADDA Cyriac. I prol. 6,27). *al. abl.* -o *vice adv. i. q. cito – schnell:* HELM. chron. 25 p. 52,12 melius est -o vitam finire quam diu torqueri. **c** *translate i. q. ratio – Verfahren, Methode:* HERIG. reg. 2,20 ne . . . aestimatio denominationum longiorem importet laborem, facilioribus temptandum -is (compendiosius *var. l.*) *eqs.* **2** *spectat ad verba, stilum sim.:* **a** *gener.:* CONC. Karol. p. 301,34 nomina propter -um scribendi ternis litteris notata sunt. HRABAN. epist. 28 p. 443,30 habeat *lector* . . . satis commodum -um, quando id, quod in multis codicibus patrum scrutari debuit, in unum repperit collectum. 52 causa fuit -i, ne prolixitas fastidium pareret. WIPO gest. prol. p. 8,20 haec de proemii -o proposui. *al. acc.* -um *vice adv. i. q. breviter – kurz:* DIPL. Heinr. V. (ed. A. Calmet, Histoire de Lorraine. I. 1728. preuves p. 535,59) ut -um faciamus. **b** *meton. i. q. summarium, epitome, comprehensio, conspectus – Kurzfassung, Zusammenfassung, Überblick:* CHART. Hersf. 38 p. 71,10 (s. IX.) breve -um de . . . rebus, quę pertinent ad monasterium. ADAM gest. 2,20 si . . . historico aliquid dicemus -o. OTTO FRISING. chron. 2,30 p. 101,23 nos brevitatis causa -o stringamus *gesta. al. in titulo libri:* SALERN. comp. praef. in quo *(opere)* quia secreta . . . breviter et commode demonstrantur . . ., -um convenienter intitulatur. **B** *latius:* **1** *ratio brevior, commoditas, commodum – Vereinfachung, Erleichterung, Bequemlichkeit (cf.* GLOSS. IV 137,26 St.-S. con-a gemach. *al.):* BEDA temp. rat. 55,25 ob -um calculandi. CONC. Karol. 33ᴮ p. 242,13 propter -um minus intelligentium. HRABAN. epist. 5 p. 390,15 ob con-um querendi et commodum inveniendi. ALBERT. M. somn. 3,1,4 p. 182ª,6 -um eligit natura, eo quod non abundat superfluis. *al. adde:* LUP. FERR. Wigbert. 3 rigorem aecclesiasticum mortiferis -is . . . enervare. **2** *facultas, occasio (velox) – (schnelle) Möglichkeit, Gelegenheit:* DESID. CAD. epist. 1,14 (ed. D. Norberg. 1961) ut con-um nobis de ipsos *(sc. artificibus)* faciatis *(cf. notam ed.).* IULIAN. TOLET. Wamb. 27 p. 524,1 de -o fugae vitam se lucrasse. VITA Filib. 39 (MGMer. V p. 603,4) unde *(sc. de piscibus)* . . . habuerunt consolationis con-um (complendum, conped- *var. l.*). FORM. Senon. II 8 p. 215,3 non solum lingue plectro, sed etiam nec ullis stilorum con-is explere sufficio *eqs.* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 300,42 pacis -um . . . quaeritabant. HELM. chron. 93 p. 183,25 salutis. *al.* -um mortis *i. q. mors subita – schneller Tod:* ADALB. MAGD. chron. a. 939 p. 161,10 cito mortis -o preventi (OTTO FRISING. chron. 7,29 p. 356,15 plurimi ferro cesi -o m. miseriam . . . terminavere). *meton. i. q. locus secessūs – Abort:* GLOSS. III 628,18 St.-S. -um kisuasi.

compendo (conp-), -ere. *communiter pendere, explere – gemeinsam wiegen, zusammen ausmachen:* CARM. de temp. rat. 46 dimidia sesclae duo *(sc. scripulos)* con-unt.

***compensa,** -ae *f. compensatio – Ausgleich, Ersatz:* CHART. Traiect. 1196 (a. 1249) mansos . . . in -am . . . decimarum contulerunt (CHART. Turic. 1775 p. 120,22 proprietatem . . . tradidit i. -am *eqs. al.*). CHART. episc. Spir. 350 p. 316, 17 uxori meę . . . pro bonis . . . resignatis feci -am.

compensatio (conp-, -cio), -onis *f. script.:* -ems-: *p. 1049,17.* -ess-: *p. 1049,23.*

1 *actio compensandi, exaequatio – das Ausgleichen, Ausgleichung:* CAPIT. reg. Franc. 278,8 p. 346,18 -o *rerum com-*

mutatarum ad nostram notitiam perferatur. CHART. archiep. Magd. 210 p.267,40 tertia pars equali divisionis -cione ab . . . duabus partibus deducta. CHART. Argent. I 250 con-cionem factam esse. **2** *quod compensando datur, recompensatio, remuneratio – Ausgleich, Ersatz, Gegenleistung, Vergütung (cf.* GLOSS. II 120,47 St.-S. con-o pidirpi): **a** *iur.:* DIPL. Merov. I 40 p.37,28 quem *(locum)* . . . ad fisco nostro . . . in -em pro alia re dedit. CHART. Rhen. inf. I 4 in cuius *(curtilis)* con-em agrum . . . tradidi. CHART. Rhen. med. I 43 econtra in -e . . . meriti dedit *eqs.* (TRAD. Frising. 407 accepit in con-em m. . . . res. *al.*). CHART. Sangall. A 754 quam *(uxorem meam)* . . . in -em . . . traditionis inpetravi. TRAD. Frising. 1102 in -e (reconpensatione *b. c*) . . . mancipiorum. CHART. Babenb. 13 p.18,30 recepta plena et legitima -e de fundis. CHART. Merseb. 161 p.134,39 dampni . . . dati tam ex parte marchionis . . . quam . . . Lipzensium . . . par habeatur -o. CHART. Tirol. notar. I 69 p.33,7 de expensis . . . -emsacionem amittimus. CHART. Babenb. 334 p.173,15 in con-em atque restaurum. *saepe.* **b** *usu communi:* GESTA Trud. cont. I 13,4 si alii pisces interveniebant, recta -o inde fiebat. BURCH. URSB. chron. p.114,8 votum . . . differtur et inutilibus remittitur per -em. *praemium dignum – angemessene Belohnung:* RATHER. epist. 19 p.109,21 -essationem . . . munusculi tanti, immo servitii . . . flagito fore.

***compensator** (conp-), -oris *m. qui gratiam refert – Vergelter:* UDALSC. carm. p.117 Iesu cunctorum con-r meritorum.

***compensibilis,** -e. *qui compensat, respondet – ausgleichend, entsprechend:* GREG. CAT. chron. I p.235,19 ad . . . censum -em annualiter persolvendum.

***compensionarius** (conp-), -i *m. socius redemptoris – Mitpächter:* CHART. Rhen. med. III 483 p.377,6 (a.1233) L(udewico) per sententiam suorum con-orum . . . fuerat abiudicata *decima.*

***compensive** *v.* *comprehensive.

compenso (conp-), -avi, -atum, -are. *script.:* consp-: *l.39.* -pin-: *l.39.* -ess-: *p.1050,5.*

I *trans.:* **A** *perpendere, aestimare – abwägen, veranschlagen, einschätzen (cf.* GLOSS. I 28,30 St.-S. conpinsant [*a,* conspinsant *b*] scouuont): **1** *strictius:* TRAD. Frising. 49 (a.772) servitutis quantitatem con-ans *Tassilo.* CAPIT. reg. Franc. 278,8 p.346,17sq. non -entur excultae et neglectae *res* aequaliter, sed sicut tunc fuerunt, -entur, quando *eqs.* EUGEN. VULG. syll. 6,13 indignum me -vi. *al.* **2** *latius:* **a** *considerare – erwägen:* DIPL. Loth. I. 22 (ed. Th. Schieffer. 1966) con-antes fragilitatem sexus . . . abbatissae. EPIST. Wibald. 376 -ta rerum et temporis oportunitate. *pendet acc. c. inf.:* HIST. Welf. 21. **b** *imputare – anrechnen:* LEG. Wisig. 4,5,3 heredibus ceteris eadem con-ta equalitate. *huc spectare vid.:* LEX Sal. Merov. 88 ipse dominus status sui iuxta modum . . . culpe inter fredo et faido con-bitur (-bit, con-atur *sim. var. l.; an pertinet ad l.66sqq.?).* **c** *usu medial. i.q. adaequari, comparari – gleichkommen, sich vergleichen:* ALDH. ad Acirc. 84,7 his *(milibus viventium)* neque . . . sidera . . . nec -antur harenae. WALAHFR. Wett. 59 nescire alium, qui -etur (gloss. RO: comparetur) ad istum. HROTSV. gest. 23 cui *(Mathildae)* . . . non -bitur ulla. **B** *coaequare, exaequare, compensationem facere, remunerari – ausgleichen, ersetzen, vergelten, kompensieren (cf.* GLOSS. I 477,26 St.-S. con-bo virgilto. *al.):* **1** *strictius:* **a** *gener.:* WALAHFR. carm. 29,11 -are tibi nulla pro parte, quod actum est, sufficio. RIMB. Anscar. 35 p.67,30 quia . . . nequivit uti parsimonio, studuit hoc elemosinis . . . -are. SYLL. Sangall. app. 3,10 dicta factis -vit. GESTA Camer. 3,6 contingit Arnulfo . . . a comite . . . in beneficio con-ari. NARR. itin. nav. p.188,3 ut nostri laboris dispendium eorum strage optime -retur. *al.* **b** *iur.:* LEG. Burgund. const. I 38,4 ei, qui dedit *legatis,* ab his, qui infra terminum . . . commanent, con-etur (con-antur, con-entur *var. l.*). LEG. Wisig. 4,4,3 mercedem suam suo . . . con-are servitio. CONC. Karol. 53 p.691,11 dabuntur . . . de porris ulnae viginti aut de aliis herbis . . . tantum, quod hoc -are possit. CHART. Argent. I 250 que *(decima)* dicebatur per quedam prata fuisse con-ta. CHART. Brixin. 169 p.180,36 expensas, quas . . . comes . . . subivit, dicto precio con-antes *(sc. episcopus). al.* **c** *comput.:* BEDA temp. rat. 46,34 additis . . . tribus diebus lunarem -are . . . hendecadem. RHYTHM. 114,16,2 per . . . incrementi copiam breviorum longiores *anni* -ant (conpess- *F*) inopiam. **2** *latius:* **α** *reddere, restituere – wiedergeben, -herstellen:* EKKEH. IV. bened. I 42,41 translatio . . ., que . . . gratam -at (gloss.: similem facit) simplicitatem. VITA Virg. Salisb. II 15 p.93[a],50 cum puero . . . contracto intercessio . . . Virgilii . . . sospitatem pristinam con-at. **b** *aequare – aufwiegen:* LEX Baiuv. 12,8 utriusque invasionem con-are. EINH. Karol. 21 cum . . . ingentia incommoda laude liberalitatis . . . con-ret *Karolus (de eodem:* POETA Saxo 5,487 -bat dispendia rerum mercedis laeto perpetis intuitu). *al.* **c** *adiudicare, praestare – zuteilen, erstatten:* LIBER diurn. 55 Petrus . . . dignam vobis . . . retributionem con-et. DIPL. Heinr. III. 192 p.242,25 cum . . . augustus . . . iustitiam . . . omnibus . . . -ret. **d** *parcere – ersparen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,148 nec volo nec possum tibi -are duellum. **e** *commutare – eintauschen:* TRAD. Frising. 721[a] (a.850) pro spe futurę retributionis de rebus sibi transitoriis prȩmia -are . . . ęterna.

II *intrans. (c. acc. mensurae: l.24):* **A** *pendere – wiegen:* ALCUIN. carm. 1,1499 omnia magna satis . . . argenti . . . meri -ant pondera multa. **B** *convenire – entsprechen:* MAPPAE CLAVIC. 245 draganti tantam quantitatem, que -et.

***compensor,** -oris *m. qui compendit, retributor – einer der abwägt, vergilt:* RHYTHM. 124,12,1 huc et illuc -r unus est dator *eqs. (sic P. Riché, Sources chrét. 225.1975.p.344sq.; sed cf. ed. in nota).*

compensus (conp-), *abl.* -u *m. vel* ***compensum,** *abl.* -o *n. compensatio – Ausgleich, Ersatz:* FORM. Marculfi 2,24 (ed. A. Uddholm. 1962) econtra in con-o (conpensacione *A 3*) dedit ille. FORM. Sal. Merk. 10 p.245,2 ille non perdit, qui . . . in con-u recipit. DIPL. Karoli M. 79 p.113,33 in -o dedit. 161 p.218,36 in -u recepit. *ibid. iterum.*

***compera** *v.* *compara.

comperator *v.* comparator. **comperco** *v.* comparco.

***compercussio** (conp-), -onis *f. collisio – das Zusammen-, Aneinanderschlagen:* ALBERT. M. animal. 8,179 custodes *apium* . . . tinnitum faciunt con-e aeramentorum. 23,35 vocem dat *ciconia* rostri con-e. *ibid. iterum.*

***compercutio** (conp-), -cussum, -ere. **1** *collidere, concutere – zusammenstoßen, aneinanderschlagen:* ALBERT. M. animal. 4,92 con-ssi *branchii* sonant fortiter. **2** *contundere – heftig stoßen, schlagen:* ALBERT. M. veget. 7,120 caespites fortissime -antur ligneis malleis.

***compereg̃rinatio,** -onis *f. peregrinatio communis – gemeinschaftliche Wanderschaft, Reise:* ALBERT. M. eth. 8, 3,6 p.546[b],24 amicitia comperegrinantium, cui ratione -is aliquid convenit, quod non convenit politicae.

***compereg̃rinor,** -ari. *communiter peregrinari, proficisci – gemeinschaftlich (aus)wandern, ausziehen:* ALBERT. M. pol. 5,8[bb] p.539[a],25 'ii quidem' . . ., egredientes a populo '-antur' (*p.1314[b],13* συναποδημοῦσιν) *eqs.*

subst. **compereg̃rinans,** -antis *m. socius peregrinationis – Reise-, Wandergefährte:* ALBERT. M. pol. 2,2[b] p.108[b],9 -ium (*p.1263[a],17* τῶν συναποδήμων) communitates. *v. et supra l.49.*

compereg̃rinus (conp-), -i *m. usu attrib.: l.63. socius peregrinationis – Mitpilger, Reisegefährte:* COLUMB. epist. 1 p.159,16 nisi . . . meorum cura -orum domi me vinctum ⟨teneret⟩. 5 p.177,21 orate pro me . . . et meis con-is. ENGELH. WIRZ. Burch. 2,12 p.40,28 fratres et con-os discipulos. 3,1 p.44,5 -us et compatriota. *de cruce signatis:* EKKEH. URAUG. Hieros. 20,4 se mansuetudine coniunxerat tam indigenis quam -is. HIST. de exp. Frid. imp. p.27,29 Ungari signati et con-i . . . exercitum prȩcedentes. MENKO chron. p.555,2.

comperendinatio (conp-, -phe-), -onis *f. dilatio, retardatio – Aufschub, Verzögerung:* ALDH. ad Acirc. 138 partes orationum . . . absque -e (conphe- *F*[3]) subdantur (ARNOLD. RATISB. Emm. 2,7 a. -e assume dialogum. GESTA Camer. 1,

103 p.443,47 qui [*comites*] . . . a. -e . . . ad episcopum veniunt).

comperendino (conp-, -rhe-, -prer-), -avi, -atum, -are. *dilatare, retardare – auf-, verschieben, verzögern:* ALDH. ad Acirc. 133 p.183,3 formulas . . . nullatenus -bo. EPIST. Alcuin. app. 2 p.486,1 aequiperant virga et baculus, pietas et disciplina . . . nec con-anda (conprer- *cod.*), sed continuanda sunt. VITA Ludow. Pii 21 p.618,6 ut . . . adventum . . . nullo modo conperhendinaret (-et *sim. var. l.*). WOLFHER. Godeh. II 22 synodum unanimitas fratrum in futurum annum -vit (VITA Theod. 25 p.52,12 -to i. aliud tempus iudicio). *al.*

subst. **comperendinans,** -antis *m. qui protrahit – einer der (etwas) in die Länge zieht:* IONAS BOB. Columb. 2,10 p.251,19 con-i migrologa et fribola garrulanti *(sc. Agrestio)* Eusthasius . . . respondit.

compereo *v.* comperio.

***comperimo,** -ere. *simul perimere – gleichzeitig töten:* ALBERT. STAD. Troil. 1,108 nec solus rex interiit, . . . regales pueri -untur ibi. *Erb*

comperio (conp-), -ri, -rtum, -ire. *script. et form.:* cum-: *l.32.34.58. al.* conbe-: *p.1052,2. praes.: ind.* -runt: *p.1052,27. coni:* -eat: *l.64.68. al.* -iet: DIPL. Ludow. Inf. 2 p.97,31 *(var. l.). partic.* rentes: *p.1052,1. adde* ANNAL. Fuld. Altah. a.900 p.134,29. *perf.:* -i(i): EINH. Karol. 27 *cod. A 1.3.* THIETM. chron. 4,13 *cod. 1 a. corr. adde l.56.* -rsi: HRABAN. epist. 17[a] *cod. M.* -uit: *p.1052,7.15. adde* RATHER. epist. 11 p.60,14. *al.* -ivimus: THIETM. chron. 7,24. *depon.: l.40.53. p.1052,35. al.*

I *agnoscere, (nuntium) accipere, certiorem fieri – erfahren, Kunde, Gewißheit erhalten (pass. saepe i. q. notum fieri – bekannt werden, e. g. l.32.39.47):* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* VITA Arnulfi 12 quo cum-to . . . pergit. ARBEO Corb. 41 p.230,13 per revelationem. CHART. Rhen. med. I 180 p.242,12 ut cum-imus per fideles nostros. THIETM. chron. 2,6 rex . . . latentes insidias . . . -it. THIETM. (?) chron. 5,28 de prelio . . . certum -it. BERTH. (?) annal. a.1079 p.323,5 verissime legatorum . . . gestis -tis. VITA Heinr. IV. 7 p.26,6 quod ubi imperatori -tum est. CARM. Bur. B 120,1,12 cautius ama, ne -atur. *persaepe. c. (acc. c.) inf.:* WALAHFR. carm. 39,25 si -rero licere nobis. Wett. praef. p.302,17 -imus . . . (-ti . . . sumus *V*) quosdam esse, qui *eqs.* HRABAN. epist. 37 p.472,37 -tum vos habere dixistis *eqs.* EINH. Karol. 17 p.20,27 aedes sacras ubicumque . . . conlapsas con-it. HROTSV. Agn. 135 -it . . . ipsam sacro baptismate lotam Agnen christicolam . . . fore. BERTH. (?) annal. a.1080 p.325,3. *saepe. c. nom. c. inf.:* DIPL. Karoli III. 81 p.132,24 -to per ignem hoc dampno . . . accidisse. ANNAL. Fuld. Ratisb. a.896 p.129,1 -ta . . . Agildruda in civitate . . . morare. *pendet* quod: WILLIB. Bonif. 6 p.29,6. THIETM. chron. 5,32. *al.* quia: WIDUK. gest. 3,14. *interr. indir.:* GERH. AUGUST. Udalr. I 25 p.410,26 -etis, qualiter circa episcopum maneat. **2** *c. colore quodam:* **a** *c. sensu audiendi:* MAGING. epist. 3 p.274,25 in conloquio . . . con-ti sumus, quia *eqs.* RIMB. Anscar. 39 hoc . . . multorum assertione -to. GERH. AUGUST. Udalr. I 16 p.405,24 haec . . . nemine dicente -bam, sed . . . conspiciebam. HIST. Lunaelac. 84 dixerunt *legati,* ab eis *(Romanis)* que con-ierunt. *al.* **b** *c. sensu videndi:* CHRON. Fred. 2,62 p.87,18 cum-to exercito terreno. TRANSL. Viti 26 que oculis -imus (perspeximus *var. l.*). AGIUS comput. 7,21 sub nigra *parte,* quam -es in margine levo. **3** *pravo usu i. q. certiorem facere – unterrichten:* ARBEO Corb. 42 his con-tus (con-is *1 p. corr.*) atque fratrum visionibus monitus . . . perrexi. **B** *in chartis, epistolis sim.:* FORM. Wisig. 24 pepigisse -imur, ut *eqs.* FORM. Morb. 11 -eat . . . caritas vestra eo, quod *eqs. al. in chartarum promulgationibus:* DIPL. Pipp. 2 -at . . . industria vestra, quia *eqs.* (TRAD. Ratisb. 41 -at i. fidelium . . . concambii qualitatem). TRAD. Frising. 499[a] caterva gnarum con-eat, qualiter *eqs.* DIPL. Ludow. Inf. 57 p.184,10 fidelium . . . -at generalitas, quoniam *eqs. saepe.*

II *cognoscere, explorare, invenire – kennenlernen, erkennen, erkunden, feststellen, (be)finden:* **A** *gener. (cf.* GLOSS. I 60, 39 St.-S. con-i pifant. *al.):* **1** *in univ.:* CHRON. Fred. 3,18 p.99,20 Chlodoveus legationem . . . mittens conperentes (conparentes, conberentes, -entes *var. l.*) Chrothechilde. ARBEO Emm. 29 non con-entes (attendentes *sim. var. l.*), quod scriptum est. GERH. AUGUST. Udalr. I 1 p.387,24 doctrinae . . . scientiam. BERTH. (?) annal. a.1079 p.322,4 cohortibus per exploratores . . . -tis. LAND. MEDIOL. hist. I 2,19 p.57,23 cuncta in veritate -uit. *al. c. acc. dupl.:* LIBELL. de conv. Baiuv. 2 -to eo bene docto. *c. acc. c. inf. (partic.):* ANNAL. Mett. a.690 p.10,10 nichil aliud superesse -it, quam *eqs.* THIETM. (?) chron. 5,25 archiepiscopum . . . ad auxilium occurrentem . . . cum -ret *dux.* WIPO gest. 3 p.20,26 tantas laudes Deum accepisse ab hominibus . . . nondum -bam. *al. c. nom. c. inf.:* BEDA hist. eccl. 5,15 p.316,27 doctus . . . esse con-tus est. *pendet* quod: HRABAN. epist. 33 p.466,3. ut: VITA Richar. 7 (MGMer. VII p.448,6) con-uit (-it *2 p. corr.*), ut aliquid haberet *eqs. interr. indir.:* RUOTG. Brun. 2 p.3, 15 -tum est nuper a plurimis in venerabili . . . archiepiscopo . . ., homo homini quid prestet. VITA Heinr. IV. 6 p.23,2 utrum haec vera sint an falsa, parum -i. **2** *c. colore quodam:* **a** *experiri – erleben:* HROTSV. Bas. 128 -es . . . prolem morituram. Gong. 407 -it . . ., quid posset . . . dextera celsa Dei. **b** *reperire – auf-, vorfinden:* CHRON. Fred. 3,21 nec ullam potuerunt gentem con-ire, qui . . . auxiliaret. WILLIB. Bonif. 8 p.50,29 con-to (-to *3*) . . . liquoris hausto. WIDUK. gest. 1,24 quem -tum in presidio urbis . . . temptavit illud obpugnare presidium. CHRON. Salern. 180 p.181,7 quicquid . . . dormire -unt (-runt *V* [*cf. notam ed.*]), comprehendunt. THIETM. chron. 6,45 quem *(calicem)* postea nullatenus -bam. *al.* **c** *excogitare – erfinden:* WILLIB. Bonif. 8 p.43,14 *(in imag.)* si quae . . . ab spiritalibus medicinaliter sunt con-ta auctoribus. **d** *scire – wissen:* LIBER diurn. 83 p.92,16 quae tradita -o, conservare. ARBEO Emm. 26. **B** *in chartis:* DIPL. Loth. I. 91 p.224,35 (ed. Th. Schieffer. 1966) in quibus *(auctoritatibus)* statutum . . . -imus, ut *eqs.* DIPL. Ludow. Inf. 68 p.202, 27 in quibus *(scriptis)* contineri -ti sumus, qualiter *eqs.* CHART. Heinr. Leon. 101 inquisitione facta nichil illum . . . iuris habere -it. CHART. Solod. I 274 inquisivimus et sic . . . -imus, scilicet quod homines . . . iuramentum prestant. *al.*

adi. **compertus,** -a, -um. **1** *notus, cognitus – bekannt, bewußt:* **a** *gener.:* ALDH. ad Acirc. 58,8 affero *(sc. hirundo)* -um (con-a *OP*[4]) . . . cataplasma. HUGEB. Wynneb. 13 p.115, 44 Wynnebaldi . . . integritatis ostensio, quae . . . con-a cunctis patula pandebat. RIMB. Anscar. 35 p.66,24 dicere, quae vobis sunt optime -a. **b** *in chartis, epistolis:* FORM. Sal. Merk. 30 dum plurimum con-um est, qualiter *eqs.* CHART. Rhen. inf. I 22 quę iure . . . ad illud curtile pertinere con-um est. DIPL. Otton. II. 302 p.358,9 fidelibus -um esse volumus, quia *eqs. al.* **2** *expertus – erfahren (habend):* SEDUL. SCOT. carm. 2,6,53 bone pastor ave, sanctos -e labores (3,7,37).

subst. **compertum,** -i *n. cognitum – in Erfahrung Gebrachtes:* BEDA hist. eccl. 4,25 p.265,24 hoc con-um . . . revelare.

adv. **comperte.** *certe – gewiß, sicher:* VITA Alcuini 4 p.186,35 quem imitatorem -issime (comptissime *1*) gaudebat *praesul* fore sui. *Pape*

***compermutatio** (conp-), -onis *f. commutatio – Tausch:* TRAD. Salem. p.130,9 (a.1250) quod ecclesia in conp-e ista indempnis permaneret.

compero *v.* 1. comparo.

compersonalis, -e. *idem secundum personam – von gleicher Person:* ANSELM. HAV. dial. 2,22 p.1200[A] alter in altero vere unus Deus est, consubstantialis quidem, non autem . . . -is.

comperte *v.* comperio.

***compertinentia** (conp-, -cia), -ae *f. res pertinens, pertinentia – Zubehör, 'Drum und Dran':* DIPL. Karoli M. 287 p.431,34 (spur. s. XII.[med.]) contradimus . . . res . . . cum omnibus adiacentiis vel-is suis, tam terris quam ędificiis *(item ex cod. Eberhardi s. XII.[med.]:* CHART. Fuld. B 10 p.16,17 fontem salis cum con-is et utensilibus suis. 283[II] p.411,39 ęcclesiam cum omni -a et familia sua. *al.).* CHART. civ. Erf. 253 bona . . . cum suis con-ciis. CHART. Hagenow. 486 castrum . . . cum . . . suis -ciis.

[Schmidt]

***compertineo** (conp-), -ere. *pertinere – (zu)gehören:* DIPL. Otton. II. 72 p.89,7 quod *(sc. moneta)* . . . ad . . . civitatis usum -ere . . . videbatur.

adi. **compertinens,** -entis. *pertinens – zugehörig:* DIPL. Heinr. IV. 487 p.663,41 (spur. s. XII.in.) de omnibus locis con-bus venientes.

compes (conp-), -pedis *f. (m.: l.14.45) script.:* cum-: *l.11.* -etis: CHRON. Fred. 2,25 conpetis.

I *de rebus i. q. vinculum pedis (pedum), cippus – Fuß-, Beinfessel, Beinschelle, Stock, Block (cf.* GLOSS. II 372,13 St.-S. -s cippus vvozdruh. III 194,34 vinculum vel -es [cum-*N*] isanhilta vel fezzera vel druh, beilte. IV 136,54 -s fuzdruch. *al.):* **A** *spectat ad homines:* **1** *strictius:* **a** *proprie:* IONAS BOB. Columb. 1,19 p.192,3 ferrum, quo con-es inretiti (-ae *var. l.*) erant *eqs.* ALDH. virg. I 33 -es in cruribus nectunt. STEPH. EDD. Wilfr. 38 pontificem in con-bus et manicis alligatum. VITA Gang. II 4 (MGMer. VII p.174,16) con-bus ferreis mancipatus. BRUNO QUERF. fratr. 21 p.70,26 (ed. J. Karwasińska. 1973) de catenis . . . ferreis et ligneis -bus . . . quantos . . . liberant (HILLIN. Foill. 16 [MGScript. XV p.927,5] l. -bus astrictum). COSMAS chron. 2,15 p. 106,17 eius *(captivae)* pedem suo cum pede munivit -e. CARM. de Frid. I. imp. 2871 (ed. I. Schmale-Ott. 1965) Teutonici iuvenes sese . . . ligari -bus . . . patiuntur. HELM. chron. 84 p.160,30 quod videremus -es et diversa tormentorum genera. *al.* **b** *in imag. et per compar.:* PURCH. Witig. 48 sub iure tuo *(sc. Augiae)* servili -e vivo. ANNAL. Quedl. a.991 dum quadam quasi -e totum sua ditione colligasset imperium. EKKEH. IV. bened. prol. 2,69 -s stet numerus (gloss.: concinnum si sit metrum). LAMB. HERSF. annal. a.1069 p.106,7 ut se *(sc. regem)* male ominata -e *(sc. coniugio)* absolvant *principes.* **c** *meton. i. q. carcer, custodia – Gefängnis, Haft:* DIPL. Heinr. II. 319 p.400,23 in -e comitis . . . reservetur *reus.* CARM. de Frid. I. imp. 2044 (ed. I. Schmale-Ott. 1965) captivos . . . gravi de -e solvere cives. *ibid. iterum.* **2** *latius i. q. tegmen pedis – Fußbekleidung:* CONSUET. Trev. 38 p.33,7 fratres nocturnalibus induti calciariis et diurnalibus lotis -bus. **B** *spectat ad bestias i. q. instrumentum ad capturam aptum, pedica – Fangvorrichtung, Falle:* DIPL. Conr. II. 132 potestatem . . . laqueos vel retia vel -es ponendi. CASUS Petrish. 1,3 p.628,40 partum suum *(sc. cervae)* in -e herentem pede.

II *de hominibus (sc. per confusionem) i. qui compeditus est – Gefesselter, Eingekerkerter:* ALBERT. MIL. temp. 253capit. recuperaverunt con-es et captivos suos, qui erant in carceribus Bononie. 253.

compesco (conp-), -ui, -itum, -ere. *script.:* cum-: ANTIDOT. Berolin. app. p.77,3 cumpiscis. -pas-: *p.1055,8.* -pis-: *l.48.* -pos-: *p.1054,63.* -ssc(o): *p.1055,9.* -ss(o): *p.1054,71. al. struct.: c. acc. c. inf.: p.1054,45. pendet* ne: *l.67. p.1054,47.* quin: *l.60.*

I *trans. i. q. coercere – einschränken:* **A** *obi. homines (urbs: p.1054,8, bestiae: l.62):* **1** *gener.:* **a** *avertere, retinere – abbringen, zurückhalten:* LIBER diurn. 45 p.34,6 quod *(sc. iudicis destrictio)* inquietos feriendos a pravitate con-at. WETT. Gall. 38 pavor eos ab introitu ecclesiae con-uit. VITA Liutg. I 22 a plorando. THIETM. chron. 8,28 seniorem . . . a mandatis. ELIS. SCHON. viar. 12 p.96,20 ut . . . neque ab hac tua benignitate per . . . mea delicta -aris. *al. pendet* quin: ELIS. SCHON. viar. 15 p.111,38. **b** *domare, obsequentem reddere – zähmen, gefügig machen:* WALAHFR. Mamm. 10,5 magica -ere . . . arte . . . feras. WALTH. SPIR. Christoph. II 5,156 quanam facti ratione puellam . . . -ret. **c** *corrigere, admonere – zurechtweisen, ermahnen:* ALDH. virg. II 444 acriter . . . -it (con- *AB*) voce tyrannum. 1355. *pendet* ne: GONZO Geng. 20 qui *(clericulus ioculans)* ab adstantibus . . ., ne id faceret, -batur. **d** *tranquillare, consolari – beruhigen, trösten:* HUGEB. Wynneb. 8 p.113,26 illum con-entes . . . remeabant. AGIUS vita Hath. 21 flentes. THIETM. chron. 4,13 quos *(socios)* Bolizlavus vix con-uit talibus: *'eqs.'* *refl.:* WALAHFR. Wett. 817 his . . . verbis sese -ere (gloss. R: consolare) coepit: *'eqs.'* **2** *iur., publ., canon.:* **a** *cohibere, constringere – in die Schranken weisen, zügeln (cf.* GLOSS. I 248,23 St.-S. con-ere stillan. *al.):* CAPIT. reg. Franc. 150,8 illos . . ., qui . . . pacem populi perturbare moliuntur, vestro studio et correctione . . . -ite. 213,3 si . . . propinquus . . . vindictam facere conatus fuerit et iudex publicus eum -ere non potuerit. REGINO chron. a.605/11 p.32,12 Wascones . . . rebellantes ferro con-uit. CARM. de Frid. I. imp. 2029 (ed. I. Schmale-Ott. 1965) bello -ere Mediolanum. CHART. Hall. 208 ut, quicunque . . . ecclesiam . . . molestare presumpserit, eum debita animadversione -atis. CHART. Sangall. B 429 molestatores . . . per censuram ecclesiasticam . . . -endo (CHART. Eichsf. 402. *saepe*). *al. v. et l.53. refl.:* CHART. Epternac. 14 p.40,17 (a.706) si . . . se ex hoc *(sc. charta ostensa)* -ere noluerit. **b** *abstinere, prohibere – abhalten, hindern:* CAPIT. reg. Franc. 293,55 ut episcopi se ipsos . . . cunctosque christianos . . . ab usuris . . . -ant (con-unt *1*) *eqs.* 216,1 suos a rapina. BERNOLD. CONST. chron. a.1080 ab incepta tirannide. *al. refl. i. q. se abstinere – sich enthalten: v. l.16.* **c** *includere – einschließen:* PAUL. DIAC. carm. 22,9 non opus est . . . me -ere vinclis *(cf. Ov. epist. 19,85).* **d** *satisfacere – zufriedenstellen:* CHART. Wirt. III 782 p.273, 34 (a.1230) quod uterque homines suos, qui sunt rustice conditionis, -at sine coactione in querimonia sua *eqs.* **B** *obi. res vel actiones:* **1** *gener.:* **a** *sedare, restinguere – stillen, beschwichtigen, dämpfen:* WALAHFR. imag. Tetr. 86 cautela patrum . . . pestem *(sc. avaritiam)* monitis -uit atris. CAND. FULD. Eigil. II 25,34 fugam tetrumque timorem . . . blando . . . -uit ore. AGIUS vita Hath. 27 lacrimas. HROTSV. Cal. 9,11 inliciti aestum amoris. THANGM. Bernw. 28 p.772,8 non arma fremunt, sed seditionem -unt. MANEG. c. Wolfh. 1 p.44,7 (ed. W. Hartmann. 1972) temeritatem tuam *(cf. Aug. gen. c. Manich. 1,2,4).* AMADEUS LAUS. hom. 8 l.88 (ed. J. Deshusses. 1960) elationes maris . . . -tura *s. Maria.* CARM. Bur. B 104,1,2,3 desenesco nec -o motus animi. *saepe. v. et p.1055, 3sq. adde:* IOH. NEAP. Sever. 19 p.298,21 ut . . . nulla virtus aromaticae obicis ebullienti tabo -ret. **b** *arcere – fernhalten:* CAES. HEIST. mirac. I 10,31 flammas omnia in circuitu devorantes a domo eius *(viduae)* -uit *Deus.* **c** *satiare – befriedigen:* WALAHFR. Mamm. 5,21 ortas -e querellas. GESTA Font. 15 p.44,27 ob inopiam . . . -endarum indigentiarum. **d** *corripere – tadeln:* ALDH. virg. I 23 p.254,4 vetitos regalis tori hymeneos -ens *s. Iohannes baptista.* **e** *opprimere – überwältigen:* ALDH. virg. I 41 castimoniam nec . . . dilaceratio -ere nec . . . incendia . . . vincere valuerunt. **f** *impedire – (ver)hindern:* POETA Saxo 3,390 con-uit altis Albia gurgitibus procedere longius arma. THIETM. (?) chron. 5,18 ne plus dampni oriretur, . . . -ere. **g** *complecti – zusammenfassen:* AETHICUS ISTER 111 ea, quae in aliorum codicibus . . . scripta deprehendit, sibi . . . con-uit. **2** *spec.:* **a** *iur. et publ.:* **α** *sistere, reprimere, componere – ein Ende machen, bändigen, unterdrücken, beilegen:* LEG. Wisig. 3,5, 6capit. de speciali viduarum fraudulentia con-enda. CAPIT. reg. Franc. 141,12 de periuriis et falsis testibus con-endis. ANNAL. Fuld. II a.842 p.33,30 conspirationem libertorum . . . fortiter con-uit (-uit *1*). RUOTG. Brun. 20 p.21,19 ut . . . aut arma desuadeas aut quoquo pacto -as. THIETM. chron. 6,54 nec latrocinia . . . curavit -ere. WIPO gest. 33 p.52,30 imperator ad -endas incursiones eorum *(paganorum)* construxit castrum. BERTH. (?) annal. a.1079 p.319,14 in tyrannidem regis -endam. OTTO FRISING. gest. 2,49 p.157,32 ad -endam Mediolanensium contumatiam. CHART. Lips. I 7 ad con-endas rebellium enormitates. *al.* **β** *disceptare – schlichten:* LEG. Wisig. 2,1,1 p.45,12 in finiendis vel -endis (-pos- *E2*) calumniis. 2,1,25 pro con-endis controversiis. CHART. Eichsf. 64 p.39,7 (a.1138) disceptationem . . . de quodam predio . . . -uimus. **γ** *placare – besänftigen:* DIPL. Heinr. IV. 397 clamorem . . . ecclesiae. **b** *medic. i. q. minuere, tollere – mindern, lindern, beseitigen:* AESCULAPIUS 21 p.32,31 quę *(potiones)* vomitum -ant. ANTIDOT. Bamb. 5 antidotum . . . con-it dolorem *eqs.* (ANTIDOT. Glasg. p.103,6 a. . . . vocis inpedimentum . . . et constriccionem pectoris conpessit). ODO MAGD. herb. 132 radix *urticae* . . . tumorem -it splenis. *al.*

[Schmidt]

II *intrans. i. q. absistere – ablassen:* **A** *gener.:* ARBEO Emm. 26 de his *(carnificibus)* in semet ipso con-uit. THIETM. chron. 2,4 merorem, quo ab adventu . . . -uit (-itur *V p. corr.*) filii (*cf.* CHRON. Thietm. 2,4 quem adventu . . . -uit filii). *desinere – aufhören:* BEDA hist. eccl. 2,7 p.94,31 ventus . . . funditus quiescendo . . . con-uit. **B** *iur. i. q. desistere – Abstand nehmen:* FORM. Andec. 10ª de hac causa contra ipso illo conpascere (11ª.24). CHART. Turic. 357 p.238,13 (a.1198/1206) ab eorum *(hospitalariorum)* -sscere . . . vexatione.

compescuus *v.* compascuus.

compessatio *v.* compensatio.

compess(c)o *v.* compesco. **compessus** *v.* compatior.

competentia (-cia), -ae *f. convenientia, status congruendi, aptabilitas, decentia – das Zusammenpassen, Entsprechung, Angemessenheit, Eignung, Schicklichkeit:* **1** *latius:* AESCULAPIUS 47 p.77,41 salus . . . regitur . . . circa regionis *corporis* -am. CAPIT. reg. Franc. 293,68 pro . . . religionis -a humanius quiddam . . . tractare (EPIST. Hann. app. 29 p.255,17 p. temporis et personarum -a [compendia *S*]). LIBER ordin. Rhenaug. p.153,34 (cod. D) pulsatio signorum . . ., prout -cia docuerit, temperatur. **2** *strictius:* **a** *gener.:* α *opportunitas – günstige Lage:* HELM. chron. 57 p.112,19 videns . . . -am loci . . . cepit illic edificare civitatem. β *harmonia, colligatio – Übereinstimmung, Bindung:* DUDO hist. 3 p.95,41 erant . . . rex duxque . . . -is . . . mutuae voluntatis ad invicem . . . foederati. p.98,46 quod . . . coniunctae amicitiae -a . . . se illi colligaret (*cf.* p.97,31.98,5). γ *relatio conveniens – passender Bezug:* BERNOLD. CONST. libell. X 52 -am sensus *canonum* inquirere (53 p.137,4 aliam expositionis -am inquiramus . . ., qua . . . patres . . . concordasse monstremus). microl. 6 p.981ᴮ. δ *commoditas, necessitas – Zweckmäßigkeit, Notwendigkeit:* GESTA Lob. 7 p.312,7 dum pro -a operis pavimentum vetus aperitur. **b** *spec.:* α *eccl. i. q. disciplina – Zucht:* DIPL. Karoli M. 245 p.346,9 (spur. s. X. ?) ut . . . novellam . . . ecclesiam canonico ordine et monasteriali -a utiliter instruendo . . . plantet *episcopus.* β *iur. i. q. status pertinendi – Zugehörigkeit:* DIPL. Loth. III. 59 p.94,8 salvis . . . secundum redituum -as fratribus.

competio *v.* competo.

competitio (conp-, -cio), -onis *f.* **1** *postulatio, vindicatio – Forderung, Erhebung von Ansprüchen:* LEG. Burgund. const. I 54,2 superfluam faramannorum con-em . . . submoveri. CONC. Merov. p.80,22 si quis res ecclesiae debetas . . . a potestate ex con-cione perceperit. CAPIT. reg. Franc. 8,10 ut oblationis defunctorum ecclesiis depotate nullorum con-ebus auferantur. *c. sensu nuptias cupiendi:* CONC. Merov. p.144, 7 sacratarum . . . virginum . . . neque per con-is (-es, con-es *var. l.*) aliquas quisquam coniugia sortiatur. **2** *petitio (simul facta) – (gleichzeitige) Bewerbung:* CONST. II 402,9 (c.1258) nos *(sc. papa)* in tam urgentis -is instantia tutum medium eligentes (*cf.* 402,4 -is palma).

competitor, -oris *m.* **1** *qui impetrat, usurpat – Bewerber, einer der sich etwas aneignet:* CONC. Merov. p.142,29 -bus . . . frenus districtionis imponimus, qui facultates ecclesiae sub specie largitatis regiae . . . pervaserint. **2** *qui simul vindicat – einer der gleichzeitig Ansprüche erhebt:* DIPL. Conr. III. 89 p.159,14 (ed. F. Hausmann. 1969) quę ratio . . . comitem . . . et -es absterrere non potuit.

competo (conp-), -petii, -petitum, -ere. *script. et form.:* cum-: *p.1057,69.* -pit-: CONC. Merov. p.89,11 conpitenti. *al.* -eci(i): *p.1056,43.* *inf. praes.* -ire: CONC. Merov. p.143,20 con-ire. *al.* *partic. praes.* -ans: *p.1056,67.*

congelatio (-cio), -onis *f.* **1** *gelatio, actus conglaciandi – das Gefrieren, Gefrierprozeß, Eisbildung:* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* AGOB. tonitr. 8 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. LII. 1981) -o aquę. ALBERT. M. cael. 4,2,6 p. 265,58 (ed. P. Hoßfeld. 1971) -o ... est constrictio umidi aquei per dominans frigus. meteor. 2,1,8 p. 526^{a},32 -o propria passio est aquae. 2,1,11 p. 529^{a},26 pruina ... generatur ... a -e praeoccupante spissationem vaporis in nubem *eqs.* 2,1,31 p. 543^{b},12 quando calor est in aere ..., tunc est velocior et vehementior -o aquae in aere ex frigore. animal. 12,40 citius infrigidatur et congelatur forti -e aqua quam oleum. 19,35 corrugatio corporum contraria est ... glaciali -i (*p. 784^{b},16* τῇ πάχνῃ). *ibid. al. per compar.:* ALBERT. M. animal. 6,10 ovum, quando exit a gallina, induratur quasi per -em. **β** *rigor vi frigoris effectus – das Hartgefrorensein:* HEINR. LETT. chron. 23,9 p. 166,2 erat ... arta via ... pre -e nivis. ALBERT. M. veget. 7,91 calefacto ad ignem loco insitionis, ut dissolvatur a -e. **b** *meton. i. q. res gelatione effecta – Gefrierprodukt:* ALBERT. M. meteor. 2,1,25 p. 539^{a},2 grando cum sit -o aquae quaedam *eqs. expressius i. q. grando – Hagelkorn:* ALBERT. M. meteor. 2,1,31 p. 543^{b},6 qualiter frigus ... tot posset facere -es. **2** *combustura vi frigoris effecta – das Erfrieren, Erfrierung:* **a** *de laesione corporis:* NOTKER. BALB. gest. 1,34 p. 48,3 tibiarum -e deficio. **b** *de interitu frugum:* RICHER. SENON. gest. 5,5$^{capit.}$ de inmaturitate vindemie et -e. **3** *torpor, stupor – Erstarrung, Starre:* **a** *natur.:* ALBERT. M. animal. 3,135 -e mortis obstruitur collum eius *(vesicae).* 12,103 quod non moventur *animalia sanguine carentia* nisi modicum propter fortem passionem et -em timoris. **b** *medic. i. q. catalepsis, catocha – Starrsucht:* CONSTANT. AFRIC. theor. 4,7 p. 16a^{v} in morbo, qui dicitur -o. 9,5 p. 41b^{v} passio, que vocatur scothocos, id est -o. *ibid. al.* **4** *conspissatio, densatio, concretio – Ein-, Verdickung, Verdichtung, Verfestigung:* **a** *proprie:* **α** *natur. et medic.:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 395^{D} chrystallus ... per -em fit ex glacie (*item de crystallis:* ALFRED. ANGL. miner. p. 45,6 fiunt ... lapides duobus modis, conglutinacione et -cione). MAURUS urin. I p. 15,48 ex -e ... flegmatis redditur pauca *urina* (TRACT. de chirurg. p. 145,44 [cod. II] -o f. crossi). ALBERT. M. cael. 1,1,7 p. 18,25 (ed. P. Hoßfeld. 1971) calor aliquando est causa maioris -is. meteor. 4,2,9 p. 760^{b},14 ferrum difficulter dissolubile est, eo quod multa -o humidi inducitur in ipso per frigus *eqs.* miner. 1,1,1 p. 1^{a},5 de ... -e et liquefactione (3,2,1$^{capit.}$ de -e et l. metallorum). *al. de sanguine i. q. coagulatio – Gerinnung:* ALBERT. M. animal. 3,143 quae *(fila)* contrahant ipsum *(sanguinem)* ad -em. **β** *alch.:* TURBA phil. 49 p. 152,33 compositio ..., contactus et -o unum quid sunt. ANON. secret. p. 56,37 dissolutio et -o est desiccatio. p. 70,19 cuius *(salis amari)* operatio est ... solutio, distillatio et -o, donec sit fixus et fusilis. p. 70,37 non totaliter congeletur *sal in aqua solutum,* sed cum prope -em extiterit, extrahas ipsum ab igne *eqs.* p. 72,4 mercurii (p. 76,32. *al.*). p. 83 vasa -is. Ps. ARIST. magist. p. 643^{a},18 in loco -is. Ps. CALID. secret. 1 p. 184^{b},44 -o spiritus. *al.* **b** *meton. de concremento:* ALBERT. M. summ. creat. I 3,12,1 p. 424^{a},30 crystallus est ... -o aquae (*cf. p. 95^{a},16sq.* ὕδωρ πεπηγός). animal. 22,62 ficus est mala -o humoris. *residuum concretum – fester Rückstand, Klumpen:* MIRAC. Wigb. 12 (MGScript.

[Konstanciak]

IV p. 226a,58; c.940) sicubi liquescentis metalli inter favillas aliqua -o reperiretur.

***congelativus**, -a, -um. *congelationem, concretionem efficiens – Erstarrung, Verfestigung bewirkend:* ALBERT. M. meteor. 3,5 p.702b,17 quaedam desiccantur calido assativo et quaedam frigido -o, sicut generatur glacies. Ps. CALID. lap. p.404,1 aqua antiqua, quae aqua est resolutiva . . . corporum et . . . spirituum et est -a eorundem.

congelesco *v.* congelasco.

***congelidus**, -a, -um. *perfrigidus – eisig:* HUGEB. Wynneb. 2 p.107,26 -a gurgitum, . . . spumosa syrtium . . . salsa.

congelo, -avi, -atum, -are. *script.:* -nie-: *p.1394,27.* -nce-, -nçe-: *p.1394,15.* *struct.:* *c. dat.:* *p.1394,41.* cum: *p.1394,26.* *plerumque usu medial.; intrans.: l.28.64. p.1394,15.* *metr.* -gēl-: CARUS Clem. 395.

1 *gelu constringere, in glaciem convertere – (zu-, fest)gefrieren machen (plerumque medial.; intrans.: l.28):* **a** *gener.:* TRANSL. Eug. Tolet. 25,38 (RevBén. 76. 1966. p.273; s. X.ex.) abstracto . . . cornipede a flumine -to *eqs.* ANNAL. Altah. a.1069 p.76,12 terra . . . aquis et paludibus est plena, sed tunc . . . nimium erat -ta. SCHOL. Adam gest. 154 quod *(mare)* ideo -tum, quia nunquam sole calefit. VITA Florini 10 (ZSchweizKirchGesch. 33. 1939. p.88,27) vinum -tum. OTTO FRISING. chron. 7,33 p.366,8 ubi . . . amnem hiemali glacie -ari didicerat. CHRON. reg. a.1124 (rec. II) Renus -atur. HEINR. LETT. chron. 15,7 p.97,12 cum . . . viarum -antur profunditates. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p.63,31 quousque -antur terre et aque; . . . postquam -verint terre et aque *eqs. al.* **b** *natur.:* ALBERT. M. meteor. 1,1,4 p.481b,43 aquae non accidit -ari nisi egredienti extra proprium terminum. 2,1,8 p.526a,25 pruina . . . generatur a frigido . . . vaporem -ante *eqs.* (4,2,8 p.759a,26. top. 4,3,3 p.384b,45 nivem dicunt esse aquam -tam [*p.127a,14* πεπηγός] f.). 2,1,10 p.528a,1 a . . . frigore vehementi -atur vapor, antequam recipiat spissationem in nubem *eqs. saepe.* **2** *gelu adurere – erfrieren machen (plerumque medial.):* **a** *de hominibus eorumque membris:* HEINR. LETT. chron. 14,10 p.82,19 multi . . . frigore -ti perierunt. 22,9 p.153,10 erat . . . frigoris tanta asperitas, ut . . . aliis manus aliisque pedes -rentur. WILH. RUBRUQU. itin. 28,11 (Sinica Franciscana I/3. 1929) -te sunt summitates articulorum pedum. *al.* **b** *de vegetabilibus eorumque partibus:* CHRON. Sigeb. auct. a.1151 (MGScript. VI p.463,8) -tis in terra segetum radicibus fit . . . frugum inopia. RICHER. SENON. gest. 5,5 p.333,42 vineas . . . cum botris suis esse -tas *eqs.* ALBERT. M. veget. 3,108 frigiditas . . . non -ans et mortificans. *al.* **3** *frigefacere, infrigidare – zum Abkühlen bringen, erkalten lassen (fere medial.):* **a** *in univ. c. sensu frigescendi:* WALTH. AGIL. med. 8 p.105,5 sedeant *infirmi* in tina aque frigide . . ., donec . . . -entur. ALBERT. M. animal. 3,3 contrahuntur . . . venae in -to mortuo corpore subito. *fort. addendum (ni spectat ad l.16sqq.):* Ps. GALEN. febr. 74 si . . . urina est -ta *eqs.* **b** *c. colore quodam i. q. frigere – frieren, frösteln:* GONZO Geng. 15 cerneres illum *(comitem incredulum)* . . . ardoribus excoqui, frigoribus -ari. **4** *rigefacere, torpidum reddere – zum Erstarren bringen, starr machen (plerumque medial.; intrans.: l.64):* **a** *proprie:* **α** *strictius:* PAUL. AEGIN. cur. 70 p.47,14 ipse *(tetanus)* fit velut -tis (*3,20,1* ἀποπαγέντων) corporis . . . musculis a frigido humore *eqs.* **β** *latius:* RUOTG. Brun. 46 multi -tis membris attoniti . . . semet ipsos vivere obliti sunt. **b** *in imag. vel translate:* EPIST. var. III 5 p.136,26 unde *(sc. senectutis causa)* -tus, . . . durior effectus, nullis . . . emolliri queo fletibus. HEIRIC. Germ. I comm. p.429,31 omnium ingenia otio -asse *(cf. Cic. epist. 2,13,3).* NOTKER. BALB. gest. 2,15 p.79,16 qui . . . -tis . . . praecordiis pavefacti vix hęc singultando musitare potuerunt. **5** *conspissare, densare, indurare – ein-, verdicken, verdichten, verfestigen (fere act. et medial.; intrans.: p.1394,15):* **a** *in univ.:* **α** *natur. et medic.:* MAURUS urin. I p.15,42 flegma vitreum ex nimia frigiditate -tum (BRUNUS LONG. chirurg. 1,5 p.107G nervi . . . sunt de materia humida creati a f. -ta et conglutinata. ALBERT. M. animal. 3,94 capilli et ungues ex f. -ante humidum magis indurantur post mortem *eqs. cf.* WALTH. AGIL. med. 141 p.226,7 causa . . . spasmi . . . est aut humiditas aut frigiditas -ans ipsum nervum). ALFRED. ANGL. miner. p.45,17 sunt . . . aque, . . . que . . . -antur fiuntque lapides *(item de crystallis:* ALBERT. M. metaph. 8,1,5 p.395,20sq. [ed. B. Geyer. 1964] *crystallus* est 'aqua -ta et ita' sive ad formam sic potentiae proportionalem '-ta' [*p.1043a,10* πεπηγὸς ἢ πεπυκνωμένον]). ALBERT. M. animal. 5,29 inspissata . . . et -ta complexio ad libidinem non movetur. metaph. 1,1,5 p.8,25 (ed. B. Geyer. 1960) quorum . . . -ti sunt spiritus . . ., occupantur circa signa rethorica. *al.* **β** *alch. (plerumque de exsiccatione; de fixione q. d.: l.14sqq.):* TURBA phil. 48 p.152,22 -are . . ., quod philosophi in suis narraverunt libris, non est unum. IOH. sacerd. 152 ad -andum argentum vivum *(item de argento vivo:* 194 si vis açoc -celare *eqs. ibid.:* si non -çelavit, adhice parum de pulvere. ROSIN. interpr. 2 p.300,27 lapis . . . noster est aqua -ta, id est mercurius -tus in sole et luna *eqs. al.).* ANON. secret. p.69,16sqq. *urina artis* -etur in igne lentissimo . . . et infrigidari permissa sicut cristallus -bitur (p.71,30 praeparatur *sal alkali* . . . quindecies solvendo et distillando . . . et i. -ando l. qualibet vice. *al.*). Ps. ARIST. magist. p.656b,31 quando tua medicina est -ta, tere eam *eqs.* GEBER. invent. 2 p.712 radicalis humiditas ignea -ans et consolidans partes. ANON. miseric. 496 corpus -at spiritum. 499 solvite corpora cum spiritibus et -ate spiritus cum corporibus. 532 -ate sulfur et auripigmentum cum marcasita et tutia *eqs.* MARC. GRAEC. ign. 14 invenies in fundo laminas salis -ielatas cristallinas. *saepe. v. et p.1392,65.* **b** *c. colore quodam:* **α** *medial. et intrans. (l.30) i. q. coagulari, cogi – gerinnen, stocken (cf.* GLOSS. II 738,43 St.-S. -vero zisamenegirenno): GLOSS. Roger. I A 2,8 p.607,30 accidit dolor in mamillis ex lacte -to vel coagulato. ALBERT. M. animal. 22,140 sanguis . . . tauri non cito -atur (THEOD. CERV. chirurg. 2,18 p.150A ne s. in interioribus -etur). *al. v. et p.1400,67.* **β** *medial. i. q. crassificari – gelieren:* ALBERT. M. animal. 12,107 brodium . . ., in quo decoquitur caro talis animalis, etiam -atur et constat. **γ** *pituitosum reddere – schleimig aufquellen lassen:* TRACT. de aegr. cur. p.352,30 psillium in aqua -tum . . . loco dolenti superponas. **6** *ferruminando consolidare – anlöten:* CASUS Petrish. 4,34 castella et vermiculi nullatenus corpori patenae ex integro potuerunt -ari.

adi. **congelatus**, -a, -um. **1** *gener. i. q. glacialis, glacie contectus – eisbedeckt, Eis-:* SCHOL. Adam gest. 154 de qua *(insula Thule)* unius d⟨iei⟩ navigatio est ad mare -um *(de fonte v. notam ed.).* HEINR. LETT. chron. 30,4 p.219,19 mons altus erat et -us. **2** *natur. et medic.:* **a** *de cibis fort. i. q. crassificatus, coagulatus – geliert, gallertig:* THADD. FLORENT. cons. 43,26 omnem rem frigidam et -am devitet *(cf. p.1392,12sqq.).* **b** *de apostemate i. q. frigidus – kalt:* THEOD. CERV. chirurg. 2,41 p.155A cum . . . accidit in eo *(talo fracto)* apostema -um, . . . malum est signum. **c** *de dentibus i. q. torpens – taub:* IOH. S. PAUL. diaet. 248 portulaca masticata dentibus -is occurrit.

subst. **1. congelans**, -antis *n. quod indurat – das Verfestigende:* ARTEPH. clav. 2 p.505b,34 -ans suum congelandum iam ipsum alteravit in suam naturam.

2. congelandum, -i *n. quod indurandum est – das zu Verfestigende: v. l.55.*

3. congelatum, -i *n. substantia indurata vel condensata – verfestigte, verdickte Substanz:* IOH. sacerd. 17 super ipsum -um eius *(pili)* aquam verte. ALBERT. M. cael. 1,1,11 p.28,63 (ed. P. Hoßfeld. 1971) -um non remansit in sua dispositione et figura. meteor. 4,2,5 p.754b,36sq. est . . . differentia -i et coagulati, quia -um est, cuius partes aqueae constant per frigidum. p.755a,9 -a . . . et coagulata frigido humectari possunt calido solvente humidum *eqs. ibid. al.*

congemesco *v.* congemisco. *Konstanciak*

congeminatio, -onis *f. duplicatio – Verdoppelung:* GLOSS. II 48,16 St.-S. -o gezuuifaldunga.

congemino, -avi, -atum, -are. **1** *de amplificatione i. q. duplicare, multiplicare, cumulare – verdoppeln, vervielfachen, vermehren (plerumque usu laxiore c. sensu augendi, addendi):*

[Dinter]

a *de rebus:* **α** *in univ.* (*cf.* GLOSS. IV 6,3 St.-S. -ant kimachont): ALCUIN. carm. 1,326 puella ... ultima -ans ... suspiria. 58,20 *cuculus* proelia -at. CARM. Cent. 153,10 -ando bona. HEINR. AUGUST. planct. 1784 cum desperavit, peccatum -vit Cain. CARM. Bur. B 65,5[b] cui *(sc. virgini)* pia basia ... -ta multiplicavi. **β** *dictis instare – auf seinen Worten beharren:* IOH. METT. Ioh. 75 *frater* multa -ans ... inquid: *eqs.* **b** *de hominibus:* **α** *refl. i. q. in duas partes discedere – sich in zwei Gruppen (auf)teilen:* METELL. exp. Hieros. 3,1043 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1982) nostrorum partes ... se -antes. **β** *medial. i. q. se adiungere – sich anschließen:* CARM. libr. III 2,22 Bertinus tibi ... manum fert -tis ... Folquino Silvinoque patronis. *c. sensu concinendi:* HUGO FLAV. chron. 2 p.407,52 in hoc ipsum ... omni -ante aula. **2** *de reciprocatione i. q. iungere, miscere – tauschen:* CARM. de Iuda 1,13 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. 1959. p.259; s. XIII.) illi iungitur illa digna iure thori, ... oscula -ant *eqs.*

congemisco (-esco), -gemui, -ere. **1** *suspirare – (auf)seufzen, -stöhnen:* ARBEO Emm. 9 p.39,17 coeperunt utrique inter semet ipsos -ere. IOH. SCOT. carm. 2,6,4 tristem -uisse Stygem. THANGM. Bernw. 54 p.781,9 tota civitas ... -uit et ... coetus omnis ... indoluit. **2** *deplorare – seufzen (über), beklagen:* VITAE patr. Iur. 108 (Sources chrét. 142. 1968) cur ita ... factum non fuit, -unt (-escunt *P*). EPIST. Mog. 18 p.348,2 ut, quantum temporis quis nostrum presentem vitam degeret, istud presens tempus semper -ret. REIN. LEOD. Regin. 7 p.573,8 ad Deum clamas te pauperem dolenter -endo.

congemo, -ui, -ere. **1** *strictius:* **a** *gemitus edere – seufzen, stöhnen:* WALAHFR. carm. 76,63 sub frigore Naso -uit Scythiae. **b** *deplorare – seufzen (über), beklagen:* METELL. exp. Hieros. 6,313 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1982) occisum penitus se -it Yxion. **2** *latius per malam interpr. i. q. crepare – krachen (loci spectant ad Verg. Aen. 2,631):* GLOSS. II 693,64 St.-S. -uit chrachota. IV 351,26.

congener *adi. qui eiusdem generis est – gleichartig:* ALLEG. sapient. 27 p.478[a],67 elementa -a vel contingentiora.

***congeneralis,** -is *m.* (genus) *cognatus – Verwandter:* RUODLIEB XVI 11 quo nostros -es ... conveniamus.

congeneratus, -a, -um. **1** *adi.: qui eiusdem generis est, congener – gleichartig, artverwandt:* ALBERT. M. gener. 2,1,5 p.180,82 (ed. P. Hoßfeld. 1980) frigidum ... est, quod ... congregat syngenia, idest ea, quae -a sunt, quae sunt eiusdem naturae et generis. **2** *subst. masc.* (*ni subest* congenerare): *qui consortio naturae (humanae) frater est – Bruder der gemeinsamen (menschlichen) Natur nach: v. p. 1400,1.*

congenero, -avi, -atum, -are. **1** *trans.:* **a** *(pariter) procreare – (in gleicher Weise) zeugen, erschaffen:* GOZECH. epist. 40 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. LXII. 1985) saluta ... fratres meos, non quos caro et sanguis in unam michi -vit cognationem, sed quos aqua et spiritus in unam mecum regeneravit adoptionem. **b** *proferre – hervorbringen:* HEINR. AUGUST. planct. 1586 si *manus Domini* subtraheret *munera,* nil prorsus -ret *natura vitiata.* **2** *medial. et intrans. i. q. nasci, fieri – entstehen:* ANTIDOT. Glasg. p.150,11 ad homines, cui ve⟨r⟩mis intus -ant *(an leg.* -antur*?).* ALBERT. M. animal. 4,61 quae *(ova margaritarum)* -antur in eis *(conchis).*

congenitus *v.* congigno.

***congenium,** -i *n. ingenium – (schlauer) Einfall:* FORM. Andec. 58 quod repetat, nullo -o evindecare non valeat.

conger *vel* **congr(u)us,** -i *m., rarius* **gonger** *vel* **gongrus,** -i *m.* (γόγγρος) *? neutr.* -(u)um: *p.1396,2sq. form. (ex versione Arab.) corrupt.: l.71sqq.*

1 *anguilla marina – Meeraal* (*Conger conger L.; cf.* ALBERT. M. animal. 7,77 anguilla maris, quam aput nos -uum vocamus): ECBASIS capt. 166 inter quę *(munera)* rombus ... flexilis et -us. GARS. tract. 5 p.432,14 frangite mugiles, exossate -os. ODO Ern. duc. 6 p.356[c] prehensis ... g-is. ALBERT. M. animal. 2,91 branchoroz ([*p.507[a],11* γόγγρος]. *cf.* 7,19 id, quod vocatur ionacoros. 7,21 onyerez. 7,22 onagri. *ibid.:* angore. 7,77 conogoro. 7,84 arygerim. 14,79 henchetoz. *v. et vol. I. p.1029,23sq.*). 7,98 id, quod vocatur gongum sive -uum. 24,34 g-r, ut dicit Plinius *(nat. 9,185),* est piscis magnus *eqs. v. et vol. I. p.642,46.* **2** *alburnus – Weißfisch, Hasel (Leuciscus leuciscus L.):* GLOSS. III 298,7 St.-S. -r hasela (361,29). 369,34 -us heselinc. **3** *cyprinus – Karpfen (Cyprinus carpio L.):* GLOSS. III 455,29 St.-S. -uus charpho.

congeries, -ei *f. (? m.: l.43) script.* conier-: *p. 1397,27. form. abl. pl.* -ibus: *l. 31. de etym.:* ALDH. ad Acirc. 140 p.195,16 -em a congerendo.

I *de rebus:* **A** *proprie i. q. coacervatio, accumulatio, vis magna, cumulus – Ansammlung, (An-)Häufung, Masse, Haufen* (*cf.* GLOSS. I 581,14 St.-S. -es huffo): **1** *praevalente notione congestionis:* **a** *spectat ad res corporales:* **α** *in univ.:* IONAS BOB. Columb. 2,2 p.233,5 iste *(torrens)* saxorum rupes et arborum -es ... coacervabat. ALDH. virg. II 1774 ruit in praeceps ... -es lapidum (ANNAL. Rod. a.1136 p.712,27. *al.*). EINH. (?) Marc. et Petr. II 85,2 ut ingenti ruderum -e ... pressi ... necarentur. EGBERT. fec. rat. 1,1425 certus eram me -e foedare inhonesta *(sc. stercore, aliter ed. in nota).* LEO MARS. chron. 2,80 (cod. C; MGScript. XXXIV p.328,23) tanta ... sulfuree resine -es ex ... Vesuvio ... fluxit, ut *eqs.* TRACT. de aegr. cur. p.260,17 propter nimiam ... in stomacho -em ciborum. STATUT. ord. Teut. p.72,9 ne ecclesie ... stillicidii vel pulveris -e in pavimentis aut parietibus ... deformentur. ALBERT. M. veget. 2,133 omnis fere flos ... in medio sui ... habet granulorum -em *eqs. saepe.* **β** *de strue, acervo:* IONAS BOB. Columb. 2,25 p.289,20 ex lignis -em ... coacervavit (LAND. MEDIOL. hist. II 15 que *[ligna]* ... in duabus -ibus ... composuerunt. CHART. Livon. A I 413,25. *al.*). AETHICUS ISTER 3 vidimus in unam -em gramina disparilia mira structura coaptatam. METELL. exp. Hieros. 3,394 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1982) illic -em nostri capitum posuerunt. THEOD. HIRS. loc. sanct. 32 (ed. M. L. Bulst. 1976) in quo *(campo)* plurime lapidum -es posite sunt, quas ... peregrini illic ideo congessisse se gaudent, quia *eqs. al. ? fasciculus – ? Konvolut:* CATAL. biblioth. Stir. 65,2 (Mittelalterl. Bibliothekskatal. Österr. III. 1961; s. XIII.[1]) tres -es multorum quaternionum. **γ** *de mole mercium, fasce:* TRAD. Udalr. August. 2 p.9,44 (QuellErörtBayerGesch. N.F. XXXV. 1986; a.1031 spur.?) omnis -es pannorum, proprie ayn ytlich saum gewands (p.10,1 pellium. p.10,2 o. -es cuiuslibet rei dorsu equi ductus). **δ** *de colligatione arborum, rate:* REGISTR. Frising. 8 p.19,2 (c.1160) duas -es arborum. CHART. Altenhoh. 7 (Mon. Boica XVII p.7,16) -es lignorum, qui vulgariter flözze nuncupantur. **ε** *de compagine ossium, articulo:* ALBERT. STAD. Troil. 4,726 ut bene -es ossea nodet eos *(talos).* **ζ** *de suggestu comae (loci spectant ad Prud. psych. 185):* GLOSS. II 398,40 St.-S. -es chunz *(i.* chranz *ed.).* 546,7 -es huffo. **η** *de textura (aranearum) conglomerata:* IOH. NEAP. gest. 42 p.426,16 ignis per aranearum ... -em in laquearia ... pervenit. **ϑ** *de opibus congestis:* COLUMB. epist. 9,29 quid proderit auri improba -es multos collecta per annos? *expressius i. q. copiae – Vorrat:* THIETM. chron. 6,53 divisa omni -e. **b** *spectat ad litteras, scripta:* **α** *in univ.:* BEDA temp. rat. 19,23 in qua *(pagina)* literarum est distincta -es. OTFR. ad Liutb. p.167,36 huius ... linguae barbaries ... scriptu est propter literarum aut -em aut incognitam sonoritatem difficilis. ALBERT. M. metaph. 12,1,2 p. 546,33 (ed. B. Geyer. 1964) quod si istis essent ... priora alia puncta, 'fieret absurda -es' (*p.1076[b],29* σώρευσις) et infinita. **β** *de collectione:* RATHER. epist. 11 p.63,15 epistolarum -em ... appellare libellum. WOLFHER. Godeh. I 5 p.172,16 numerosam librorum ... -em coacervavit. **γ** *de compositione (in confessione imbecillitatis):* ERMENR. Sval. 10 p.162,39 tuae sanctitati obuncam verborum -em commendo. VITA Burch. Worm. 18 p.841,22 pro qua *(quaestiuncula)* istius pitatioli -em composui. BOVO SITH. Bert. praef. p.525,56 haec nostrae nugacitatis -es. **δ** *de computatione:* AUREL. REOM. mus. 18,21 (Corp. Script. Mus. XXI. 1975) definitionum numerus una in -e redactus CIIII arbitratur reddere.

[Dinter]

2 *praevalente notione concretionis i. q. tuber – Höcker:* NICOL. BIBER. carm. 1527 (ed. Th. Fischer. 1870; a. 1281/83) ex virtute Dei gibbose -ei massa coartatur, ita quod tumor anichilatur. **3** *praevalente notione quantitatis:* **a** *in univ.:* IONAS BOB. Columb. 1,17 p. 182,20 quae plaustrorum -es haec frumenta devexerint. VITA Lupi Senon. 17 (MGMer. IV p. 184,5) *rex* offerens munerum multorum -em. WALAHFR. hort. 304 quanti valet Indica nigri -es piperis. **b** *spectat ad litteras, verba, numeros:* ALDH. virg. I 8 quod *(sc. factum)* millena testimoniorum -e ... probari ... potest. AUREL. REOM. mus. 19,16 (Corp. Script. Mus. XXI. 1975) interpolatio ... fiet modulationis iuxta -em litterarum. ABBO FLOR. calc. (ed. N. Bubnov, Gerberti opera math. 1899. p. 202,9) infinita numerorum -es. ALEX. IV. registr. 374 multa verborum -e ... explicare. **c** *spectat ad actiones, facta:* VITA Lupi Senon. 26 (MGMer. IV p. 186,27) manus Domini virtutum multiplicavit -em. COD. Udalr. 190 p. 340,5 Ludewicus ... pontificem ... cedis et rapinae -e angustavit. p. 340,7 doloris et iniuriae. HIST. peregr. p. 166,32 in tanta malorum eis accumulata -e. *al.* **B** *translate:* **1** *spirit. i. q. abundantia – Fülle:* WALAHFR. Wett. 168 sequitur ... per omnia pacis -es. **2** *corpor. i. q. satietas – Übermaß:* GLOSS. II 387,34 St.-S. -em uberchollun. 416,4 usque ad -em, usque ad summum, ze seti. IV 623,28 ad -em, cumulum, uberaszeli. *al.*

II *de anim.:* **A** *de hominibus (angelis: l. 30) i. q. turba, multitudo – Menge, Schar (cf.* GLOSS. IV 5,54 St.-S. -es samanunga): **1** *in univ.:* ARBEO Corb. 14 sevam conieriem (-em *2*) sustentare non valens supervenientium. HRABAN. epist. 52 presens aecclesia malorum et bonorum in se -em retinet. LIOS MON. 445 *sancti* angelici coetus aequantur -ei. CHRON. Pol. 3,23 p. 152,14 suorum -es corruencium augebatur. *al.* **2** *de universitate (christianorum):* CONC. Merov. p. 167,5 quas legis christianorum -es ... custodivit. **3** *de conventu monachorum:* VITA Filib. 26 (MGMer. V p. 598,2) locavit caenubium Ansoaldus ... largitate, Filibertus relegione, doctrina ... et monachorum -e (-em *A 1*[a]). CAND. FULD. Eigil. II 8,8 fratrum -es. **4** *de copiis armatorum:* CHRON. Pol. 2,33 p. 101,12 cum sua parva acie tantam hostium -em penetravit. *cf. l. 31.* **B** *de animalibus i. q. examen – Schwarm:* HEIRIC. annal. a. 873 (MGScript. XIII p. 80,22) locustarum ingens -es apparuit.

***congerium,** -i *n. (ital. vet.* congedo, *francog. vet.* congier *a* commeatus, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 946) ius (?commeandi) – (?Wege-)Recht:* DIPL. Frid. I. 646 (ed. H. Appelt. 1985) quę *(bona)* ... pater eius cum boschis, aquis et -is et ceteris pertinentiis ... domui sancti Bernardi contradidit. *cf. DuC s. v.* congeare *sim.*

***congermanitas,** -atis *f. fraternitas – brüderliche Verbindung:* COD. Udalr. 231 p. 403,15 (a. 1127) cuius ... societatis atque, ut ita dictum sit, -is iura ... vos ... illibata erga nos conservasse congratulamur.

congermino, -are. *gignere, proferre – hervorbringen:* VITA Willib. p. 18,43 velut ... apis ... prius favos, dein natos, postea dulcia mella -at, ita *eqs.*

congero, -gessi, -gestum, -ere. *script.* coniest-: *l. 58.70.*

I *obi. res i. q. comportare, conferre – zusammentragen, -bringen (cf.* GLOSS. I 90,21 St.-S. -at catot. 376,5 -to gifrumitemo. 380,10 -iestum zisamane kitragan. *al.):* **A** *proprie:* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* RUOTG. Brun. 49 p. 52,12 (testam.) ante altare ... -ta ... vasa aurea. HROTSV. Pafn. 4,2 cur ... varietatem divitiarum iuxta rogum -is? BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 299,9 in ... aecclesiis, quo ... res suas conservandas omnes -sserant. *al. v. et p. 1396,37. in imag.:* RUD. TRUD. gest. 6,10 quibusdam de oppidanis ... in fornacem ... malae suggestionis suae ... omnia instigationum fomenta -entibus. **b** *exstruere – aufwerfen, aufschichten:* POETA Saxo 5,459 -tę saxis ... tellureque moles (THIOFR. Willibr. I A 13 p. 469[C] m. harenę). HELM. chron. 12 p. 24,34 aggeres -ti sunt. **c** *confundere – zusammenschütten:* ANTIDOT. Glasg. p. 102,4 que *omnia* ... in unum -iesta mel Attico ... dispumatum diligenter commissis. **d** *conectere, colligare – zusammenfügen, -binden:* OTTO FRISING. gest. 2,39 p. 146,20 lignorum strues in plures -sserant fasces. *in imag.:* ALDH. ad Acirc. 1 flosculos ... ad unius coronae texturam -ere. **e** *in unum dirigere – auf einen Punkt richten:* THIETM. chron. 7,43 profanorum agmen ... diversa hunc *(antistitem)* ad interficiendum arma -it. **f** *(com)ponere – (zurecht)legen:* HARIULF. chron. 4,26 p. 249,5 -ta vili mattula. **g** *condere – bergen:* GESTA mon. Mans. (MGScript. XV p. 934,8; s. XII.[in.]) in medio ... altaris scrinium lapideum cooperculumque ligneum cum capsa plumbea ... reverenter -ssit *abbas.* **2** *latius i. q. colligere – sammeln (cf.* GLOSS. I 807,5 St.-S. -es gihuffos. II 747,23 -ta i. collecta gihufotiu. 550,7 -e chisamino. *al.):* **a** *gener.:* **α** *(copiose) apportare – (in großer Menge) herbeischaffen, (hin)bringen (interdum expressius c. sensu donandi, offerendi, e. g. l. 16.18):* ARBEO Corb. 7 p. 195,15 temporalia a nonnullis -ta munera. WALAHFR. Wett. 752 quas *(opes)* -ssere fideles. THIETM. chron. 7,71 quod multorum devota manus ad aram ... -ssit in hostiam. CHART. Heinr. Leon. 4 p. 7,3 que vel ipse vel sui decessores ... in sinum sancti Mauricii -sserunt. *al.* **β** *accumulare – anhäufen (c. sensu acquirendi: l. 24, comparandi: l. 26.28):* BEDA hist. eccl. 5,7 p. 293,9 (epitaph.) quae -sserat ipse Caedual ..., liquit amore Dei. EINH. Karol. 13 p. 16,8 -ti ex longo tempore thesauri direpti sunt. THANGM. Bernw. 8 p. 761,32 in praediis ... tanta -ssit, ut *eqs.* VITA Heinr. IV. 13 p. 41,25 -tis belli stipendiis. NARR. itin. nav. p. 194,24 pecuniam. *al. spirit.:* RATHER. otios. serm. 4 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. XLVI. 1976. p. 159) aspernabile spatium, -it quod talem thesaurum. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 279,50 *Anno* omnia, quae habere videbatur temporaliter, in coeleste gazophilatium -ta thesaurizavit. *al.* **γ** *scribendo in unum redigere – schriftlich zusammenstellen:* CONC. Merov. p. 197,5 nonnulla ... capitola ... in unum corpus collecta -ssimus (CAPIT. reg. Franc. 196,54 p. 45,34). BEDA hist. eccl. 5,21 p. 341,15 (epist.) -ta in ordinem serie lunae. CARM. var. I 34,8 cui *(libello)* ... patrum monitis -ta beatis indidit acta. HRABAN. epist. 3 p. 385,28 ut omnia hęc in unum volumen -rem. CAND. FULD. Eigil. I praef. p. 223,8 hoc ... opus ... ad profectum ... legentibus ... -ssi. *al. v. et vol. I. p. 113,20.* **b** *natur. usu medial. i. q. colligi – sich ansammeln:* ALBERT. M. animal. 3,140 multa ... animalia ingrossantur in ventre ex multa ibi -ta pinguedine. 4,57 in qua *(testa)* ... simul -untur eius *(animalis)* superfluitates. **B** *translate:* **1** *gener.:* **a** *proferre – vorbringen:* LEG. Wisig. 2,1,9 in eum *(principem)* ... verba -ere maledictionis. MIRAC. Liutg. I 2 cui *(Deo)* puras nemo frustra -ssit preces. *al.* **b** *inferre – beibringen:* **α** *c. sensu docendi:* BONIF. carm. 2[tlt.] Vynfreth priscorum Duddo -sserat artem. **β** *c. sensu nocendi i. q. infligere, parare – zufügen, bereiten:* BEDA hist. eccl. 2,11 p. 105,11 (epist. papae a. 625) qua ex re non modica nobis amaritudo -ta est. VITA Burch. Worm. 15 p. 839,34 possum maius incommodum ... tibi -ere. *sibi consciscere – sich zuziehen:* VITA Burch. Worm. 15 p. 839,36 perpetuum exitium tibi -es. **2** *math. i. q. multiplicare – malnehmen:* CARM. de temp. rat. 279 hanc *(secundam lunam)* ... per tessera -e simul: octo habes.

II *obi. homines i. q. congregare – zusammenführen, -schließen, (ver)sammeln:* AEDILV. carm. 4,14 pater famulos cellam -ssit in almam. 6,44 quos *(monachos)* gratia Christi ecclesiam ... -ssit in unam. HUCBALD. carm. 2,139 calvos consocia, candentes -e calvos. BURCH. URSB. chron. p. 42,18 imperator cum paucis ad se collectis in giro se -sserunt. ALBERT. M. Iob 21,32 (ed. M. Weiss. 1904) ubi -ti sunt in inferno mali mortui.

adi. **congestus,** -a, -um. **1** *collectus, cumulatus – gesammelt, gehäuft:* WANDALB. mens. 280 -os humeris hi gaudent ferre racemos. 290 mustum -a ... flamma coquit. *v. et vol. I. p. 113,19. fort. add. (an i. q. condensus – dicht?):* CHART. Pomm. B 1162 p. 422,17 (a. 1280) termini ... dictorum bonorum distinguntur a prato Godekini ..., ubi alnus -a est. *ibid. iterum.* **2** *(ex partibus) compositus – (aus Einzelteilen) zusammengesetzt:* ALBERT. M. summ. theol. I 9,42,2 p. 325,58 (ed. D. Siedler. 1978) ex unitatibus relationum nulla -a pro-

[Dinter]

venit pluralitas. p.325,64 punctum ... nullam -am facit aggregationem.

subst. **congestum,** -i *n.* **1** *strictius usu plur.:* **a** *de opibus i. q. divitiae (collectae) – (angehäufte) Reichtümer:* WALTHARIUS 39 debuit haec *(Hiltgunt)* heres ... diu -a frui. HROTV. Pafn. 3,11 quid de -is actum ire meditaris? *al.* **b** *de versibus i. q. (magno labore) composita – (mühevoll) Zustandegebrachtes:* HRABAN. carm. 11,46 haec ... pauper inops ... misit -a. **2** *latius per confusionem i. q. condicio, pactum – Bestimmung, Verordnung:* GLOSS. III 247,36 St.-S. municipale -um giburlich gedinge. 280,62. *cf. ThLL. VI. p.1949,29sq.*

***congerra,** -ae *m. vel f. (cf.* congerro, *accedente vi vocis* congerere, *v. ThLL. IV. p.280,55)* **1** *(spicas) legens – (Ähren-)Sammler:* GLOSS. III 137,44 St.-S. -a stûphelare (185,14). 187,33 -a seminare vel phusilare. **2** *mulier mendicans – Bettlerin:* SIGEBOTO Paulin. 22 *Paulina* sacculos ... secum portare solebat, ut -am, manticariam seu tabernariam crederes, non matronam.

congestio, -onis *f.* **1** *spectat ad res:* **a** *proprie i. q. accumulatio – Ansammlung, Anhäufung:* **α** *in univ. de actione:* GLOSS. Roger. II 514 -o sive paulatim nutrimenti ... adunatio. **β** *strues, cumulus – (aufgeschichteter) Haufen:* VITA Burch. Worm. 15 p.839,30 *diabolus* herbas arboresque ... extirpans et ita facta -e ... viam conclusit. THIOFR. Willibr. I A 13 p.469^{C} quam -em *(sc. arenae)* sua lingua dunon appellant indigenę. HUGO HONAUG. hom. 3,25,4 (ArchHistDoctrLitt. 43 [35]. 1968. p.242) quodam naturae suae debito ... iste *(castor)* metitur lignorum formabilem -em. *expressius i. q. copiae (rerum) – Güter:* GESTA Camer. 1,33 p.414,28 audierunt monasterium multis pecuniis et -bus refertum. **γ** *massa concreta – zusammengeknetete (Teig-)Masse:* GLOSS. III 220,36 St.-S. massa -o ... id est spîsa. 414,58 massa -o cloz *(cf.* 408,9 massa spîse vel cloz, *et ThLL. VIII. p.430,9sqq.).* **δ** *multitudo – Vielzahl:* ALDH. ad Acirc. 113 p.155,4 multiplex nominum et verborum -o. **b** *translate i. q. suggestio – Eingebung:* URSO gloss. 24 p.50,6 *vis imaginaria* aliquotiens maligna -e (suggestione *Mo*) praeeunte ... ad ymaginationem movetur. **2** *spectat ad homines i. q. congregatio, turba – Getümmel, Gedränge:* VITA Burch. Wirz. 6 ingens factus est populorum concursus multitudinisque stipata -o.

congesto, -are. **1** *strictius:* **a** *comportare – zusammentragen:* HERRAT. hort. p.128 *(in imag.)* esum vitae ... -ant apiculae. **b** *accumulare – anhäufen:* ACBRANN. carm. 27 (ed. H. Hagen, Carm. ined. 1877. p.143; s. IX.) in medio quadra -at mox regula quinos. **2** *latius i. q. ferre – tragen:* **a** *corpor.:* ODO Ern. duc. 5 p.344^{A} toxica ... auratis -ant tela pharetris. **b** *spirit.:* HUCBALD. carm. 2,41 *calvi* -ant corde calorem constantem, castum.

congestor, -oris *m. qui (pecuniam) coacervat – einer der (Geld) zusammenrafft:* CHRON. Ebersh. 38 qui *(Gotfridus)* ... avaritie nimis intendebat et -r fuit pecunie (CHRIST. cal. Mog. 5 [MGScript. XXV p.241,34]).

***congiaticum** *v.* *conciaticum.

congigno, -genitum, -ere. **1** *strictius i. q. (pariter, item) procreare – (in gleicher Weise, ebenfalls) zeugen, erschaffen (sensu spirit.):* ALCUIN. epist. 19 p.53,32 vos ..., fratres ..., iisdem patribus spiritali doctrina -ti. **2** *latius i. q. parare – verschaffen:* FORM. Marculfi 2,43 (ed. A. Uddholm. 1962) plusculum, quod valeat in eternum -ere cumpus.

adi. **congenitus,** -a, -um. **1** *gener.:* **a** *natus (ad) – geboren (für):* METELL. Quir. 4^{a},43 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1965) Quirinus ... -us throno paterno. **b** *connatus, ingenitus – mitentstanden, angeboren:* ALBERT. M. animal. 4,49 *aranea maris* intrat et manet in testa -a sibi. **2** *theol. i. q. par (genere) – (ursprungs)verwandt:* ALBERT. M. eccl. hier. 4,16 p.679^{b},33 ipse *(Christus)* ... factus de nostro genere fecit nos filios Dei -os sibi.

subst. **congenitus,** -i *m. qui consortio originis (divinae) frater est – Bruder der gemeinsamen (göttlichen) Abkunft nach:* ALBERT. M. eccl. hier. 3,24 p.617^{b},30 bonitas divina ... communicavit nobis et se et sua bona, ... 'tamquam' congeneratis vel '-is' (*PG 3,441^{B}* ὡς ὁμογενέσι), sicut his, qui de genere eius *(sc. Christi)* sumus.

congilis *v.* gongylis.

***congiolus** (-zol-, -zul-), -i *m. de mensura quadam liquidorum i. q. congius parvus – kleiner 'Congius':* REGISTR. Trident. I 117 (a.1220) *debet solvere* omni anno unum co⟨n⟩zolum vini. 126 omni tercio anno unum conzulum de vino. *ibid. al.*

congiro *v.* congyro.

congius, -i *m. vel* **congium,** -i *n., rarius (l.30)* **congia,** -ae *f. script.:* cugn-: BOTAN. Sangall. 25,1 in cugno. conci-: *l.28.* conçi-, conzi-: *l.23sqq.26.* condi-: *l.27.* conti-: *l.27.30.* -çus, -zus: *l.25sq.*

de mensura quadam liquidorum fere i. q. chus, situla – etwa: Kanne, Eimer (cf. GLOSS. II 356,13 St.-S. -us eimber vel zuber. 765,30 -um mezeimpri. *al.):* **1** *de mensura sex sextariorum:* COMPOS. Luc. I 4 sextarius lib. III (II *Svennung p.55sq., recte ut vid.*), cong⟨i⟩us ... lib. XII. DICUIL. epist. cens. 148 (Cod. Paris. N. A. 1645 f.10^{v}) si ... fuerint sex *(sextarii),* chus vel -us extat. ABBO SANGERM. bell. 3,45 -a (gloss.: mensuras). *al.* **2** *de vini mensura variae quantitatis:* RATHER. epist. 16 p.76,18 quot -a vini ... sufficiant clericis. CHART. Bund. 304 p.225,32 (a.1140) pro -zio uno vini. CHART. Tirol. 672 p.130,40 -çium unum. REGISTR. Trident. I 116 unum -zium Tridentinum de vino. 117 unum -çum. 118 p.100,24 unum -zum de Perzene vini. 132 duos -zios de vino ad -tium Trentinum. CHART. Bund. 644 pro VI -diis musti. CHART. Tirol. notar. I 443 in quatuor -ciis de vino bono. CHART. Ticin. 37 p.84,12 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Tic. I. 1929) -tias sex vini. *saepe.* *Dinter*

***conglebatus,** -a, -um. (gleba) *stabilitus – gefestigt (in imag.):* EPIST. Bamb. 32 p.529,12 (a.1138) unanimitatem ęcclesiae et regni in hoc quasi cespite caritatis humore -am scindere non debuimus.

conglisco (-esco), -ere. *concrescere – (empor)wachsen (in imag.):* CAND. FULD. Eigil. II 21,22 qua *(columna)* fidei merito nunc hic plebs advena Christo subrigitur templumque Deo -escit (coalescit *ed. ex nota marg. Broweri*) in almum *(cf. Vulg. Eph. 2,21).*

conglobatim *adv.* **1** *glomeratim, confertim – zusammengeballt, geschlossen:* BALTH. Fridol. 23 molem ... arboris ... videbat terra tenus inclinatam omnesque ramos ... admirabatur quasi -m Deo se humiliasse *eqs.* **2** *sermone secundum argumenta disposito – thematisch zusammengefaßt:* WILLIB. Bonif. 6 p.26,13 ut ... subtilius bonorum eius exempla -m ad memoriam revocemus.

conglobatio (-cio), -onis *f.* **1** *congregatio – Versammlung:* NICOL. I. epist. 86 p.449,19 dum ad electionem episcopi populariis fieret in ecclesia -o *eqs.* **2** *grex, caterva – Schar, Menge:* **a** *de hominibus:* ALDH. epist. 5 p.490,16 lurconum -o lectorum. **b** *de avibus i. q. examen – Schwarm:* GESTA Ern. duc. I p.31,31 avium ... frequens et miranda -cio eis *(sc. nanis)* obviam ruit.

conglobo, -avi, -atum, -are. *script.:* cun-: *p.1401,25.* -cl-: *p.1401,52.* -ber- *(var. l.): p.1401,36.*

I *de rebus:* **A** *comprimere, condensare, conspissare – zusammenballen, verdichten:* **1** *strictius:* **a** *de aere, lumine:* AMADEUS LAUS. hom. 5,124 (ed. J. Deshusses. 1960; s. XII.$^{med.}$) aer obtenebratus est et densa caligine -tus *(sc. in hora mortis Christi).* ALBERT. M. sent. 2,13,2 p.248^{b},21 lumen ... tunc in diversis partibus materiae coeli fuit dispersum ... et postea -tum est in stellis. **b** *de sanguine (usu medial. i. q. coagulari – gerinnen, stocken):* PAUL. AEGIN. cur. 176 p.102,21 sanguine ... circa ventrem -to (*3,31,4* θρομβωθέντος). TRACT. de aegr. cur. p.269,11sqq. GESTA Trud. cont. II 4,1 p.351,38 sanguis eius *(martyris)* -tus ... in sarcophago inventus est. GLOSS. Roger. II 414 sanguis congelatus vel -tus. **2** *latius c. sensu deminuendi i. q. coartare – zusammendrängen:* AGOB. apol. 1,3 (Corp. Christ. Cont. Mediaev. LII. 1981. p.310) regnum cum extremitatibus suis -atur in unum in medio sui. **B** *coacervare, cumulare – (auf-, an)häufen:* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* ALDH. epist. 9

[Konstanciak]

p.502,9 diversarum rerum ratiocinationes -ans *eqs.* ERMENR. ad Grim. 15 p.552,11 omnia in verbis variae reperta . . . in unam congeriem . . . -are. **b** *c. sensu parandi:* ALDH. virg. II 1254 tempestas saeva . . . martiribus . . . mortis discrimina mille -at. **2** *latius c. sensu augendi:* **a** *gener.:* HIST. Walc. 22 p.514,32 ut . . . apostolica auctoritas cum regali et imperiali firmitate -ta conglutinetur. **b** *mus.:* IOH. AFFLIG. mus. 23,32 simplices motus duplicare vel triplicare vel quovis modo competenter -are. **C** *coagmentare, coniungere – zusammenfügen:* **1** *strictius usu medial. (?intrans.: l.12) i. q. concrescere – zusammenwachsen:* **a** *gener.:* HRABAN. carm. 39,80 surget homo . . . undique -antibus membrorum conpaginibus *eqs.* **b** *medic.:* TRACT. de chirurg. 826 calore et humore deficiente non -atur *os fractum.* **2** *latius i. q. construere – er-, einrichten:* LIBER diurn. 99 p.131,19 venerabilia loca, quae a nobis in uno -ta atque adnexa sunt (*inde* SIGEB. GEMBL. Theod. 14 p.471,9 [privil. papae a.970] locus, qui a Deoderico . . . in uno -tus atque anexus est).

II *de anim.:* **A** *congregare, coadunare – zusammenscharen, versammeln (saepe medial.; refl.: l.25.32):* **1** *de hominibus (cf.* GLOSS. I 425,17 St.-S. -ti kisamanote. *al.):* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* CONC. Merov. p.209,1 pariter -ti *metropolitanus et comprovinciales.* AGNELL. lib. pont. 154 p.378,4 pontifex . . . misit . . . ad . . . ministros ecclesiae, ut se omnes in gremium cun-rent ecclesiae. VITA Leb. 6 in unum -ti *satrapae et alii* fecerunt . . . supplicationem ad deos. TRANSL. Modo. 32 p.304,1 clericis . . . cum monachis in orbem -tis. **β** *convocare – zusammenrufen:* ALDH. virg. II 619 -at in coetum disertos arte sophistas *augustus.* **γ** *refl. i. q. se (catervae) adiungere – sich (einer Schar) anschließen:* MIRAC. Hucberti 1,3 ipse praedictus se una cum illuc meantibus equester -vit. **b** *milit.:* RIMB. Anscar. 30 p.60,24 populi . . . -ti in unum coepere . . . resistere (REGINO chron. a.776 p.50,31 Saxones . . . i. u. -ti Heresburgh castrum adgrediuntur. HELM. chron. 7 p.18,28. *al.*). ANNAL. Fuld. II a.880 p.95,3 vicini . . . pariter -ti (-erati *var. l.*) Thuringios invadere nituntur (HELM. chron. 37 p.73,17. *al.*). TRANSL. Eug. Tolet. 20,8 (RevBén. 76. 1966. p.270) coeperunt simul -ti viam suam abire *milites.* ALBERT. AQUENS. hist. 1,7 p. 277[B] Ungari . . . ad septem milia -antur ad defensionem. GESTA Ern. duc. I p.13,2 quibus *(cuneis)* invicem -tis et ad pugnam . . . dispositis. *al. de pugna spiritali:* ALDH. virg. I 13 p.242,2 exercitus . . . -tos . . ., id est invisorum horrenda vitiorum agmina. virg. II 2580 haec *(Philargyria)* comites pravos, id est mendacia . . ., fraudes et fures . . . -at in cuneum cum falsis testibus. **2** *de animalibus:* **a** *in univ.:* EPIST. Teg. I 4 -tarum avium garritus cantando superare nequimus. **b** *c. colore quodam i. q. iugare – zusammenspannen:* VITA Theog. 1,21 bobus . . . iam vinculis, quibus inserta ista animalia -antur, implicitis. **B** *(circum)stipare, circumdare – umdrängen, umgeben:* CHRON. Salern. 155 p. 162,30 princeps Guaimarius . . . -clobatus Bardorum agmine. CHART. Mog. A I 451 p.358,28 (dipl. Heinr. V.) maxima militum et armorum copia -tus *archiepiscopus.* p.359,17.

adi. **conglobatus,** -a, -um. **1** *glomeris formam exhibens – knäuelförmig, zusammengeknäuelt* (*cf.* GLOSS. I 276,38 St.-S. -i zasamane kacliute): HONOR. AUGUST. cant. 1,9/10 p.375[D] murena est piscis . . . circulatus et -us. **2** *incurvus, contractus, distortus – zusammengekrümmt, verkrüppelt:* Iso Otm. 1,13 p.52[a],28 puerum omnibus poene membrorum iuncturis contractum atque -um. OLBERT. Veron. 9 hominem mirantur adstare longum, quem in globi speciem modo doluerant -um. STEPEL. Trud. 13 quidam . . . cruribus pectori adfixis -us.

subst. **conglobati,** -orum *m. qui confertim stant – Dichtgedrängte:* ALBERT. AQUENS. hist. 6,19 dux . . . omne genus iaculorum . . . in medium vulgus -orum cum suis contorquebat.

***conglobositas,** -atis *f.* **1** *de intestino i. q. segmentorum globosorum continuatio – Abfolge von Aussackungen, 'Haustren':* CONSTANT. AFRIC. theor. 6,28 p.29a[v] ex oppilatione stercus in -e intestini exiccante *virtus expulsiva patitur.* **2** *de phantasmate daemonis i. q. concretio informis – Ungestalt:* VITA Hildeg. Bing. I 45 (PL 197,123[A]; a.1182/7) ipsa *(mulier)* . . . nigredine et fumo diabolicae -is obsessa erat. 51 p.126[C] vis altissimi . . . ad diabolicam -em . . . dixit: *'eqs'.*

conglomeratio, -onis *f.* **1** *gener. i. q. congeries, collectio – Anhäufung:* LIBRI Karol. 4,14 p.199,24 inter ipsam . . . suarum nugarum -em. 4,16 p.203,8 sensuum . . . inordinatas -es. **2** *medic. i. q. enaeorema, nubecula – wolkige (Harn-) Trübung, 'Nubecula':* Ps. GALEN. febr. 312 que *(urina)* si cum nebula fuerit quasi cogno-em *(corrupt. ex* cum glomeratione, *cf.* Ps. GALEN. puls. 26 quasi cum glomirationis. fragm. 2,1 quasi cumglomeracione. *sim. al.).*

conglomero, -avi, -atum, -are.

I *trans. (saepe medial.; refl.: l.44):* **A** *de rebus:* **1** *strictius:* **a** *gener.:* **α** *(in glomus) convolvere – (zu einem Knäuel) aufwickeln:* CONR. MEND. Attal. p.131,30 mulier . . . coepit nere et filum contorquere, ut stamen digitis crispantibus et motu alterno vibrantibus fila -ret. **β** *(in acervum) congerere – (auf einen Haufen) zusammenlegen:* HARIULF. chron. 4,32 p.265,28 erant . . . sancta ossa confuso ordine -ta. **γ** *(in unum) colligere – sammeln:* VITA Poppon. 34 p.315,26 virus omne, quod per membra *hydropici* . . . diffundebatur, -tum . . . per gutturis meatum inundavit. **b** *techn. usu medial. i. q. commassari, conspissari, concrescere – (sich) verklumpen, festbacken:* THEOPH. sched. 1,30[med.] ne forte adhaereat molendino . . . et -etur *aurum.* 2,6 volve . . . fistulam . . ., donec -etur circa eam, quantum *vitri* volueris. *ibid. al.* **2** *latius:* **a** *accumulare – anhäufen:* LIBRI Karol. 3,21 p.145,31 quae . . . deleramenta in . . . synodi lectione -asse deteguntur. DIPL. Heinr. IV. 229 cum nobis simus conscii undique nos innumerabilia peccata . . . -asse *eqs.*

c. sensu (in cumulum) combinandi: HROTSV. Cal. 9,3 hic amens infelicis langworem amoris et negati taedium -ans sceleris. **b** *componere, fingere – zusammensetzen, -fügen, bilden:* ALDH. epist. 1 p.477,6 quomodo . . . metricae artis . . . instrumenta litteris, logis, pedibus . . . -entur (-antur *W*). RHYTHM. 39,17,2 Pannonia, a Penninis nomen que -at. **B** *de hominibus i. q. congregare, coadunare – zusammenscharen, (ver)sammeln:* **1** *in univ.:* THEODULF. carm. 8,2,11 hos *(peccantes)* . . . -a (*sc. Deus; cf. Vulg. Ier. 12,3* congrega). RUODLIEB XVI 24 amicis -tis. METELL. exp. Hieros. 2,291 (ed. P. Ch. Jacobsen. 1982) dum tante -antur contra se vires. *al. refl.:* DIPL. Frid. I. 177 p.300,33 (ed. H. Appelt. 1975) alii innumerabiles ad expeditionem Polonicam se in unum -antes. **2** *c. colore quodam:* **a** *iungere, constituere – zusammen-, aufstellen:* HUCBALD. carm. 2,115 -ate choros, calvo celebrate choreas. **b** *consociare – zusammenschließen, vereinen:* FORM. Augiens. C 26 locus . . . iste . . . regularis vite normam ducencium partem . . . -at.

II *intrans.:* **A** *de rebus i. q. conglobari – sich zusammenballen:* CARM. Scot. II 1 probl. 2,18 aether densatur in imbres, -ant nubes. **B** *de hominibus i. q. convenire – sich zusammenscharen:* ALDH. virg. I 13 p.241,21 quot sceleratorum satellites . . . manipulatim -ent.

adi. **conglomeratus,** -a, -um. *incurvatus, contractus – zusammengekrümmt, verwachsen:* MIRAC. Trud. 17 ita . . . erat -a *mulier quaedam,* ut nullo modo valeret sursum respicere.

***conglorificatio,** -onis *f. de beatitudine aeterna i. q. clarificatio(nis communio), glorificatio – (gemeinsame) Verherrlichung:* GODESC. AQUENS. opusc. 4,2 p.133,5 quos *(martyres)* inseparabiles passione et -e, inseparabiles etiam habetis *(sc. fratres)* ad Deum pro vobis intercessione.

conglorifico, -avi, -atum, -are. **1** *usu eccl.:* **a** *strictius i. q. una glorificare, clarificare – mit-, zugleich verherrlichen:* **α** *spectat ad gloriam Dei (trini) praedicandam:* GODESC. SAXO fragm. p.22,1 -andam trinam deitatem. ANSELM. HAV. dial. 2,22 p.1200[A] adoras spiritum cum patre . . . et filio coadorandum et -andum (ALBERT. M. summ. theol. I 7,31,3 p.246,30 [ed. D. Siedler. 1978] c. p. et f. simul adoratur et -atur *spiritus sanctus* [*cf. Conc. II 1,2 p.80,14 ed. Schwartz* συνδοξαζόμενον]). ERINH. Heimer. 8 cum sanctorum panduntur gesta tuorum, qui simul ipsa facis, merito -aris *(sc. Deus).*

[Konstanciak]

β *spectat ad gloriam (vitae aeternae) sanctis concessam:* CHART. Mog. A II 135 (ed. P. Acht. 1968; a. 1150) ut pontificem . . ., quem signis evidentibus inter sanctos -tum cognoscimus in cęlis, . . . honoretis. **b** *latius i. q. gloria coaequare – an Herrlichkeit gleich machen: v. p.1189,17.* **2** *usu communi i. q. (omnium consensu) probare, accipere – (einhellig) billigen, annehmen:* ALBERT. M. pol. 5,6[11] p. 500[a],14 utilissimarum legum . . . et -tarum (*p.1310[a],15* συνδεδοξασμένων) . . . ab omnibus politizantibus.

conglorior, -ari. *congratulari, congaudere – sich mitfreuen:* ENGELH. WIRZ. Burch. praef. p. 5,12 satagebam . . . vobis in omnibus secundum apostoli dicta *(Vulg. I Cor. 12,26)* seu compati vel -ari. CONST. I 203 p. 280,7 ut hii, qui tribulationibus nostris . . . communicaverunt, . . . felicissimis eventibus nostris ac gloriosissimis triumphis . . . participent et -entur (congratulentur *S, cf.* DIPL. Frid. I. 351 p. 191,24 [ed. H. Appelt. 1979]).

***conglutinabilis,** -e. *qui in statum cohaerentiae mutari potest – in Kohärenz überführbar:* ALBERT. M. meteor. 4,2,15 p. 767[b],13 corpora mixta non solum coagulabilia sunt et impinguabilia et -ia *eqs.*

***conglutinarius,** -a, -um. *de medicamine glutinoso i. q. colleticus – zusammenziehend:* IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 36a[v] fiat . . . sinapisma ex eo *(sanguine draconis),* id est emplastrum -um et coherens.

communio, communitas, societas – Gemeinschaft, Gemeinsamkeit, Gesellschaft: **I** *de -o quo colitur, communicatur aliquid cum aliquo:* **A** *praevalente notione participationis:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* WALAHFR. Mamm. 9,23 multi ... venere sacri -a verbi quaerentes. CAPIT. reg. Franc. 248,26 ne ... alieni ex -o venie fiant *infirmi.* MANEG. c. Wolf. 16 p. 80,21 ne -cio ... gratię alios ... indignos arbitrarentur. OTTO FRISING. gest. 1,55 p. 79,14 ut -o rationis utar. DIPL. Frid. I. 447 p. 347,44 reus cum omnibus ... quocumque familiaritatis -o ipsum *(fugitivum)* recipientibus iudicetur. *al. sensu act.:* HUGEB. Wynneb. 4 p. 109,3 quales repperire possit, ut illis euangelici sermonis -um commendasset. **b** *spectat ad dona spiritalia:* AMALAR. off. 1,3,3 si quis ... decem verba legis compleverit ..., non dubitat ad -um perveniendum esse beatae resurrectionis. LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 249,24 beatae huius mansionis -um ... percipies. TRAD. Weihenst. 209 qui *(laicus)* plenarie f r a t e r n i t a t i s in hoc monasterio habens -um (CHART. Tirol. 846. *al.*). **2** *philos. et theol.:* RADBERT. Arsen. 2,22 p. 94,4 legem mortis communem non recipere, n a t u r e -um recusare (ARNO REICHERSB. apol. p. 48,1. 231,15. HUGO HONAUG. hom. 4,2,1 ad significandam in Filio naturae divinae -um et aequalem communionem cum Patre). HUGO HONAUG. hom. 2,23,2 quod praeter -a sanguinis, loci, ... non sint et aliae -orum rationes, quibus *eqs. al.* URSO element. 2 p. 41,3 asserit *Plato* eam *(materiam)* sine corporum fuisse -o. *al.* **3** *publ. et iur.:* **a** *spectat ad dominationem:* ANNAL. regni Franc. a. 827 p. 173,25 reges Danorum ... Herioldum de -o r e g n i eicientes (LAMB. HERSF. annal. a. 1066 p. 102,2. RAHEW. gest. 3,13 p. 182,17. *al.*). HIST. de exp. Frid. imp. p. 99,6 nec alios *dominii* -um habere permisit *imperator. al.* **b** *spectat ad ius possidendi:* LEX Sal. Merov. 100,2 ut dotem ... filiis suis ... sine ullum -cium (-ciam *A17**) sibi vendicent. FORM. Marculfi 2,11 quicquid ... facire volueris, absque -cio fratrum ... habeas potestatem. *al. expressius i. q. pars possessionis – Anteil am Besitz:* GESTA Lob. 9 p. 313, 32 (chart. a. 1095) dedit *abbas* ... decimas de Maregio, ... Carneriis cum -is earundem villarum. CHART. Heinr. Leon. 30 p. 43,31 Enricus ... dux Saxonum Bonifacium et Fulconem marchiones ... investivit ... de Este ... et de omnibus ... communiis, -is atque piscationibus. ACTA imp. Winkelm. I 818 p. 635,23 qui ... in partibus iusticiaratus Aprucii partem castrorum, -cium feudorum ... receperunt. **c** *spectat ad statum sodalium:* CHART. civ. Magd. 94 p. 48,16 (a. 1231) nemo presumat incidere pannum, nisi -cium habet nostre fraternitatis. CHART. select. Schwind 55 p. 113,40 (dipl. Rud. Habsb.) si quis ... horum *(monetae consortium)* transgressus fuerit hoc statutum, illius vacare -cium volumus. *al.* **B** *praevalente notione coniunctionis, consuetudinis:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* CONC. Merov. p. 68,11 presbyteri ... ad sacrum electi mysterium repudient c a r n a l e -um (ALDH. virg. I 31 p. 270,6). LEG. Wisig. 3,6,2 p. 169,19 manere ... in c o n i u g a l i ... -o (FORM. Marculfi 2,30. *al. cf.* CAPIT. reg. Franc. 301 p. 454,44 Domine ..., respice ... super hanc famulam tuam maritali iunctam -o). EPIST. Bonif. 80 p. 177,11 qui dicit *hoc,* vacuus est spiritu sancto et ... a -o sacerdotali abiciendus. WIDO FERR. schism. 1,3 p. 536,14 gaudebat *rex Heinricus* multum -o puerorum. CHART. Ror. 45 p. 201,6 decanus ... infringens ordinatione sua arbitrium ... -o careat et prebenda. *persaepe. de partibus:* PAUL. DIAC. Lang. 4,51 p. 138,16 ut eius *(Transemundi)* regionis Langobardos suo -o coaptaret *Grimualdus.* **b** *spectat ad propinquitatem (loci):* UFFING. Ida 1,8 ut ... tam medicabilis glebae -um obtinuerit *Berehtgerus.* 2,5 p. 485,41. GUTOLF. sermo de Schol. p. 91,6 septimum *sigillum* ... perpenditur in beate sepulture -o, quo *eqs.* **c** *spectat ad familiaritatem:* BEDA hist. eccl. 5,7 p. 292,32 ut ... nominis ipsius *(Petri)* -o iungeretur *rex.* NADDA Cyriac. I 3,5 militavi ... non uni, sed omnibus, immo non ex debito, sed amicabili -cio. *al.* **d** *spectat ad sortem communem:* TRAD. Lunaelac. 128 p. 234,37 (c. 784/99) si quis ... huic voluntati ... obvius ... extiterit, a conventu omnium christianorum ... extraneus habeatur et Iuda traditoris ... perfruatur -cio (*item* 134). *al.* **2** *philos.:* HERM. CARINTH. essent. 2 p. 228,8 humanos spiritus in alterutrius generis -um ... redire necesse est. HUGO HONAUG. hom. 2,40,1 quod ... absque omnium -o est, necessario est sine ullo altero. 2,40,6 ex his patet ... singulare ... et unicum ... -cii societatem removendi potestatem optinere. *ibid. al.* **3** *eccl.:* **a** *spectat ad vitam monasticam:* CONC. Merov. p. 165,31 si *fuerit* ... monachus, mensibus sex a -o suspendetur f r a t r u m (ECBASIS capt. 3. STATUT. ord. Teut. p. 55,18. *al.*). WILLIB. Bonif. 2 p. 9,12 servorum Dei iunctus -o. CHART. Sangall. A 529 ut ipsorum *(monachorum)* -o dignus inveniar, tunc suscipiar in congregationem. HEINR. LETT. chron. 13,2 p. 67,8 qui *(frater Wickbertus)* sancte conversationis abhorrens -cium. *al.* **b** *spectat ad communionem precum:* CAPIT. reg. Franc. 28,56 ut Aliquinum ... sancta synodus in suo -o sive in orationibus recipere dignaretur *eqs.* CHART. Bund. 72 p. 63,8 omnium ... defunctorum fratrum, qui in nostro -o coadunati sunt, commemoratio fiat. *al.* **c** *spectat ad sanctorum communionem:* WILLIB. Bonif. 6 p. 29,8 quod maximam ... multitudinem plebis a ... demonum cultura ad -um sanctae e c c l e s i a e adsciscret (ANNAL. Fuld. II a. 867. *al.*). CONC. Karol. A 19^{D} p. 141,2 indignos eos *(haereticos)* et ingratos a -o c a t h o l i c o r u m ... eliminare decernimus (CAPIT. reg. Franc. 248,5). HEINR. LETT. chron. 14,8 p. 80,19 *Estones* iugulaverunt et in martyrum -cium ... in celum transmiserunt *Teutonicos. saepe.*

II *de -o consistente in singulis:* **A** *gener. i. q. coetus, manus – Gruppe, Schar:* CHART. Basil. A I 35 p. 70,20 (a. 728) ut inter iustorum -cortium *(sic?)* ... valeat adipisci locum. WALAHFR. Wett. 555 sanctorum pariter -a surgunt. THIETM. chron. 3,13 cum -o aliorum fratrum et militum. INNOC. III. registr. 1,420 p. 631,3 si ... pedestrium fuerit -o deputatus. *grex – Herde (in imag.):* DIPL. Otton. I. 243 quatinus in die districti examinis repudiato setigero laneo hęreamus -o. **B** *publ. et iur. i. q. sodalicium, corpus personarum, collegium – Genossenschaft, (Personen-)Verband, Körperschaft:* **1** *spectat ad ministeriales, mancipia:* CHART. select. Keutgen 23 p. 17,14 (dipl. Heinr. V.) qui *(civis)* uxorem seu de -cio suo sive de alia familia ... acceperit. TRAD. Teg. 220 quidam ... censuales unius denarii ... se transferri pecierunt in -cium v denarios persolventium. CHART. Ticin. 10 vendiderunt ... ministri decimanorum ... ad partem ... -zii ... trium plebium omnes illas casas ..., quas *eqs.* CHART. episc. August. 86 p. 89,21 maiores, qui ministerialium nomine funguntur, ... ceterorum m i n i s t e r i a l i u m -is adunamus (CHART. Berg. Magd. 122. 123). *al. de compossessoribus:* CHART. Turg. III 646 p. 524,9 (a. 1276) quod agros ... teneant inter se nec eos unquam extra suum -um alienent *fratres.* **2** *spectat ad artifices, mercatores:* DIPL. Frid. I. 491 p. 413,23 quicumque ... in -cium ipsorum *(monetariorum)* assumptus fuerit (*item de monetariis:* CHART. Rhen. med. III 521 -um civitatis Trevirensis, quod huschenozscaph vulgo vocatur, XXX debet habere personas. ANNAL. Mell. Vind. I a. 1276 p. 707,26). CHART. Babenb. 161 p. 209,25 ut in eorum *(Flandrensium)* officio neg-

[Dinter]

ociari nullus presumat ..., nisi ab ipsis receptus in -um. CHART. Basil. C I 302 p. 218,33 repulsus a -cio pistorum. *al.* **3** *spectat ad cives:* CHART. Nuremb. 105 p. 74,22 (dipl. Philippi) hoc ... concedentes civibus, ut de -o ipsorum fas sit eis eligere scultetum. CHART. Bern. II 586 que *(iura)* ... erga ... religiosos in nostrum civile -um receptos servare consuevimus. *al. v. et p. 1185,49.* *de foedere civitatum:* CONST. imp. II 428,11,5 (a. 1256) quod ... recipiant *cives Herbipolenses* in sancte pacis -um dominos et civitates provinciarum ipsis coniunctarum. 435 cives Ratisponenses secundum formam pacis generalis in nostrum ... recepimus -cium. *ibid. al.* **C** *eccl.:* **1** *ordo, conventus – Orden, Konvent:* CHART. Tirol. notar. I 830 (a. 1237) in -cio sororum minorum de Tridento. CHART. Bund. 891 (epist. papae) expediebat pectoris sui *(sc. fratris)* paci ad aliud -um se transferre. CHART. Stir. IV 377 quod ... suam *(sc. Ortulfi)* uxorem ... ad -cium nostrarum sororum recepimus. SALIMB. chron. p. 37,31 quod Oliverius ... fecit -um sancte Marie de Parma. *al.* *adde de instituto conversorum q. d.:* TRAD. Scheftl. 337[a] (c. 1197/99) duas filias eius *(Udelrici)* ... in -um nostrum suscepimus. 339. *ibid. al.* **2** *collatio – Konferenz (de re v. p. 1374,24sq.):* REGINO syn. caus. 2,441 p. 386,24 de collectis vel confratriis, quas -a vocant. **D** *mus. de compositione vocum consonarum:* LAMB. mus. quadr. p. 280[b] huiusmodi ligaturarum pones ... illam, per se perfectarum que est de -o. ANON. mus. Sowa 1,1 p. 104,11 ex puris et veris imperfectis *figuris* non posset cantus perfectus absque perfectarum -o compilari. 1,2 p. 122,10. *ibid. al.*

consortius (-cius), -a, -um. **1** *adi.:* *eadem sorte attactus – vom gleichen Geschick betroffen:* ANSELM. HAV. litan. (ZKirchGesch. 5. 1882. p. 147,11) alii cum -a sibi martirum caterva cognominantur, quia et ipsi simul passi sunt. **2** *subst. masc.:* **a** *socius – Gefährte:* CHRON. Fred. cont. 2 p. 169,9 per consilium beati Leudegarii et -ciorum eius. **b** *compossessor – Mitbesitzer:* TRAD. Frising. 5 p. 31,15 (a. 750) consentientibus Alfrid cum fratribus suis et participibus eorum atque -is.

[consortus *v.* 2. consero.] **consotio** *sim. v.* consoc-.

conspar- *v.* consper-.

***conspecialis,** -e. *ad eandem speciem pertinens – zur selben Art gehörig:* ALBERT. M. metaph. 5,1,2 p. 211,39sqq. *causae* efficientes ... dicuntur secundum multos modos, quae -es sunt ...; et est unus modus '-ium' (*p. 1013[b],31* ὁμοειδῶν) causarum *eqs.*

***conspecialitas,** -atis *f.* *status pertinendi ad eandem speciem – Zugehörigkeit zu derselben Art:* ALBERT. M. metaph. 5,1,2 p. 211,43 in -e causae efficientis istius effectus, qui est sanitas, dicitur causa proxima hic medicus *eqs.*

***conspecte** *v.* conspicio.

***conspectibilis,** -e. *visibilis – sichtbar:* ALBERT. M. pol. 2,11[f] p. 199[a],1 'sepulcra ipsorum *(Philolai et Dioclis)* ... invicem ... facile -ia existentia', ut ipsa ... conspectibilitas sepulcrorum ostenderet amorem, quem habuerunt ad invicem. p. 199[a],7 'ad regionem ... Corinthiorum hoc ...,' scilicet sepulcro Philolai, '-i' (*p. 1274[a],38* συνόπτου) *eqs.*

***conspectibilitas,** -atis *f.* *visibilitas (mutua) – (gegenseitige) Sichtbarkeit: v. l.51.*

conspectio, -onis *f.* *inspectio – Besichtigung:* SIGEH. Maxim. 15 (13) ille *(comes)* ... diem ... statuens ad -em ac circumductionem terminorum ... advenit.

***conspectivus,** -a, -um. *ad actionem videndi pertinens, visualis – das Sehen betreffend, Seh-:* ALBERT. M. cael. hier. 15 p. 235,75 'virtutes -as' (*PG 3,332[A]* ὀπτικάς), id est visivas, quae eis *(angelis)* circumformantur (summ. theol. II 13,76 p. 68[b],18).

conspecto, -are. **1** *conspicere, videre – sehen:* HEIRIC. Germ. I 3,229 quanquam ... volucrum copia ... domibus -retur in illis. HUCBALD. carm. 2,19 corde creatorem -at *calvus*, corpore caelum. **2** *inspicere – (genau) betrachten:* EKKEH. IV. cas. 39 p. 88,15 terram -ando.

conspector, -oris *m.* *qui conspicit, videt – einer der sieht:* COD. Karol. 8 p. 494,13 quis ... harum tribulacionum -r (*opp.* auditor) non lugeat? ANAST. BIBL. Mart. (PL 129,595[C]) quia est Deus in coelo -r eorum, quae fiebant (*inde* THEOD. AMORB. Mart. 19; *cf.* RICHER. REM. hist. 2,22 Deo -i omnium). IOTS. Odil. 2,14 (MGScript. XV p. 817,37) visionis -es papam adeunt. GESTA Ern. duc. I p. 19,23 quid putas horum -es dicere?

***conspectrix,** -icis *f.* *quae conspicit – eine Schauende:* HILDEG. ordo virt. 98 ego *(sc. Spes)* sum dulcis -x viventis oculi, quam fallax torpor non decipit *eqs.*

conspectus, -us *m.* *script.* cun-: *l.29. adde* AGNELL. lib. pont. 109 p. 349,3. 147. *ibid. al.* *form. sing.:* *dat.* -o: *l.26. abl.* -o: PIRMIN. (?) scar. 2. 30.

1 *sensu act. i. q. intuitus – (Hin-)Blick:* **a** *latius de praesentia* (*locut.* in -u, ante -um *i. q. coram – vor [dem Angesicht]):* **α** *de Deo, Christo:* PASS. Afrae I 6 Domine Deus ..., peto ..., ut ... me a -bus tuis non facias alienam. CONC. Karol. A 26 testis mihi *(sc. papae)* est Deus, ... in cuius -u consistimus. DIPL. Karoli III. 12 p. 19,26 nostrum memoriale ... Christi -ui ... repraesentare. HILDEG. vit. mer. 3,33 *Deus* vult, ut omnia in -u eius munda sint. *al.* *expressius de Deo iudice:* LIBER diurn. 83 p. 93,4 ut inreprehensibilis appaream ante -um iudicis omnium *eqs.* CHART. Rhen. inf. I 48 si aliquis ... hanc concambiam infrangere voluerit, inde ante -um Dei in die iudicii r e d d e t r a t i o n e m (GERH. AUGUST. Udalr. 1,1 l. 169). DIPL. Conr. III. 164 p. 297,9 ne ... apparerem reus in -u Domini. *saepe.* **β** *usu vario:* CHRON. Fred. 4,54 si Godinus -o Chlothariae p r e s e n t a t u r (HROTSV. Sap. 2,1. *al.*). EINH. Karol. 10 si ipse *(dux)* ad -um venire cogeretur. AGNELL. lib. pont. 38 antiqua verba ... vestris feram cun-bus. VITA Heinr. IV. 10 p. 34,17 nisi et ipse coram veniret et in -u omnium imperio renunciaret. DIPL. Conr. III. 222 p. 395,12 que *(causa)* in -u et in presentia Basiliensis episcopi ... diligenter discussa est. CHART. Burgenl. I 92 p. 62,28 duas litteras ... nostro iudiciario -ui curarunt exhibere. *persaepe. adde:* VITA Paulin. Trev. 10 Paulinum ... utpote ... -u imperii ... remotissimum. **b** *strictius:* **α** *proprie:* HRABAN. epist. 36 p. 472,12 te magis velle interno -ui conditoris tui ... placere, quam *eqs.* HUCBALD. carm. 2,112 clarivido cernens -u cunctipotentem *Paulus. al.* *obtutus – Blickfeld, Gesichtskreis (per compar.):* INNOC. III. registr. 1,401 p. 600,11 sicut luna lumen suum a sole sortitur, ... sic regalis potestas ab auctoritate pontificali sue sortitur dignitatis splendorem, cuius -ui quanto magis inheret, tanto minori lumine decoratur. **β** *in imag.:* ALDH. ad Acirc. 2 p. 65,20 septena ... signacula ... perspicacissimis mundi c o r d i s -bus ... cernere promeruit *Iohannes* (RUOTG. Brun. 30 p. 30,23). **2** *sensu pass. i. q. spectaculum – Anblick:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* WANDALB. Goar. 2,7 si -us eorum, quos horreat, vitare velit. VITA Galli II 782 vestris *(sc. regis)* o utinam ... -bus utar. WALTHARIUS 1023 qui *(Trogus)* ... attonitus ... horribili ... hostis -u coeperat ... temptare fugam. *al. v. et p. 1427,45.* **β** *in visione beatifica:* HRABAN. epist. 24 p. 431,12 quae *(vita aeterna)* in -u g l o r i a e eius *(sc. Dei)* est (37 p. 474,39). CARM. Cantabr. A 12,4[b],15 ubi deitatis se -um semper cernere gaudent beati. *al.* **b** *latius i. q. species – (äußere) Erscheinung:* ERMOLD. Ludow. 2,219 alter in alterius -um ut lumina fixit. WALAHFR. Mamm. 20,13 *ursa* stupet ora beati -umque viri. *facies – Gesicht:* CARM. var. I 12,20 sollers ac mitis, ... lactea -u (*ni subest supinum verbi q. e.* conspicio), plus probitate micans *principis coniux*.

***conspeculatio** (-spic-), -onis *f.* *inspectio (oculata) – Augenschein:* CHRON. Noval. 5,25 conspic-o hominum ostendit minime nos falli.

conspergo (-spar-), -spersi, -spersum, -ere. *script.* -ri(o): *p. 1613,16.* *struct. contam.: p.1613,29 (cf. Svennung, Pallad. p. 229).*

I *aspergere, tinguere, consternere – besprengen, benetzen, bestreuen (refl.: p.1613,4):* **A** *strictius:* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* CONC. Merov. p. 167,20 innocentes ... easdem reliquias *(sc. eucharistiae)* -sas vino accipiant. ARBEO Emm. 24 p. 60,10 quae *(area)* ... frumenti ... purgati tritici, id est cruore, -arsa deiacebat (*cf.* VITA Galli II 1722 sanguine). WALAHFR. hort. 53 vernali ... -itur (-spar- *CK*) imbre parva seges. PETR.

[Dinter]

DAM. serm. 68,10 omne sacrificium sale -itur. RITUALE Rhenaug. 120 ut domnus abba -at eos *(novicios)* aqua benedicta *(cf.* WOLFHARD. Waldb. 3,2 p. 262,21 sanctificatione ... aquae benedictae ... se -ere cupiens *mulier). al.* **b** *c. sensu unguendi:* HUCBALD. carm. 2,31 consociant *calvi* cuneo -sos crismate coetus. PETR. DAM. serm. 38,8 dum ... oleo chrismatis est -sa *ecclesia.* **c** *c. sensu sparsim tegendi: v. p. 167,14.* **2** *translate i. q. maculare – beflecken:* LEG. Wisig. 2,1,29 ut ... eos, qui iudicaverunt ..., nullius infamie nota -at. **B** *latius de rebus aridis madefaciendis i. q. subigere, permiscere – anrühren, vermengen:* **1** *de medicaminibus conficiendis:* AESCULAPIUS 1 p. 2,21 columbino fimo ... trito et ex aceto -so frontem ... linito. DYNAMID. Hippocr. 1,21 semen apii ..., semen hyoscyami ... trita et cribrata, -sa aqua, pillulae figurentur. ANTIDOT. Glasg. p. 140,38 lactuce semen ... tunsum cum melle -arie. *al.* **2** *de farina -enda ad panem coquendum:* **a** *proprie:* DYNAMID. Hippocr. 1,5 farina -arsa virtutem ... non habet magnam *eqs.* 1,7 is *(panis)* ..., qui suco -itur, levissimus est *eqs.* WILH. HIRS. const. 2,32 p. 1087^{B} quorum *(sc. sacerdotum)* unus farinam -it ...; -it autem cum aqua frigida *eqs.* ALBERT. M. sacram. 15 p. 11,53 sqq. similago -sa et sal et tus ... non debent esse materia alicuius sacramenti, quia ... similago *significat* ... puritatem conscientiae -sam devotione. *al. expressius i. q. depsere – Teig bereiten:* FORMA mon. Sangall. p. 12^{a} locus -endi. **b** *in imag. et alleg.:* RADBERT. corp. Dom. 20,83 ut digne hunc panem de hac aqua *(sc. sancti spiritus)* -sum accipere possimus. *al.*

II *inspergere – auf-, einstreuen:* **A** *proprie:* **1** *in univ.:* RECEPT. Sangall. I 45 plantaginis semen vulnus -arge. HUCBALD. carm. 2,87 capiti cineres -ere calvo. **2** *c. sensu immiscendi:* ALFAN. premn. phys. 1,46 p. 13 in cunctis ... sive maior sive minor pars ignis -sa est (*PG 40,517^{B}* ἐγκατέσπαρται). **B** *translate i. q. inserere – einpflanzen:* ALFAN. premn. phys. 39,15 p. 127 omnibus hominibus notitia eius, quod in nobis, -sa est (*PG 40,765^{B}* συγκατέσπαρται).

III *spargere – (aus)streuen, aussprengen:* **A** *strictius:* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* CARM. var. III A 6,6,41 has ... inter laudes varios -ite flores. **b** *effundere – verspritzen:* AETHICUS p. 177,13 Tamaris regina ... de utre sanguinem regis Darei ... -arsit. **2** *in imag.:* SMAR. carm. 3,11 campos ... gravidos ... ordine multidico -so (-sos *E*) semine vatum continet ... iste libellus. PETR. DAM. epist. 40 p. 484,16 quicquid sordium sacrilega *manus* -sisset (-spar- *V 10*). **B** *latius:* **1** *emittere – aussenden, ausbreiten:* VITA Galli II 278 lucis radios -ere Phebus incipit. **2** *medial. i. q. diffundi – sich verbreiten:* HUGEB. Wynneb. 10 p. 114,34 odoris nectar ... per totam aecclesiam quasi fumi vapor ... -argebatur.

adi. **conspersus,** -a, -um. *livoribus infectus – von (Toten-)Flecken entstellt:* VITA Cuneg. B 24 vita redit recipitque cutis -sa colorem.

1.*conspero, -are. *ex animo sperare – inständig hoffen:* CONST. imp. II 424,18 (a. 1265) ut cupimus et nobis desuper dandum divino -amus iudicio.

2. conspero *v.* conspiro.

conspersio (-spar-), -onis *f. de forma recomposita q. d.:* GODESC. SAXO gramm. 1,49 'dispersio' ... et 'respersio' bene profertur per 'e', '-arsio' tamen satius per 'a' profertur.

1 *proprie i. q. actio conspergendi, aspersio – das Besprengen, Aussprengen, Befeuchten:* **a** *strictius:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,203 extinguat calidum roris -o fumum. AMARC. serm. 2,660 sanguinis ut sacri -o redderet ipsos *(infirmos)* incolomes. ODO MAGDEB. Ern. 6,416 sacra ... prunas -o lustrat. **b** *latius de farina conspergenda ad panem coquendum (in imag. et alleg., cf. l. 25sqq.) fere i. q. actio condepsendi, permixtio – etwa: das Anrühren (des Teiges), Vermengung:* RADBERT. corp. Dom. 20,75sq. in pane ... nihil praeter corpus, ubi nos per Christi -em iam membra sumus; quae ... -o per aquam sancti spiritus fit. 20,80 haec ... -o de multis granis fecit unum corpus *eqs. al.* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,10 quem *(panem)* viventis aquę ... -o tinxit. **2** *meton.:* **a** *stratura, tegimen – Schicht, Decke:* LEG. Wisig. 2,1,19 p. 67,17 si ... aditum non obstruxerit ... -o (-arsio *var. l.*) superflua n i v i u m (2,1,33 -o [conpartio *E1*] nivis. AEG. AUR. gest. 2,12 p. 42,16). **b** *macula – Fleck:* HERM. SANGALL. Wibor. 1,35 cruor ... profluens ... conspersit murum ...; quę -o ... nullatenus per multos annos potuit aboleri. **c** *massa farinae – (zubereiteter) Teig (in imag., spectat ad Vulg. I Cor. 5,6sqq.):* ARNULF. SAG. invect. 3 p. 93,10 ut ... veteri fermento tota Romanae sinceritatis -o corrumperetur. ALBERT. M. sent. 3,3,20 antiqua -o est antiqua ab infectione vitii. **d** *amylum liquefactum – Stärke(lösung):* WILH. HIRS. const. 2,33 p. 1088^{B} quae *(corporalia)* ... intinguntur -i, quae facta est clara et liquida de ... farina. **3** *translate:* **a** *disseminatio – Verbreitung, das In-Umlauf-Setzen:* RADBERT. Arsen. 1,7 p. 31,15 cum varius rumor varias rerum -bus inficiat mentes. **b** *diffusio – Ausbreitung:* COD. Udalr. 56 p. 116,9 morbi huius -e ad usque pestilentiam convalescente. **c** *temperamentum, complexio – Beschaffenheit, Natur(ell), Anlage:* **α** *corpor. de colore:* ALDH. virg. I 50 p. 305,15 vultus venustatem non stibio confectam ..., sed genuina -e ingenitam praeses ... contemplans. ANSELM. LEOD. gest. 52 p. 220,49 nec facies ... macie est confecta, nec gratia roseae -is est immutata. *per pravam interpr. i. q. tabes, lues – Siechtum, Seuche:* GLOSS. II 249,5 St.-S. -arsio suht *(spectat ad Greg. M. dial. 3,6).* **β** *spirit. de indole:* RADBERT. Arsen. 1 praef. p. 20,18 *pater* videbatur ... mihi ... -em m o r u m habere prioris Arsenii (1,1 p. 22,5). RATHER. prael. 1,32 l. 1075 in doctoribus diversae reperiuntur -es affectuum. ANSELM. BIS. rhet. 1,5 p. 112,15 cum eiusmodi extes -is, quam portando ... nemo meliorem, sed omnis reddere valeat deteriorem. OTLOH. Wolfk. 33 famulus Dei velut ex -e paululum irascens.

1. conspersus (-spar-), -us *m. aspersio (sancta) – das Besprengen (mit Weihwasser):* VISIO Baront. 1 frater ... rogabat -sparsum in ipsam domum facere *(cf. Sacr. Gelas. 1558).*

2. conspersus *v.* conspergo. **conspesso** *v.* conspisso.

conspicabilis, -e. *script.:* coms-: *l. 58.*

1 *strictius:* **a** *proprie:* **α** *visibilis – sichtbar:* AGIUS vita Hath. 14 quem *(sanctum Martinum)* sibi et corporeis oculis -em dixit. THIETM. chron. 6,63 Waltherdus locum ... introeuntibus cunctis -em dilecto suimet seniori providit. CHRON. Sigeb. cont. a. 1147 (MGScript. VI p. 389,47) stellam -em in aere multi suspexerunt. **β** *visu comprehensibilis – überschaubar:* ALBERT. M. pol. 7,3^{q} p. 651^{b},40sq. 'multitudinis maximus excessus' ... 'ad αὐταρκείαν vitae ... facile -is' (*p. 1326^{b},24* εὐσύνοπτος), ut ... tot et tales sint cives, qui -es unicuique, quod *eqs.* 7,4^{c} p. 656^{b},28 'quod autem facile -e, est regionem esse' talem ... 'facile auxiliabilem'. *ibid. al.* **b** *translate i. q. cognoscibilis, intellegibilis – einsehbar, verständlich:* HONOR. AUGUST. inev. A (SBWien 150/III. 1905. p. 11,14) tu *(sc. magister)* ... facis nobis ... palpabile, quod ipsi *(doctores)* longis tractatibus non fecerunt nobis saltem -e. ALBERT. M. pol. 7,1^{f} p. 623^{b},14 'secundum rationem considerantibus facile -e (*p. 1323^{b},7* εὐσύνοπτον) est', ... quod dictum est. **2** *latius i. q. conspicuus – ansehnlich, schön:* RATHER. chart. (QuellForschItArch. 29. 1938/39. p. 33,3) sancti Petri ecclesia ... omnibus est -is, clerici vero indigentissimi. WOLBERO cant. 3 p. 1222^{C} quandiu ... sub umbra latebas *(sc. sponsa),* despicabilis eras, postquam vero ad veritatis lucem existi, -is apparuisti. GESTA Mett. praef. p. 534,18 Mettis est civitas ... montibus -is (com- *1*).

adv. ***conspicabiliter.** *evidenter – deutlich, unverkennbar:* AGIUS vita Hath. 14 sanctum Martinum -r etiam sibi vigilanti visum esse.

***conspicatus,** -a, -um. (con *et* spicatus) *de unguento i. q. nardo spicato confectus – mit Narde(nöl) zubereitet:* VITA Mariae rhythm. 4238 unguentum sumpsit optimum de nardo -um *(cf. Vulg. Marc. 14,3).*

***conspicax,** -acis. (*a* conspicere) **1** *in uno conspectu positus – übersichtlich, augenfällig:* ALBERT. M. div. nom. 3,12 p. 109,29 '-es' (*PG 3,681^{B}* συνοπτικούς), idest subtiles, '<diffinitiones>' ostendentes 'in uno' universali 'multa' particularia. p. 109,37. **2** *compos perspiciendi, perspicax – zur Erkenntnis fähig, einsichtig:* ALBERT. M. div. nom. 7,10 p. 344,79 quantum ad perspicacitatem ... intellectus ipsorum *(an-*

gelorum) dicit *Dionysius*: 'et resplendens simplicitate -i' (*PG 3,868^{B}* συνοπτική), idest perspicaci, 'divinorum intellectuum', id est eorum, quae de Deo intelligenda sunt.

adv. ***conspicaciter.** *manifeste, lucide – augenscheinlich, deutlich:* ALBERT. M. div. nom. 3,16 p. 112,42 'discernentes', idest divisim tractantes . . .; '-r' (*PG 3,684^{D}* συνοπτικῶς), idest aperte et evidenter *(per pravam interpr.)*.

conspicientia (-cia), -ae *f.* **1** *facultas conspiciendi, videndi – Fähigkeit zu sehen, das Sehen:* EPIST. var. I 40 p. 562,9 prudentia a porro videntia, id est a longe ante -cia quecunque venientia. **2** *perspicientia – (vollständige) Einsicht:* EMO chron. p. 519,46 quia in se lucida est *anima*, rerum -am habet *(ex Cassiod. anim. 5)*.

conspicio, -spexi, -spectum, -ere. *script.:* cun-: *l. 22. 35. adde* AGNELL. lib. pont. 96 p. 340,22. cums-: AGNELL. lib. pont. 37 p. 302,21. -iti(o): *l. 71. form.: praes. indic.* -cunt: *l. 21. depon.: l. 26. 41. p. 1616,8. partic. fut. usu subst: l. 28.*

I *proprie:* **A** *videre, cernere, oculis percipere – sehen, erblicken:* **1** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 6 p. 27,33 Romanae urbis moenibus -tis altithrono . . . laudes rependit. RHYTHM. 8,4,2 migrantes iubar -cunt magi. AGNELL. lib. pont. 119 quis similem *thecam* cun-xit? CARM. var. I 25,24 quisquis vultum augusti . . . -erit umquam. HEIRIC. Germ. I 6,26 quin et -rent *Germanum* et -to fruerentur *Ravennates*. WALTHARIUS 198 hunc *(Walthario)* ubi -unt hostes tantas dare strages. IOH. VEN. chron. p. 162,9 tetre noctis obscuritate minime -i vicissim sese valebant. CHART. Brixin. 158 notum sit universis presentem litteram -turis, quod *eqs. persaepe. in prophetica visione:* HILDEG. scivias 3,1 l. 38 vidi ad orientem, et ecce illic -xi velut lapidem unum totum integrum. 3,4 l. 107 circa eam *(imaginem)* -xi . . . multitudinem angelicam formam et alas habentem. vit. mer. 4,24. *ibid. al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *animadvertere – bemerken, feststellen:* WALAHFR. Mamm. 21,2 Mammem nullo violari vulnere iudex -it. AGNELL. lib. pont. 16 narrabo vobis, quod nostris temporibus facta cun-ximus. HRABAN. epist. 50 p. 505,36 si quid in eo *(opere)* . . . scriptorum vitio depravatum -eritis. *al.* **b** *pass. i. q. apparere – sich darstellen, zeigen:* ANON. secret. 71,21 quae *(herba)* quasi in forma roris marini -itur. **B** *aspicere, intueri – ansehen, anschauen:* **1** *in univ.:* COD. Karol. 2 p. 478,24 ut propriis oculis persecutionem nostram . . . -atur *missus*. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,257 nos, Christofore, placido si -is ore. GERH. AUGUST. Udalr. 1,26 l. 86 cum . . . ante posita eum fuissent et ille ea *(sc. res suas)* -isset, dixit: *'eqs.' al. expressius:* VITA Galli II 1585 inclite Galle, . . . qui . . . -is . . . tuum factorem nocte dieque. **2** *c. colore quodam:* **a** *perlustrare – besichtigen:* WILLIB. Bonif. 4 p. 17,3 multis illarum circumvallatis ac -tis terrarum partibus. EIGIL Sturm. 13 p. 144,13 -tis cunctis loci . . . commodis. **b** *attendere, observare – achten (auf), beobachten:* DHUODA 4,1,45 columbae lympham bibentes . . . -unt . . . accipitres, ne ab eis capiantur. **C** *oculos figere – hinstarren:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,17 l. 22 nautis incaute ante se -entibus.

II *translate:* **A** *subi. anim.:* **1** *de actione percipiendi, intellegendi:* **a** *apprehendere – wahrnehmen:* OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 22,10 tempus tam acutum emergit, ut eius instans vix vel numquam -i queat. **b** *cognoscere – erkennen:* **α** *gener.:* WETT. Gall. 25 p. 270,28 quanto eum *(alumnum)* in capessendis exemplis divinis obligatiorem esse -xit. POETA Saxo 2,324 undique dux . . . circumsessum fore sese -ens. *al.* **β** *philos.:* ALFAN. premn. phys. 2,12 p. 26 anima per se ipsam adest indimensibilis, secundum accidens vero, in quo est, existente tripliciter dimensibili -etur (*PG 40,540^{C}* συνθεωρεῖται) et ipsa tripliciter dimensibilis. OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 17, 19 tamquam de re incerta palpitantes melius negando quam affirmando . . . -imus. ALBERT. M. div. nom. 3,13 p. 110,6 contemplationem . . . eorum, quae per se -untur. **c** *perspicere – durchschauen:* VITA Bonif. II 2 p. 94,8 ingeniose calliditate eius *(Adelberti pseudoprophetae)* -ta (circumspecta *2*). **d** *putare, censere – meinen, erachten:* DIPL. Karlom. (II.) 9 p. 298,13 nos . . . eius *(episcopi)* petitiones rationabiles fieri -tientes. DIPL. Arnulfi 60 prout usui fratrum . . . necesse esse -erint *abbates*. **e** *pass. c. nom. c. inf. i. q. nosci – bekannt sein:* COD. Laures. 503 (a. 782) in monasterio . . . , ubi vir venerabilis Helmericus p r e e s s e abbas -itur (DIPL. Heinr. I. 17). TRAD. Frising. 405 <quicquid> hereditatis . . . habere -itur *Cozoltus.* **2** *de actione contuendi, considerandi:* **a** *sibi ante oculos ponere – sich vor Augen halten:* DHUODA 4,1,67 animalia senas habentes alas oculosque ante et retro in exemplum nobis sacra iubet -ere (-i *P*) scriptura. **b** *inspicere – überprüfen:* CAPIT. reg. Franc. 160 abbates, qui ab episcopis electi sunt ad -endum (*syn.* inspicere) regulae observationem. **c** *respicere – beachten:* WALAHFR. carm. 17,2 suscipe . . . , pater optime, versus, . . . -e maestum animum. WALTHARIUS 147 modici famulatus causam -itis. **B** *subi. res i. q. pertinere – gehören:* CHART. Sangall. A 64 (a. 771/75) quidquid ad ipsam terram -it vel continet. DIPL. Conr. I. 1 una cum caeteris . . . oppidis illuc iuste -entibus. *al.*

adv. ***conspecte.** *evidenter, insigniter – auffallend, deutlich:* IOH. METT. Ioh. 1 sancti viri quanto latere desiderant, tanto -ius . . . produntur. CONST. imp. I 34 p. 72,41 si -ius agatur. CHART. Alsat. A 24 p. 29,1 (epist. spur. papae) quin latius et -ius quam in aliis appareret *macula*.

1. *conspico, -avi, -are. (con *et* spicare) *(ex)acuere – an-, zuspitzen:* VITA Bonif. II 2 p. 95,3 quem *(truncum)* rodendo de carceris lamina sua panda -verat.

[2. conspico *v.* conspiro *p. 1618,53*.**]**

conspicor, -atus sum, -ari. *sensu pass.: l. 36.*

1 *proprie:* **a** *spectare – schauen:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,1 l. 153 ille *(Rampertus)* . . . coepit oculis pavens in eum *(Uodalricum)* -ari. *accedente notione quaerendi:* WALTH. SPIR. Christoph. I 8 *mulier* reiectis in eum *(virum)* . . . vultibus, quisnam esset, -atur. CONSUET. Trev. 2 abbas . . . -ans, quis accepta velit dormitum ire licentia. **b** *aspicere, intueri – anschauen, betrachten:* EINH. (?) Marc. et Petr. II 55,1 quos *(martyres)* ut torvis coram stantes -atur vultibus *iudex*. **c** *videre, cernere, oculis percipere – sehen, erblicken:* IONAS BOB. Columb. 2,15 p. 266,1 -tam (-ta *var. l.*) eam *(matrem)* puella ovans gratulatur. ALDH. virg. I 32 p. 273,3 -atur Alexander . . . puerorum catervas . . . sacerdotalem Athanasio contulisse reverentiam. GONZO Geng. 18 acum unam in terra -ta iacere, 'cur', inquit *puella*, '. . . acus ista perditur, quae a me hic iacere conspicitur?' *in visione:* THIETM. chron. 2,16 *clericus* civitatem magnam et pulchra eius -atur aedificia. **2** *translate:* **a** *putare, censere – erachten, halten (für):* GODESC. SAXO theol. 19 p. 266,4 ne non intellegatur, quae nimis necessaria -or. **b** *suspicari – vermeinen:* AGIUS vita Hath. 13 omnes fere, quae ex sororibus suis iuvenili aetate florebant, se vidisse -ta est.

conspicuitas, -atis *f.* **1** *visibilitas – Anschaubarkeit:* DHUODA 1,1,31 in hac denegatione -is . . . meus marcescit animus *(spectat ad Vulg. exod. 33,20)*. **2** *perspicuitas – Klarheit, Glanz:* RUP. MEDIOL. Adalb. 15 in celesti -e posito. **3** *speciositas – Schönheit:* VITA Serv. 27 p. 96,16 *uxor ducis* processit ad basilicam proprie -is lascivum enitens iubar.

***conspiculatio** *v.* *conspeculatio.

conspicuus, -a, -um. *script.* cosp-: *p. 1617,2*.

1 *visibilis, oculis subiectus – sichtbar:* BEDA hist. eccl. 3,11 p. 148,22 columna lucis . . . omnibus pene . . . provinciae locis -a stabat. CARM. var. I 27,1,12 -um . . . manet visu et palpabile, quicquid . . . olim condiderat *Dominus*. FLOR. LUGD. carm. 5,174 circumdatus . . . nube nulli -us mortales exuit artus *Andreas. al.* **2** *spectabilis, speciosus – sehenswert, ansehnlich:* **a** *proprie i. q. pulcher (aspectu), decorus, magnificus – schön (anzusehen), prächtig, herrlich:* CARM. Walahfr. app. 5,3,3 cernite -um sacris aedibus altar. CARM. var. I 13,14 *Radelcarius* immobilis verbis, . . . -us forma. NOTKER. BALB. gest. 2,6 p. 56,22 stabat . . . Karolus iuxta fenestram . . . , gemmis et auro -us. OTTO FRISING. gest. 1,47 p. 65,23 vallem . . . amniculi . . . medio decursu -am attingimus. *al.* **b** *translate i. q. egregius, celeber – hervorragend, ausgezeichnet, berühmt:* VITA Rup. 2 erat . . . vir . . . strenuus in actu, -us in caritate. CARM. var. I 12,16 undique -o fulta vigore fuit *Caretruda*. WIPO gest. 1 p. 11,6 Ratisponensis ecclesiae episcopus erat Kebehardus, benevolentiae gratia -us. TRAD. Reichersb. 60 vir quidam -e nobilitatis

[Dinter]

... predium ... contradidit. ROM. SALERN. annal. p. 122,10 fuit ... Guthrannus ... in omni bonitate cosp-us. CHART. Solod. I 299 (epist. papae) cum personis nobilitate -is. *al. in titulo i. q. illustris – erlaucht:* CHART. Bonn. 22 (BonnJb. 136/7. 1932. p. 232,12; a. 911/18) pro remedio meae animae ... atque ... Kunradi Francorum -i regis. **3** *lucidus, clarus, splendidus – leuchtend, hell, strahlend:* **a** *in univ.:* PAUL. DIAC. carm. 18,14 crastina -o cum lux fulgebit Eoo. WALAHFR. hort. 31 cum ... prata ... -is vernarent ... virectis. FLOR. LUGD. carm. 10,4 hunc ... Michahel ... -o nobis consecrat ore diem. *in imag.:* FLOR. LUGD. carm. 27,77 -us Christi per saecula cultus fulsit. **b** *perspicuus, perlucidus – durchsichtig, durchscheinend:* MARB. RED. lap. 40 p. 1762A -us praxus gemmis solet annumerari (*cf.* ARNOLD. SAXO fin. 3 p. 74,23 prassius gemma est, color -us et viridis).

adv. ***conspicue.** **1** *in conspectu omnium – allen sichtbar:* CONSUET. Trev. 15 illi *(sc. leviori culpae subditi)* -e ante confessionem prosternuntur. **2** *magnifice – herrlich, großartig:* CARM. de Quint. prol. 40 plebs electorum tibi *(sc. Deo)* laudes preconiorum -e reboat, mirifice modulat.

conspinso *v.* compenso.

***conspiramen,** -inis *n.* *collusio – geheimes Einverständnis:* DIPL. Arnulfi 4 p. 11,17 (interp. s. XI.2) decimas ... iurgioso et iniusto antecessorum ... -e divisas (*item* 62 p. 92,16. 183 p. 280,3).

conspiratio (-cio), -onis *f.* **I** *de spiritu unanimo:* **A** *consilium, decretum commune – gemeinsamer Plan, Beschluß:* **1** *in bonam vel neutram partem:* LEG. Wisig. 12, 2,16 quicumque christianus ... ritus Iudaicos exercuisse reppertus est ..., -e et zelo catholicorum ... morte ... perimatur. CONC. Merov. p. 209,7 omnes una -e et connibente animo sentientes definivimus, ut *eqs.* BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 278,30 Saxones ... et Thoringi ... facta -e occurrere regi deliberabant. *al.* **2** *in malam partem i. q. coniuratio, seditio – Verschwörung, Aufruhr:* **a** *gener.:* EIGIL Sturm. 24 p. 160,4 si quo modo posset pravorum -em cohibere. CHRON. Thietm. 8,3 p. 497,6 maritum maligna -cione ... morti tradit *maxima pars matronarum*. CAES. HEIST. mirac. I 11,57 auctor tantae -is corruit et exspiravit. *al.* **b** *publ.:* THEGAN. Ludow. 22 investigavit infidelium nequissimas -es *imperator*. ADAM gest. 3,51 p. 195,10 omnes Sclavi facta -e generali ad paganismum ... relapsi sunt. CHRON. Reinh. a. 1211 p. 578,24 ad hanc -cionem ... prefatos principes ... littere apostolice animaverant. HEINR. LETT. chron. 10,3 de -e Ruthenorum cum Lyvonibus et Lettis contra Rigenses. *al.* BURCH. URSB. chron. p. 52,22 Mediolanenses ... -em inierunt cum aliis civitatibus Lombardie. CHART. Tirol. notar. I 523 p. 254,29 dicebatur ipsos homines fecisse raxam et ... -em, quod nollebant solvere coltam. *saepe*. **c** *eccl. de synodo (Wormatiensi):* BERNOLD. CONST. libell. II 3,7 quorum *(fidelium virorum)* alios corpore quidem, non animo, Wormatiensi -i ... interfuisse cognovimus *(sim. 3,12. al.)*. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 283,20. LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 255,7 caeteris, qui -is huius participes extiterant, diem statuit *papa*, qua *eqs. al.* **B** *societas (per iuramentum facta) – (auf Eid, Versprechen beruhendes) Bündnis:* **1** *in bonam vel neutram partem:* ACTA imp. Winkelm. I 7 p. 6,14 (a. 1205) ne ... civibus ... licitum sit ... contra aliquem ... ordinare -em, nisi *eqs.* CHART. Tirol. 1183 p. 226,36 si ipse dominus electus ... -cionem seu societatem ... sine eorum *(fratrum)* voluntate faciet. CHART. Argent. I 478 nos *(sc. cives Columbarienses)* cum civibus Argentinensibus ... -cionis ac amicicie firme fedus ineuntes. *al.* **2** *in malam partem i. q. consociatio (clandestina), confoederatio (iurata) – (Geheim-)Bund, (Schwur-)Genossenschaft (de re v. F. Staab, Unters. zur Gesellschaft am Mittelrhein in der Karolingerzeit. 1975. p. 372sqq.):* CAPIT. reg. Franc. 22,29 item in eodem concilio *(sc. Chalcedonensi)*, ut nec clerici nec monachi -es (*cf. Conc. II 1,2 p. 161,25 ed. Schwartz* φρατρίας) vel insidias contra pastorem suum faciant *(cf.* 44,10 de -bus ..., quicumque facere praesumpserit et sacramento ... -em firmaverint, ut triplici ratione iudicentur. *al.)*. NICOL. I. epist. 18,3 si cum his *(complicibus)* coniuncti seditiones, coniurationes vel -es fecerint *episcopi*. CONST. imp. II 159 si qua ... persona ... -es, facciones vel illicitas societates inivit. CHART. Raitenh. 270 p. 216,14 (epist. papae) alii *(monachi)* ... pro denegata ... obedientia seu -is offensa in excommunicationis laqueum inciderunt. *saepe.*

II *de spiramine i. q. afflatus – Anhauch:* GLOSS. I 63,4 St.-S. -o anaplast *(per pravam interpr.?)*.

***conspirativus,** -a, -um. *ad coniurationem pertinens – verschwörerisch:* FRID. COL. epist. (NArch. 7. 1882. p. 193,11; c. 1121) in quibus *(litteris)* ... ad cumulum inexcusabilitatis vestrae -a confederatione ... affirmastis *eqs.*

***conspirator,** -oris *m.* **1** *coniurator, concitator – Verschwörer, Aufwiegler:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* THIETM. chron. 6,98 hoc ... rex comperiens -es hos sibi precepit presentari. HUGO FLAV. chron. 2 p. 488, 38 quendam de suis contra me -es illi miserunt. CAES. HEIST. mirac. I 11,57 corpus ... -is in campo sepultum est. *al.* **β** *de sociis synodi Wormatiensis a. 1076 factae:* BERNOLD. CONST. libell. II 3,8 p. 50,20 hunc *(papam)* ... non confessum, non convictum ... predicti -es ... degradare volebant. MANEG. ad Gebeh. 24 p. 355,35 quem *(libellum)* novi nostri -es contra domnum papam conscripserunt. *al.* **b** *iur. et canon.:* RATHER. epist. 26 p. 143,22 si legeretur contemptores canonum acrius arguendos de conspirationibus ... et -bus (*spectat ad Ps. Isid. decret. ed. P. Hinschius. 1863. p. 138 et 165; cf.* DECRET. Burch. ind. p. 541A decimus liber continet ... de contentiosis et de -bus). RANGER. Anselm. 1747 -es damnat Fabyanus. CHART. civ. Spir. 90 p. 66,22 si ... aliquis de ... consiliariis ... in preiudicium ... civitatis Spirensis inventus fuerit -r. CHART. Eichsf. 401 p. 239,25 -es ... et iniquarum actionum ... fabricatores ... excommunicentur. CHART. Stir. IV 261 p. 158,43 quicumque inventus fuerit -r vel discordie seminator. *al.* **2** *complex, socius – Komplize, Mitverschworener:* THIETM. chron. 6,51 dux Heinricus ... cum caeteris -bus magnam regi ... molestiam inferens. PETR. DAM. epist. 40 p. 415,18 ut -es suos ad accelerandam mortem dominicam ... incitaret *Caiphas*. PASS. Thiem. II 7 p. 56,15 huius *(imperatoris)* ... -es eo usque venerabilem virum persequendo deducti sunt, ut *eqs. al. c. gen. obi. rei i. q. comparticeps – Mitbeteiligter:* VITA Landel. Laub. 172 unus comitum, -r feritatum, ... profudit corporis ignem. **3** *machinator, auctor – Anstifter, Rädelsführer:* ACTA imp. Winkelm. I 386 (a. 1246) <qui> *(regnicolae)* ... per ... spem frivolam -bus factionis adheserant.

conspiro, -avi, -atum, -are. *script.* -sper-: *l. 64. partic. praes. usu adi. vel subst.: p. 1467. 8. 42.*

I *de spiritu unanimo:* **A** *intrans. (refl.: l. 62) i. q. consentire – sich einig sein:* **1** *concordare, assensum praebere, convenire – übereinstimmen, zustimmen, übereinkommen:* **a** *de hominibus (de Deo: l. 64):* **α** *in univ.:* RUOTG. Brun. 12 -antibus itaque omnibus et idem ... sentientibus. DIPL. Conr. II. 192 p. 255,12 si ... aliis in idem -antibus votum prebuerimus assensum. CHART. Stir. I 172 p. 172,21 patre ... et matre in idipsum -antibus (conspicantibus *ed.*). CHRON. reg. a. 953 populus pari deliberacione in virum Domini Brunonem ... -at. HUGO HONAUG. hom. 4,2,2 contra nefandum hoc dogma -verunt *patres*. *al.* **β** *c. sensu oboediendi:* BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 279,34 qui *(rex)* ... auricullariorum suorum ... -ans susurriis. **γ** *c. sensu constituendi:* EIGIL Sturm. 24 p. 159,29 (cod. W) -verunt *Saxones*, ut ... virorum multitudinem ... ad ipsum monasterium mitterent. CAND. FULD. Eigil. II 10 capit. p. 96 datur licentia -andi super abbatis electione. *al. refl.:* VITA Mathild. II 7 ambobus hoc placuit consilium, et se -bant implendum. **δ** *c. sensu favendi:* FORM. Andec. 41 p. 18,11 -sperante Deo. **b** *de rebus i. q. consonare – in Einklang stehen:* VITA Ludow. Pii 25 p. 619,42 lege Romanorum in id -ante. CARM. Bur. 61,10,4 cuius *(virginis)* nutu me versante et ad votum -ante me fero beatum. **2** *coniurare, confoederari, se adunare – sich verschwören, verbünden, zusammentun (fere in malam partem, aliter: p. 1619,7):* **a** *strictius:* EINH. Karol. 20 in ambabus *coniurationibus* contra regem -tum est. MEGINH. FULD. Alex. praef. p. 436,21 quotiens victi iterum in bella -verint *Saxones* (*cf.* WIDUK. gest. 2,24 p. 87,2 ad in-

[Dinter]

centiva bellorum. 3,54 p. 134,14 ad pugnam). REGINO chron. a. 839 multi . . . exilio dampnantur, qui in deiectione imperatoris -verant. BERNOLD. CONST. libell. II 3,14 si qui clerici . . . reperti fuerint coniurantes aut -antes (*cf. Conc. II 1,2 p. 161,27 ed. Schwartz* φρατριάζοντες). PETR. CAS. (?) chron. 4,11 p. 475,15 tot simul gentes . . . absque hominis ullius imperio -visse. CAES. HEIST. mirac. I 3,29 p. 146,28 quid si duo contra suum praelatum -rent? *saepe*. *in imag.:* WALTHARIUS 1286 adversus solum -ant arma duorum. **b** *latius:* **α** *(iurando) promittere, vovere – (eidlich) versichern, geloben:* ANNAL. Quedl. a. 1015 p. 84,4 milites . . . procumbunt fortiter illi *(Domino)* obsequendo, ut -verant constanti animo. **β** in nomine -are *i. q. in nomen iurare – huldigen, Gefolgschaft leisten:* AETHICUS p. 193,16 ut in eius *(Arcadiae)* nomine omnis Grecia -et. **B** *trans.:* **1** *machinari, concitare – ins Werk setzen, anzetteln:* THIETM. chron. 4,49 duces et comites . . . multa contra eum *(imperatorem)* -are nituntur. PETR. DAM. epist. 105 p. 159,14 ne tibi -tae factionis scandalum generarent *monachi.* **2** *inspirare, concitare – entflammen, (hin)treiben:* CARM. Scot. II 1 probl. 1,9 ne nova lis socios . . . -ret in arma.

II *de spiramine:* **A** *intrans. i. q. spirare – atmen, hauchen:* **1** *strictius:* PASS. Karoli Boni 6 (MGScript. XII p. 621, 47; s. XIII.ex.) ipse *(Borchardus)* et complices sui . . . advertentes, quod -ret et loqueretur *castellanus vulneratus*. **2** *latius i. q. sonare – (er)tönen:* CARM. Cantabr. A 30,2 clare -ant cannule. **B** *trans. i. q. exsprirare, anhelare – aushauchen, -schnauben (in imag.):* CARM. cod. Vat. (5330) 11,10 *Sirius* auram -at iniquam.

adi. **conspiratus,** -a, -um. *confoederatus, coniuratus – verbündet, verschworen:* **1** *in bonam partem i. q. concors – einmütig:* PASS. Ursulae prol. p. 143,4 ut tam prolixius . . . conflueret martyrum in Deo numerus -us. 8 in divinae operae laudibus -um sui voti conscium . . . reddidit virgineum . . . chorum. **2** *in malam partem:* **a** *in univ. i. q. rebellis – aufrührerisch:* THIETM. chron. 3,17 Sclavorum -a manus Brandeburgiensem episcopatum . . . invasit. **b** *locut.* -a manu *i. q. communiter, uno consensu – gemeinschaftlich, im gemeinsamen Einverständnis:* RUP. MEDIOL. Adalb. 26/27 p. 66,30 fratres -a manu . . . patruum suum . . . solo prosternunt. HELM. chron. 25 p. 47,20 -a manu statuerunt *(sc. Slavi)* Crutonem in principatum.

conspisso, -avi, -atum, -are. *script*. -spess-: *l.47*. -is(o): *l. 48.51*.

1 *(con)densare, grossiorem facere – verdichten, verdicken:* **a** *de materia:* ANTIDOT. Bamb. 15 antidotum . . . sputum subtilem -spessa<t>. ANON. coit. 2,5,3 manne *uncias* II, zuccari *uncias* VI coque in acerrimo igne, usque dum -etur (-isetur *G*) ut mel. GESTA Ern. duc. I p. 26,23 aqua -ta non fluitat. *usu subst.:* ANON. coit. 2,4,4 ciminum et maiorana . . . luxurie sunt inimica, item omnia frigida et -ancia (-isancia *H*). **b** *de frequentia:* PS. GALEN. puls. cod. Vr 271 cum passio gravior fuerit facta, plus -atur et fit velox *pulsus*. **2** *coartare – verengen:* AESCULAPIUS 3 p. 5,23 ex crasso humore . . . foramina -antur a naturalium exclusione.

conspitio *v.* conspicio.

consponsus, -a, -um. *mutua fide obligatus – (feierlich) verpflichtet:* HUCBALD. carm. 2,121 conciliando -orum christicolarum corda ciet *Paulus*.

***conspumatio,** -onis *f.* *spuma – Geifer:* HILDEG. scivias 3,9 l. 937 -em (cum spumationem *B*) ardentis libidinis . . . ab eo *(dracone)* extorquet *Fortitudo*.

***conspumo,** -are. *spuma contegere – mit Geifer bedecken:* HILDEG. scivias 2,7 l. 223 quae *(vipera)* -at caelum.

conspuo, -ui, -utum, -ere. **1** *proprie i. q. sputo conspergere – anspeien:* VITA Virg. Salisb. II 2 p. 89b,13 *iuvenis daemoniacus* admotus . . . sepulchro ipsum sepulchrum -bat. ALBERT. M. euch. 3,1,6,6 p. 263a,38 constat, quod passibilis fuit *Christus* et passus, crucifixus, . . . -tus. *ibid. al.* *in imag.:* HUGO FLOR. tract. prol. (MG Lib. Lit. II p. 467,7) ab his, qui rerum ordinem . . . conantur evertere, non solum damnabitur *opus meum*, sed etiam -etur. **2** *translate i. q. detestari, despicere – verabscheuen, verachten:* LAMB. TUIT. Herib. 2 prol. p. 1246,1 etsi olim . . . a peritioribus -i debeat et annullari *labor*. HONOR. AUGUST. phys. 65,19 si . . . negavero *Deum hunc mundum fecisse*, totus mundus me -et. HERM. IUD. conv. 3 p. 77,7 magnum vos christiani Iudeis preiudicium facitis, qui eos . . . execrando et abhorrendo -itis. *ibid. al.*

consputo, -are. *sputo conspergere – anspeien:* GLOSS. III 414,65 St.-S. -at bespiet.

consscribo *sim. v.* consc-. **conssencio** *v.* 1. consentio.

conssul *v.* consul.

constabilio, -ivi, -itum, -ire. *script. et form.:* *perf.* -u(i): *l.33*. *imperf.* -iba(m): *l.25*.

1 *proprie i. q. (firmiter) statuere – hinstellen, errichten:* ISO Otm. 1,9 nec . . . eas *(tabulas)* -ire praevaluerunt *opifices*. MIRAC. Adalb. Wirz. 7 p. 52,2 est aliquid super rivulos aquarum habitacula hominum -iri. *in imag.:* CAPIT. reg. Franc. 126 p. 248,9 ut . . . in vero atque perpetuo fundamine permanendo -ta persistat *ecclesia Christi*. **2** *translate:* **a** *corroborare, munire – stärken, festigen:* PAUL. DIAC. Rom. 15,20 Theodericus . . . , ut sui regni vires -ret *eqs.* ADALB. MAGD. chron. a. 925 Heinrico rege coadunatum et -tum Lothariense regnum in sua potestate habente. METELL. Quir. 9,56 quę *(invidia)* thronum raptis opibus -ire tendit. *al.* *tenere, tutum praestare – halten, sichern:* HIST. Mosom. 2,4 p. 612,21 quod *(castellum)* tunc frater eius *(episcopi)* . . . -ibat. **b** *(con)firmare – bekräftigen, bestätigen:* **α** *in univ.:* TRAD. Frising. 1458a (a. 1047/53) lite cepta et finita confirmaverunt et -verunt (stabiliverunt *C*) pactionem. CHART. Mog. A I 471 cartam . . . conscribi . . . precepi et banno meo -vi. TRAD. Ratisb. 833 Askerich . . . hereditatem suam . . . tradidit et sub his testibus Norico more per aurem tractis -vit: *eqs.* CHART. Drubic. 15 p. 16,8 ipsorum *(mansorum)* possessionem ecclesie iure iudiciario -uit *comes. al.* **β** *c. sensu tradendi:* DIPL. Frid. I. 10 p. 19, 12 molendinum . . . regia . . . auctoritate in perpetuam proprietatem eidem ecclesie -vimus. **γ** *c. sensu affirmandi:* CHART. Osn. I 162 (a. 1070/88) noverint omnes . . . fideles Volchardum nobilem se ipsum offerendo . . . sancto Petro canonicum futurum -visse.

1. constabilis, -e. *firmus, fidelis – fest, beständig:* DIPL. Karoli M. 130 p. 180,27 in consensu eorum nos ire . . . oportet atquae -em permanere, qui *eqs.*

2. *constabilis *v.* *comestabulus.

constabilitio, -onis *f.* *corroboratio, affirmatio – Bekräftigung, Zusicherung:* FUND. Sangeorg. 17 confirmationem et -em . . . spoponderunt *(sc. fundatores)*. *Dinter*

***constablia** *v.* *comestabulia.

***constabularia** (connes-), -ae *f.* (*constabularius) *vicus sive vicini sub constabulario constituti – unter einem Konstabler stehendes Stadtviertel oder dessen Einwohnerschaft:* PAX Valenc. 58 si aliqui de qualibet conne-a . . . remaneant *eqs.*

VI *cogere – zwingen:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* RUOTG. Brun. 10 in quibus *(monasteriis)* degentes ... partim voluntate, partim vi ad regularem vitam -xit. *al.* CHART. Bund. 49 ego inutilis Victor ... non levitate aliqua, sed potius -tus necessitate, confugium feci *eqs.* (NOTKER. BALB. gest. 1,21 p. 28,6 *episcopus* ultima n. -tus [coactus *var. l.*]). BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 287,1 ut regem ad apostolicae sedis oboedientiam perfectius -rent. *al.* LAND. MEDIOL. hist. cont. 46 de concilio ... isto ... plura scribere digitum mee sexagenarie etatis non -o. *al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *subigere, dominari – untertan machen, beherrschen:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 298,17 quibus *(militantibus)* ... adversarios ... subdere et omnifariam sibi ad servitium -ere ... sufficeret *Roudolfus rex*. ADAM gest. 4,22 sua potentia ceteras aquilonis gentes -ere (confringere *var. l.*) videntur *populi Sueonum*. *expressius i. q. superare, devincere – niederwerfen, bezwingen:* ADAM gest. 2,5 quos *(populos Sclavorum)* pater eius uno grandi bello domuerat, ipse *(Otto)* tanta virtute deinceps -xit, ut *eqs.* (3,54). **b** *domare – bändigen:* **α** *de diabolo:* Ps. VEN. FORT. Remig. 17 (MG Auct. Ant. IV 2 p. 66; s. VIII.) hunc responsum hostis antiquus reddidit divini nominis obsecratione -tus. FRAGM. sacram. Arnon. add. p. 59,21 evola, procede -tus *(sc. immundus spititus)*. ALTFR. Liutg. 2,18 diabolus repente -tus et ... abstractus est. **β** *de feris i. q. mansuefacere – zähmen:* VITA Erasmi 82 virtutes ... fecisse probatur mulcendoque feris mentes -ere duris. **B** *medic.:* **1** *in univ.:* HILDEG. caus. 4 p. 186,29 balneum hominem aliquantum ad digestionem -it. **2** *de stranguria i. q. exprimere – erzwingen, (unter Harnzwang) herauspressen:* Ps. GALEN. urin. p. 26,8 urina in febribus -ta ... spasmum significat. **C** *publ., iur., canon.:* **1** *(potestate, legibus, vi, iure districtionis q. d.) adducere, adigere, compellere – (kraft Amtes, gesetzlich, zwangsweise, durch Ausübung der allgemein zwingenden Gewalt) dazu bringen, bestimmen, veranlassen (expressius i. q. [vi] dirigere – 'verbringen': p. 1642, 5):* **a** *in univ.:* LEX Ribv. 61,5 ille, qui causam prosequitur, in presente -atur, ut se ante iudicem representet. CAPIT. reg. Franc. 91,2 ut pontifices ... sacerdotes suos vel clericos -ant canonice vivendo ordine. TRAD. Frising. 636 p. 541,21 illi *(filii Kisonis)* convicti legibusque -ti reddiderunt supradictas res ... episcopo. LEX fam. Worm. 30 p. 643,37 weregeldum reddat et cum proximis occisi ... pacem faciat, et ad hoc -antur proximi, ut accipiant. CONST. imp. I 66 si ... papa Gregorius ultra montes ... ire voluerit, securus erit ex mei parte et eorum, quos -ere potero. DIPL. Heinr. IV. 476 p. 649,32 hic *(qui censum de capite suo persolvit)* si extra potestatem fugerit ..., advocatus ... illuc eat et ... rebellem ad curtim propriam -at. *al.* *usu subst. i. q. ius distringendi – Recht, zwingende Gewalt auszuüben (de re cf. p. 1635,71):* DIPL. Otton. I. 336 p. 451,43 confirmamus in integrum castellum de Sublacum cum glandatico et erbatico atque -to et placito *eqs.* *remissius i. q. praecipere, exposcere – vorschreiben, verlangen:* FORM. Turon. 22 voluntatem eius *(patris)* ... lex Romana -it adimplere (24 l. R. -it, ut *eqs.*). **b** *de servitio, censu, angaria sim.:* CAPIT. reg. Franc. 33,30 ut nullus eos sibi servitio -ere ... audeant *(sic)*. DIPL. Heinr. III. 12 ut ... nullus ... comes ... super prefate ecclesie proprietatem residentes quoquo modo distringere ... nec non ad pretorium comitis ad laborem -ere ... presumat. DIPL. Heinr. IV. 476 p. 649,29 quisquis huius modi iuris est, ut ad bubulcum iure possit -i. VITA Annon. I 1,25 ne quis abbatem ad aliquod curiale servitium aut non regulare officium -at. *al.* **c** *de emendatione, compositione:* CAPIT. reg. Franc. 260,7 *missus* illum *(latronem)* -at, ut illuc, velit nolit, reveniat et ibi malum emendet, ubi illud perpetravit. *al.* **d** *de quaestione:* CAPIT. reg. Franc. 112,15 ut diligentissima examinatione -antur *(sc. malefactores)*, si forte confiteantur malorum, quae gesserunt. **2** *arcessere, citare, compellare, in ius vocare – (gerichtlich) vorladen, belangen:* **a** *in univ.:* LEG. Wisig. 2,1,30a potestatis eius *(episcopi)* sit eundem comitem legis huius permissione -ere. *ibid. iterum.* CAPIT. reg. Franc. 143,1 si aliquis constituta mercata fugiens ... extra praedicta loca aliquid emere voluerit ..., -atur et debitum telonei persolvere cogatur. 261,8 de hominibus, qui in banno et in paenitentia missi sunt et peius semper faciunt, scilicet ut a missis capiantur et -antur. DIPL. Conr. II. 278 p. 385,4 ut advocatus ... potestatem habeat banno nostro -endi omnes ... ad omnem iustitiam faciendam. *al.* *refl. i. q. ad rationem reddendam compelli sinere – sich zur Rechenschaft ziehen lassen:* DIPL. Heinr. III. 382 iubemus, ut ... omnes communiter conveniatis et per eum *(episcopum)* ... vos -atis. **b** *iudicium facere, iudicare – Gericht halten, richten (interdum i. q. multare – [be]strafen, e. g. l. 52):* LEX Alam. 36,2 (rec. B) ut ille iudex eum distringat (-at *var. l.*) secundum legem. LEX Baiuv. 2,5 si talis homo potens hoc fecerit, quem ille comis destringere (-ere *Bb*) non potest *eqs.* CAPIT. reg. Franc. 141,27 qui *(vassi)* ... propter fruges colligendas et familiam -endam ... dimissi fuerunt. 148,1 domini ... pro eo, quod eos *(sc. servos superbos)* -ere noluerunt, ... bannum ... solvere cogantur. 267,1 quodsi quis transgressus fuerit, anathematis vindicta feriatur et comitis districtione -atur et banni regalis exactione dampnetur. *al.* DIPL. Heinr. III. 382 si quis ... ita rebellis extiterit, ut ... per eum *(episcopum)* -i recusaverit *eqs.* CHART. Argent. I 616,11 p. 468,2 *causidicus* habet ... potestatem cogendi et -endi iudicatos, quam vocant bannum. *de iudicio interdicto (de re v. E. E. Stengel, Die Immunität in Deutschland. 1910. p. 467 et passim):* CONC. Merov. p. 91,15 ut nullus saecularium personarum praetermisso pontifice seu praeposito ecclesiae quemquam clericorum pro sua potestate -ere, discutere audeat aut damnare. DIPL. Ludow. Germ. 64 p. 88,39 ut ... nullus iudex publicus neque ulla potestas eos *(homines praefati monasterii)* in quoquam -ere audeat (DIPL. Otton. I. 11. *al.*). DIPL. Otton. III. 48 p. 450, 31sqq. ut nullus dux ... aliquam habeat potestatem ... aut homines ... distringere ... praesumat, sed omnes ... tantum ad placitum advocati ... -antur et ... non in cuiuslibet ducis ... placito ... -antur (CHART. Bund. 148 p. 123, 35. *al.*). *saepe.*

adi. **constrictus,** -a, -um. **1** *gener.:* **a** *angustus – eng:* WALTHARIUS 1198 dum -i penetratur semita callis. **b** *strictus, artus – knapp, eng anliegend:* HILDEG. in reg. Bened. (PL 197,1062B) tunicam ... aliquantum cuculla -iorem. **2** *natur. et medic.:* **a** *brevis, rarus – kurz:* ALFAN. premn. phys. 28,1 p. 135 et copiosus et -us (*PG 40,709A* ἀθρόα) anhelitus in magnis afflictionibus factus animalem

[Konstanciak]

demonstrat operationem. **b** *pavidus, timidus – ängstlich, scheu:* ALBERT. M. mot. animal. 1,2,6 p. 279a,35 remanent illa animalia -a. **c** *condens(at)us, spissus – verfestigt, fest, dicht (usu subst.):* AESCULAPIUS 4 p. 8,4 ut ... -iora *(sc. in capite)* relaxentur, frigdor calefaciatur (*cf. Gariopont. pass. 1,9 p. 8v [ed. Basil. 1531]* constrictio relaxetur). ALBERT.M. cael. hier. 15 p. 249,17 nihil diffunditur nisi -um.

adv. **constricte.** **1** *diligenter, restricte – genau, streng:* COD. Karol. 7 p. 493,6 coniuro vos ... per tremendum iudicii diem, ubi omnes -e ad reddendum de nostris factis rationem adsistere habemus. **2** *compar. i. q. interius – enger, vertrauter:* GLOSS. II 252,55 St.-S. artius -ius einliho. *Konstanciak*

[2. constringo *v.* 1. contingo.]

***constris** *v.* *custrix.

1. constructio (-ccio), -onis *f.* *script.:* cost-: *l.70.*

I *proprie:* **A** *strictius i. q. aedificatio – Bau:* **1** *actio aedificandi, exstructio – Aufbau, Erbauung, Errichtung:* **a** *in univ.:* HEITO Wett. 15 ad loca pulcherrima naturali -e fundata. NOTKER. BALB. gest. 1,31 p. 42,7 ut ... cuncta, quę ad -em (constitutionem *var. l.*) illam pertinerent, ... impendere ... instaret *praepositus*. HROTSV. prim. 237 coepta secundo coenobii ... -o. THEOPH. sched. 2,1capit. de -e furni. 3,1capit. fabricae. PETR. CAS. (?) chron. 4,13 pro -e cimiterii. ANNAL. Egm. a. 1161 post -em et ornatum templi. CHART. Worm. 371 p. 237,24 strate. *saepe*. *sensu spirit.:* HILDEG. scivias 2,3 l. 2 de -e ecclesiae, quae semper gignit filios suos *eqs.* 2,6 l. 1880 ne ... impoliti inventi *(sc. diaconi)* de -e ecclesiasticae aedificationis ... eiciantur. *ibid. al.* **b** *c. sensu instituendi, condendi i. q. fundatio – Gründung, Stiftung:* BREV. NOTIT. p. A 2,21 breves noticie de -e ecclesie sive sedis episcopatus (*cf.* VITA Bonif. II 4capit. de -e episcopatus). DIPL. Arnulfi 3 p. 7,23 quod a b e x o r d i o -is ... monasteriorum ... constitutum est (DIPL. Ludow. Inf. 6 p. 103,24. *cf.* DIPL. Heinr. IV. 161 a principio -is. CHRON. Gladb. 5 [MGScript. IV p. 75b,40] in -is initio). VITA Pirmin. II 11 p. 41D hic ..., sicut in reliquis eius -bus, ... adstitit Christus. CHART. Babenb. 287 p. 123,29 devocio patris nostri, quam habuit circa -em monasterii. *saepe.* **2** *modus aedificationis, structura – Bauweise, -art:* HILDEG. scivias 3,6 l. 305 murus, plebs scilicet Iudaica ..., est ubique arcubus circumdata ... iuxta -em cancellorum *(in alleg.).* **3** *aedificium, aedes – Bauwerk, Gebäude:* LIBER diurn. 11 si in tuae parrochie memorata -o iure consistit, ... oratorium ... consecrabis. 22 spacia ..., in quibus eadem est fundata -o. *al.* BREV. NOTIT. p. A 3,5 -es antiquas atque dilapsas. DIPL. Karoli M. 214 p. 286,35 atria vel reliquas -es. HROTSV. prim. 150 omnis coenobii -o. DIPL. Heinr. II. 440 ad restaurationem -is ... ecclesię. *al. sensu spirit. (loci spectant ad Vulg. Eph. 2,21. I Petr. 2,5):* THIOFR. serm. 1 (PL 157,406B) sacrae ... fidei -o per miracula crevit. HILDEG. scivias 2,3 l. 127 plena -o viventium animarum, quae construitur in caelis vivis ex lapidibus. *al.* **B** *latius:* **1** *gener.:* **a** *fabricatio, confectio – Verfertigung, Herstellung, Gestaltung:* HRABAN. epist. 9 p. 395,10 tabernaculi -o atque vasorum eius simul cum cultu ... fieri iubentur. CHRON. Hild. 10 ipse *(episcopus)* ... aurum et gemmas ... in -em calicis et patinae collegit. **b** *opus, figmentum – (Kunst-)Gebilde:* BEDA hist. eccl. 2,10 p. 103,14 (epist. papae) dum ... meliores vos ... eorum *(sc. deorum gentilium simulacrorum)* -i (-e *var. l.*) ... existatis. WALAHFR. exord. 1 p. 475,38 ut, quicquid modo spiritalibus ecclesiae celebratur in studiis, totum in illis -um figuris *(sc. tabernaculi, templi sim.)* pleniter ... constructum videatur. *expressius i. q. instrumentum – Gerät, Instrument:* BERNO ton. prol. 5 p. 68a,27 tonorum ... positiones invenies ... in totius monochordi -e alternatim dispositas. **2** *natur. et philos.:* **a** *generatio – Entstehung, Bildung (de creatione mundi: p.1644,1):* CONSTANT. AFRIC. theor. 4,1 p. 15ar motus *(sc. mutatio essentialis)* -o vel d e s t r u c t i o vocatur (*ibid.:* augmentatio et diminutio et -o et d. *al.* ARTEPH. secret. p. 48,22 eum ... ignorare necessario cost-em metallorum, qui ignorat destructionem). HERM. CARINTH. essent. 1 p. 78,1 in omni ... rerum -e sustinens *(i. materia)* ... est necessarium. 2 p. 150,7 michi ... nulla ratione universitatis -o absoluta videatur, si *eqs. ibid. al.* **b** *constitutio corporis – Körperbau, -beschaffenheit:* BRUNUS LONG. chirurg. 1,19,5 p. 117G secundum dispositionem -um et dispositionem virtutis.

II *translate:* **A** *spectat ad res:* **1** *gener.:* **a** *conscriptio – Aufzeichnung:* LEG. Wisig. 2,1,1 p. 45,23 novellarum nostrarum sanctionum ordinata -o. **b** *scriptum – Schrift(werk):* EPIST. Hann. 80 p. 130,17 de nescio quibus -bus tuis mecum agis iniuriarum *(v. notam ed.).* ALBERT. M. eccl. hier. 3,13 p. 589a,28 'professarum -um' (*PG 3,432B* συντάξεων), id est scripturarum. **2** *gramm. et rhet. i. q. conexio, (co)ordinatio (partium orationis),* σύνταξις *– Zusammensetzung, Verbindung, Anordnung (der Redeteile), 'Konstruktion':* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 427,9 sicut in metro, sic et in melo praeposterata fit frequenter -o. p. 434,10 regularis. GUNZO epist. 4 p. 27,9. HONOR. III. registr. 20 p. 16,27 in alia *parte rescripti* dissueta -o videbatur. EBERH. ALEM. labor. 187 vocum. ALBERT. M. herm. 1,2,4 p. 388b,7 pars *(orationis)* dicit ordinabile in toto ad debitam totius -em. CONR. MUR. summ. p. 59, 15 longa verborum continuatio et -is suspensio. HUGO TRIMB. sols. epil. 223 incongrue -cciones. *saepe. v. et vol. I. p. 584,46. in titulo libri:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 434,1 lege '-em' P r i s c i a n i (CHRON. Lippold. p. 557,36. *al.*). **3** *log. i. q. astructio, assertio (propositionis) – Begründung, Aufrechterhaltung, Behauptung (einer These):* ALBERT. M. anal. pr. 1,5,6 p. 624b,23 facilis destructio et difficilis -o (*p. 43a,15* τοῦ κατασκευάζειν) est in universalibus privativis. top. 5,2,4capit. de interemptione et -e problematis. *ibid. al.* **B** *spectat ad homines eorumque animum sim.:* **1** *instructio, informatio – Unterrichtung, (Aus-)Bildung:* VITA Annon. I 1,1 p. 467a, 32 didicit ... fortitudinem, ... dum inedia sitique ... et vigiliis aestuat, quae cuncta in eo futurae -i necessario parabantur. **2** *dispositio (spiritualis) – (Gemüts-) Verfassung:* HILDEG. epist. 104R l. 3 -em populi, cum quo es, Deo placidam video et etiam in meliorem partem ... ascendentem.

[2. constructio *v.* constrictio.]

constructivus, -a, -um. **1** *proprie i. q. aedificationem efficiens – den Bau, die Errichtung bewirkend:* ALBERT. M. anim. 1,2,7 p. 38,76 'architectonica' *(sc. ars),* quae est -a domus. **2** *translate:* **a** *gramm. i. q. constructionem formans, efficiens – die Konstruktion bildend, konstituierend:* ALBERT. M. herm. 1,2,4 p. 388b,9 hoc ... debitum habet *pars orationis* ex hoc, quod est -a ad designandum de re et modo orantis. **b** *log. i. q. ad astruendum, asserendum aptus, pertinens – zum Begründen, Behaupten geeignet, gehörig:* ALBERT. M. top. 2,2,6 p. 325a,32 hic est tertius *locus* et -us et destructivus (7,1,3 p. 482b,26 -orum [*p. 153a,2* κατασκευαστικῶν] ... locorum ... nullus est ad diffinitiones construendas utilis). 5,2,1 p. 398b,23 considerationes. *ibid. al.*

adv. **constructive.** *per modum astructionis, assertionis – in begründendem, behauptendem Sinne:* ALBERT. M. top. 2,1,1 p. 292a,26 universalia communia sunt et ad concludenda universalia et ... particularia et -e (*cf. p. 109a,3* κατασκευαστικά) et d e s t r u c t i v e (8,1,1 p. 492a,8. elench. 1,5,8 p. 636b,5. *ibid. al.*). *expressius i. q. affirmative – in bejahendem, positivem Sinne:* ALBERT. M. phys. 2,3,6 p. 143,42 -e necessitas materiae 'non est causa finis', sed e converso *eqs.*

***constructo,** -are. *aedificare, exstruere – bauen, errichten:* VITA Landel. Laub. 393 -ans marmore templum (401 -as).

constructor, -oris *m.* **1** *proprie i. q. aedificator, exstructor – Erbauer:* **a** *in univ.:* CARM. Teg. 27,30 (DtArch. 18. 1962. p. 499; a. 1160/80) Noë -r archę. TRAD. Ratisb. 931 p. 463,16 Winther -r ... molendini (*cf.* CHART. Pomm. 585 p. 4,11 ut ... due partes redituum nobis et tertia pars -bus *molendinorum* tribuatur). ARNOLD. LUB. chron. 2,4 machinarum -em. *de fabris, operariis (in imag.):* ADAM gest. praef. p. 1,9 accepi ecclesiam vestram ... multis egere -um manibus. **b** *c. sensu instituendi i. q. conditor, fundator – Gründer, Stifter (fere de institutionibus ecclesiasticis; de urbibus: p. 1645, 7):* RHYTHM. 145,3,2 a fundamentis -r coenubii (*cf.* SIGEB. GEMBL. Theod. 19 p. 480,13 ab ipsis parietinis huius

[Müller-Glauser]

loci -r). AGOB. 7,15 l. 32 ea, quę a -bus *ecclesiarum* conlata sunt. DIPL. Conr. II. 206[a] p. 281,22 primi -is memoriam ... celebrare (DIPL. Conr. III. 115 p. 206,14. *al.*). DIPL. Heinr. III. 228 p. 304,37 monasterii fundator atque -r (DIPL. Frid. I. 209 p. 351,3 ęcclesię. *al.*). TRAD. Fuld. I 66 p. 145,18 Otto imperator, Magedeburgensis -r episcopii. VINC. PRAG. annal. prol. p. 658,31 quis earum *(urbium)* -r seu destructor extiterit, incertum est. *saepe.* **2** *translate:* **a** *auctor, instigator – Urheber, Anstifter:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 883 p. 109,30 male factionis. **b** *artis grammaticae peritus – Grammatikkundiger:* RATHER. epist. 11 p. 65,33 quae *(obscure posita)* ... dilucidare actutum valebit *invidia*, si -em industrium ac studiosum habebit. **c** *conscriptor – Verfasser:* ROLAND. PATAV. chron. 12,18 si quem ... cura ... commoverit presentis operis nosse non artificem, set simplicem -em.

***constructrix,** -icis *f. conditrix, fundatrix – Gründerin, Stifterin:* ANNAL. Quedl. a. 999 p. 75,47 quarum *(vernularum s. Pusinnae famulantium)* licet primaeva nequaquam -x fuerit *Mechthild*. DIPL. Heinr. II. 510 p. 654,2 (spur.) post discessum prenobilium constructorum et -um ... monasterii Drubiki (DIPL. Heinr. III. 390 [spur.]. ANNAL. Magd. a. 968 p. 148,51).

constructura, -ae *f. structura, aedificatio – Bauwerk, Anlage:* MIRAC. Hucberti 1,2 p. 819[E] aedificii -am (instructuram *var. l.*) inspiciendo valde admiror. GREG. CAT. chron. app. II p. 317,29 (chart.) casam totam ... cum -is et edificiis suis.

1. constructus *v.* construo.

[2. constructus *v.* constringo.**]**

construo, -struxi, -structum, -ere. *script.:* cun-: *p.1646, 18. adde* AGNELL. lib. pont. 31 p. 297,3. *ibid. al.* cost-: *p. 1648,22. adde* DIPL. Frid. I. 17 p. 30,25. -nes-: *p.1646,12.* -uh(o): *p. 1648,9.* -cs(i): ALDH. carm. eccl. 3,39 *(var. l.).* -cx(i): *p.1647,6. al.* -ut(us): ALDH. virg. I 60 p. 321,9 *(var. l.). form.: perf.* -u(i): *l.58.p.1646,4. adde* RUOTG. Brun. 49 p. 53,12. *al. depon.: l.55. adde* TRAD. Frising. 143[a] p. 148,14. *act. sensu pass.: l.53.*

I *proprie:* **A** *strictius:* **1** *congerere, coacervare – aufhäufen, aufschichten:* ALDH. virg. I 29 p. 266,18 pyram strue stipitum in edito -tam. HROTSV. Dulc. 11,3 instemus -endis rogis (Pafn. 4,2). VITA Anton. Senon. 105 (MGScript. XXV p. 347) fert lapis haut lapidem, quem non -erit idem. *v. et vol. I. p. 113,5.* **2** *erigere – aufrichten:* CARM. Cantabr. A 30,5 carpe callem commodam, convalle -e *(in imag.; spectat ad Vulg. Is. 40,4).* **3** *de aedificiis fabricandis et usu inde derivato:* **a** *aedificare, exstruere – (er)bauen, errichten, anlegen:* **α** *in univ. (spectat ad vineas sim.: l.52; ad opera animalium: l.59.60):* CONC. Merov. p. 126,3 scola laborem communi -atur. DIPL. Merov. I 15 p. 17,8 illustris vir Dado ... eiusque germani ... monasterium ... in honore sancti Petri et Pauli ... -erunt. LEG. Wisig. 10,1,6[tit.] si vineam aut domum quis ... -erit. RHYTHM. 82,18,3 Nathan ... predixit templo ab ipso *(David)* -ere. LEX Baiuv. 10,3 quae *(aedificia minora)* per se -ta (contruncata *var. l.*) sunt. ARBEO Emm. 35 p. 78,2 qui *(caementarii)* sua arte ... sepulchrum ... -rentur (-rent *var. l.*). EINH. Karol. 31 p. 35,22 quam *(basilicam)* ... proprio sumptu ... -xit. CHART. archiep. Magd. 420 p. 553,21 quod *(molendinum)* largis sumptibus ... -ueramus. ALBERT. M. animal. 7,50 in quo *(loco)* casam -unt *castores*. 8,52 nidos. 8,145 favos (8,149. *cf. l.63*). *persaepe. in imag., per compar., sensu spirit.:* HRABAN. carm. 16,87 -xit moenia templi, ecclesiam Christus. ENGELM. carm. 3,117 (MGPoet. III p. 65) librorum ... favos. RADBOD. (?) Bonif. 4 p. 64,30 pro lapidibus et cemento fidem cum spe statuit -endam. ALBERT. M. nat. bon. 169 p. 70,69 ex ipsis *(castitatis repagulis)* domum ... -xit verbo ... Patris *Maria. al. v. et p. 1455,29.* **β** *c. sensu instituendi, condendi (interdum expressius i. q. fundare – gründen):* DIPL. Merov. 26 (ArchDipl. 14. 1968. p. 140,1) monasterium, quod ... -isse visa sum et ordinasse ... vel dotasse (DIPL. Conr. III. 200 p. 362,33. *al.*). BREV. NOTIT. p. A 2,31 episcopii sedem (VITA Rimb. 1 p. 81,34 ut ... archiepiscopalis -retur [constitueretur *var. l.*] sedes. *saepe*). DIPL. Loth. I. 13 p. 79,43 quatenus ... quoddam liceret -ere mercatum (104 p. 245,17. DIPL. Otton. III. 311 p. 738,8. *al.*). HERM. AUGIENS. chron. a. 874 Ratolfus ... obiit, qui sui nominis cellam ... -uit. DECRET. Bern. 1 Berctoldus dux ... burgum de Berno -xit cum omni libertate *eqs.* 54 iura et libertates ..., per que et in quibus Chůnradus dux ... Friburgum ... -xit et libertate donavit. *saepe. partic. usu subst.:* CONC. Karol. B I 32 app. 2,23 definitum est, ut ... per sollicitudinem episcopi intentio -entium conservetur. **γ** *c. sensu collocandi, ponendi (partic. perf. fere i. q. situs – gelegen):* DIPL. Merov. I 72 p. 64,19 in ... monestirio, quod est ... in ipso loco Fossatus cone-tum (TRAD. Scheftl. 23. TRAD. Brixin. 4. *saepe*). TRAD. Weiss. 47 ad ipsam ecclesiam ... seu et reliquorum pignora, qui ibidem -ta (*cf.* 8 constituta) sunt. DIPL. Karoli III. 60 quo *(in monte)* reliquiae et ecclesia ... -ta esse dinoscitur. **b** *exornare – ausschmücken:* AGNELL. lib. pont. 72 p. 327,24 *effigies* per in giro mirifice opere vitreo cun-ta est. **c** *(aedificando) perficere, effingere – (baulich) ausführen, zum Ausdruck bringen:* WALAHFR. exord. 1 p. 475,38 ut, quicquid modo spiritalibus ecclesiae celebratur in studiis, totum in ... constructionum figuris pleniter et ... consignanter delineatum atque -tum (perstructum *1. 2*) videatur. **d** *coaedificare, (aedificiis) ornare – bebauen, (mit Bauten) ausstatten:* CARM. de Nyn. 72 plurima basilicis -xit rura novellis *Nynia episcopus.* CHART. Samb. 52[a] p. 17,16 due partes sunt fratrum, suburbium videlicet et area -enda. **e** *in aedificatione adhibere, uti – verbauen, zum Bauen verwenden:* MAPPAE CLAVIC. 254 marina arena ... non continue, sed intermissis temporibus -enda est *(ex Pallad. 1,10,2). fort. huc spectat:* LEX Baiuv. 10,14 asseres laterculi axes vel quicquid in aedificio -itur. **f** *in aedificatione (con)iungere – im Bau vereinigen, verbinden:* EKKEH. IV. bened. I 28,29 Cornelios licet immundos, Petre, -e mundis *(in imag.; cf. Vulg. act. 10,1sqq.).*

B *latius:* **1** *fabrefacere, fabricare, creare – verfertigen, herstellen, schaffen:* **a** *gener.:* VITA Leod. 2,497 (MGPoet. III p. 37) ara ... fulvo -ta metallo. Ps. ODO CLUN. organistr.[tit.] quomodo organistrum -atur. HONOR. AUGUST. spec. p. 892[B] apis ... nectar ad ... potum et ceram ad lumen -it. CATAL. Weing. (MGScript. XV p. 1313,19) cortinam de serico. *al.* **b** *techn.:* AMALAR. off. 4,3,6 cementum ... -itur calce et sabulo atque aqua. **c** *alch.:* GEBER. invent. 13 p. 724,27 destruere, -ere, corpora emundare. **d** *natur.:* CONSTANT. AFRIC. theor. 4,1 p. 15a[r] differt ... augmentandi et -endi motus. ALBERT. M. anal. pr. 1,9,3 p. 688[b],19 quamvis ... in natura simile -at et non destruat simile. **e** *philos. et theol. de creatione mundi:* GODESC. SAXO carm. 10,1,17 creator aeterne ..., qui ... tam magnam -isti machinam. PETR. DAM. epist. 89 p. 542,20 verbum, per quod -tum est caelum et terra. HERM. CARINTH. essent. 1 p. 116,26 extremam omnia continentem speram. **2** *instruere, parare – bereitmachen, -stellen, rüsten:* **a** *de rebus:* **α** *in univ.:* ADALB. MAGD. chron. a. 961 p. 171,18 rex ... abbatem ad -enda sibi habitacula Romam premisit. **β** *de lectis i. q. (con)sternere – herrichten:* BAUDON. Radeg. 8 (MGMer. II p. 383,6) lectulum ... poenalem sibi -xit *Radegundis*. VITA Liutg. I 32 lectisternium ... ad ... focum -batur. CONSUET. Trev. 118 p. 356,13 lecta. 119 p. 359,5. **γ** *de igne i. q. accendere – anfachen:* VITA Liutg. I 32 ut ... se ... incurvaverit ad -endum focum *clericus* (UFFING. Ida 1,10). CHRON. Mont. Ser. a. 1199 p. 167,25 ignem. **b** *de coetibus hominum (apium: l.65) i. q. coadunare, congregare, colligere – (ver)sammeln, aufstellen:* **α** *gener.:* THEOD. TREV. transl. Celsi 18 processionem festivam ... -xit *archipraesul*. ALBERT. M. animal. 8,180 quarum *(apium)* communicatione quadam -itur et continetur examen. **β** *milit.:* VINC. PRAG. annal. a. 1158 p. 672,17 exercitus de Bavarorum militia ... -tus (FUND. Consecr. Petri p. 162,3). *expressius i. q. dirigere – in Schlachtordnung bringen, formieren:* ANNAL. Mett. a. 690 p. 9,9 Theodericus ... exercitum congregat, aciem contra Pippinum -it. *al.* WIDUK. gest. 3,44 p. 125,3 sextam et septimam *legionem* -erunt Suavi. **3** *(ex)colere, laborare, operari –*

[Müller-Glauser]

kultivieren, bestellen, bewirtschaften: **a** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 33,6 ut beneficium ... imperatoris desertare nemo audeat, propriam suam exinde -ere. 49,4. DIPL. Loth. I. 10 p. 73,33 quattinus res, quas genitor ... ab heremo ... trahens ... -xit, ... proprietario iure concederemus. THIETM. chron. 2,36 in ... saltu, quod ipse *(Boso)* -cxit ac suo nomine vocavit. DIPL. Conr. II. 47 omnem decimationem ... in omnibus locis -tis et -endis ... donamus. *al.* **b** *de vineis, hortis i. q. conserere, complantare – (an)pflanzen:* CHART. Stab. 20 (a. 755) vinea -ta in castro Rigomo (CHART. Rhen. med. I 193. *cf.* III 334 partem terre ad ortum herbarum -endum ... demonstrabo). *cf. p.1645,52.*

II *translate:* **A** *praevalente notione componendi:* **1** *(ordine) conferre, disponere – zusammenstellen, zusammen-, anordnen:* **a** *gener.:* WALAHFR. Wett. 286 sancti Gregorii ... dialogus, quo multa bonis documenta ministris -xit. **b** *philos.:* ALBERT. M. intellect. 2,3 p. 508a,46 sua *(sc. animae)* ars est certa ratione ... omnia -ere faciens in intellectu possibili. **c** *gramm. i. q. (secundum regulas artis grammaticae) conectere, coniungere, (co)ordinare – (nach den Regeln der Grammatik) zusammensetzen, verbinden, 'konstruieren':* MUS. ENCHIR. app. D 7 p. 224 veluti orationis bene -tae effectivae fiunt litterae, ita *eqs.* RATHER. epist. 11 p. 66,1 constat eum -endi fore prorsus ignarum, ... qui *eqs.* OTTO FRISING. chron. praef. p. 4,18 certa lege dictionem dictioni ... -ere iubens *grammatica*. ALBERT. M. phys. 5,1,6 p. 412,42 si -itur in habitudine subiecti, sensus est, quod *eqs.* herm. 1,2,4 p. 388a,14 in grammaticis ... quia de omni oratione -ta ex dictionibus congrue agitur. summ. theol. I 12,50,1 p. 380,24 quaeritur, in qua habitudine ablativi 'spiritu sancto' ... -untur cum hoc verbo 'diligit'. *al.* **2** *(componendo) efficere, (con)fingere, formare – (durch Zusammensetzung) hervorbringen, bilden, gestalten:* **a** *gener.:* FUND. Brunw. 6 p. 128,39 qui *(Otto III.)* ... adeo peritus effulsit in -endo (constituendo *var. l.*) sive dissolvendo flexuoso alearum scemate, ut *eqs. in malam partem i. q. concinnare, conflare – listig bewerkstelligen:* BRUNO MAGD. bell. 92 p. 86,20 miserunt ... iuvenes, ut ... aliquam qualibet arte materiam belli -rent. **b** *mus.:* HERM. AUGIENS. mus. p. 37,3 ypolidius -itur a C in c (*cf.* p. 37,33 frigius. p. 42,26 deuterus). p. 53,1 quae *(diapente species)* ... finalium et superiorum collatione -untur. GUIDO ARET. microl. 7,10 nota has vocum affinitates per diatessaron et diapente -tas: *eqs.* **c** *log. de constitutione ratiocinationis:* ALBERT. M. anal. pr. 1,6,6 p. 645b,23 figuras ... non contingit per aliam viam seu artem -i (*p. 45b,40* συσταθῆναι) seu constitui nisi per sequentia et antecedentia. top. 7,2,3 p. 487a,24 syllogismum.

B *praevalente notione instruendi:* **1** *de rebus:* **a** *administrare, gubernare – verwalten, lenken, leiten:* ACTA reg. Burgund. 9 p. 107,18 (a. 903) quem *(locum)* ipse abbas et sui confratres tenent vel -unt regulariter. RUOTG. Brun. 48 p. 51,9 quod *(monasterium)* ... consilio et providentia sua -it et ordinare non cessat. **b** *praeparare, machinari, moliri – vorbereiten, betreiben, 'organisieren':* REGINO chron. a. 890 p. 135,25 b e l l u m ... communibus viribus -unt *duces Brittonum* (FUND. Consecr. Petri p. 163,16). VITA Pirmin. II 13 p. 43C alii ... Fresonum ... pessima -unt (struunt *var. l.*) molimina *eqs.* LAND. MEDIOL. hist. I 2,20 p. 58,10 multis cum ducibus et episcopis ... colloquium decenter -xit *archiepiscopus*. *c. inf.:* VITA Landel. Laub. 106 fama ... dicit, quid fingere ... -ret presul. **c** *log. i. q. astruere, comprobare, asserere – begründen, verfechten, behaupten* (*opp. fere* destruere): ALBERT. M. anal. pr. 1,5,6 p. 624b,41 -ere (*cf. p. 43a,9* κατασκευάζοντι) particulare ... est facilius quam destruere. 1,6,4 p. 638b,30 -ere ... aliquod p r o b l e m a affirmativum (top. 2,2,6 p. 324a,30. *al.*). top. 1,2,2 p. 254a,16 circa diffinitiones et -endo et destruendo plurima fit attentio laboris *(item absol.:* 8,1,2 p. 493a,36. *al.).* 2,1,5 p. 302b,36sq. -itur ... veritas causa una -ta veritatis eiusdem *(propositionis). ibid. saepe.* **2** *de hominibus i. q. imbuere, informare, implere – ausstatten, versehen mit:* **a** *in univ.:* FORM. Turon. 9 vindedi servo ... sano corpore moribusque bonis -to. HELM. chron. 101 p. 200,8 ut universis videretur -tus virtutibus *comes*. **b** *(spiritualiter) confortare – (im Geiste) stärken:* VITA Liutb. 22 benedictionibus ac doctrina, paterno scilicet more -tam *Liutbirgam* ... discessit *episcopus*. **c** *initiare – einführen, einweihen:* FLOR. LUGD. carm. 29,17 aspice -tam tanta in mysteria plebem. **C** *praevalente notione constituendi:* **1** *de rebus:* **a** *de decretis i. q. statuere, sancire – festsetzen, an-, verordnen:* LEX Sal. Merov. epil. p. 410,3 quid amplius dibiat -struhere, ab LXXXIIII titolus usque ad LX<L>III statuit permanere *Chlotharius*. p. 410,5 convinit, ut <i>sta omnia sicut anteriore -ta starent. **b** *de chartis i. q. conficere – ausfertigen, ausstellen:* CHART. Sangall. A 953 (a. 1260) presens scriptum desuper -tum. *v. et p. 1627,30. adde:* DONIZO Mathild. 2,1188 investituram super aram -it unam *imperator*. **2** *de hominibus i. q. designare, destinare – einsetzen, bestimmen (zu):* DIPL. Otton. I. 1 p. 90,23 sanctimoniales feminae, quae ... a regibus ... ad Dei servitium -tae videntur. 407 p. 554,26 quatinus nullus ... presumat ... aliquod officium *(i. officialem?)* -ere nisi eius *(possessoris)* licentia (*inde* DIPL. Otton. II. 154 p. 174,28). *remissius:* FORM. Bitur. app. 12 omnibus sacerdotibus et omni gradu ecclaesiae cost-ti ... nos ... salutem ... mittere presumpsimus.

adi. **constructus,** -a, -um. *stabilis, solidus – fest, gediegen:* CHART. Hans. 9 p. 7,2 (a. 1127) quia ... huic negocio *(sc. mercatis habendis)* domus firmiores et -iores, sed etiam locus aptior ... videbatur.

construx *v.* costrus.

constudeo, -ere. *simul studere, niti – sich zugleich bemühen, bestreben:* HARIULF. chron. 1,19 p. 31,16 principes ... sancti viri benedictionibus certatim perfrui -bant (contendebant *var. l.*).

constuprator, -oris *m. fornicator, corruptor – Schänder, Wüstling:* RADBERT. Arsen. 2,8 p. 69,15 non illius virtute -is *(sc. Bernhardi comitis)*, sed dolo et fraude pessimę deceptionis. GERHOH. ad Innoc. p. 218,42 de vagis vagarum feminarum -bus. *in alleg.:* GERHOH. aedif. 37 p. 1285B si unicam filiam, commissam videlicet ecclesiam, ... in suum ius recipiat *episcopus*, receptam nunquam illis -bus et incircumcisis reddat *(de clericis irregularibus).*

constupro, -avi, -atum, -are. *script.:* -strup(o): *l. 53.* -struprr(o): *l.61.*

fornicari (cum), corrumpere, vitiare, violare – Unzucht treiben (mit), entehren, schänden: **1** *proprie:* **a** *gener.:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 476,20 *Gyges* perrexit in palatium, -vit reginam, peremit regem, obtinuit regnum. NOTKER. BALB. gest. 1,22 p. 30,8 ad lectum suum vocatam *feminam* lugubriter -vit (stupravit *var. l.*) *episcopus*. HERM. AUGIENS. vit. 1277 dives unam vel duas aut concubinas plurimas -at. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 313,27 mulieres ... ad usque mortem -ando nonnullas oppresserant. MANEG. ad Gebeh. 29 p. 363,14 proprias illum *(Heinricum regem)* duas sorores -asse (-strupa- *var. l.*) ... vera relatione cognovi. EPIST. var. (PL 194,1488A) Susannam sanctam. *al.* **b** *iur. et canon.:* LEX Frision. 9,4 si *ancilla* ... ab alio prius fuerit -ta, solidos III *componat*. HRABAN. paen. ad Herib. 20 (PL 110, 487A) filiolam suam (*inde* REGINO syn. caus. 2,199. DECRET. Burch. 17,26). CAPIT. reg. Franc. 252,40 p. 236,25 de eo, quod quidam u x o r e m alterius vivente eo -vit (252,46 p. 239,30). *adde:* ADAM gest. 4,6 p. 234,1 *Danorum* mulieres, si -tae (-strupra-, stupratae *var. l.*) fuerint, statim venduntur. **2** *in imag. et alleg.:* IULIAN. TOLET. Wamb. 28 -ta tantis sordibus terra. RADBERT. Arsen. 2,15 p. 83,6 dignitatem regiam et ecclesiarum afflictam et deiectam vel -tam. HERM. AUGIENS. vit. 1462 mentem Satan qui flebilem -at u s q u e a d v e r t i c e m *([cf. Vulg. Ier. 2,16]*. HUMB. Sim. 2,32 p. 181,20). HONOR. AUGUST. offend. 9 illa ... aecclesia pro meretrice reputatur, quae ab hereticis consecrata, immo -ta (stuprata *var. l.*), nulli nisi pro pecunia datur. *al.*

consuaesco *sim. v.* consue-.

***consubdelegatus,** -i *m. collega subdelegati – Mitsubdelegat (de re cf. LThK. ²III. 1959. p. 206sq. s. v. Delega-*

[Müller-Glauser]

tion): CHART. Beron. 174 (a. 1280) sigillo magistri R., mei -i predicti, utor in hac parte.

[consubito *v.* subito.] **consubrina, -us** *v.* consob-.

*?****consubscriptio,** -onis *f.* *subscriptio (adiecta, addita) – (zusätzliche) Unterschrift:* THEGAN. Ludow. 19 p. 594,45 praecepta constituit et anuli sui inpressione cum -e (conscriptione, subscriptione *var. l.*) manu propria roboravit.

***consubstantia,** -ae *f.* *substantia simul exsistens – zugleich existierende Wesenheit:* ANSELM. HAV. dial. 2,3 p. 1169B tres personae *(sc. trinitatis)* recte dicuntur consubstantiales nec tamen recte dicuntur tres -ae.

consubstantialis (-ci-), -e. *script.* -supst-: *l.19.*

I ὁμοούσιος, *unius substantiae exsistens, coessentialis – wesenseins, wesensgleich* (*cf.* PONTIF. Rom.-Germ. 111,1 -e, hoc est unius substantiae): **A** *theol.:* **1** *strictius de Deo (cf. LThK. ²V. 1960. p. 467):* **a** *spectat ad trinitatem eiusque personas:* LIBER diurn. 84 p. 99,12 qui *(filius Dei)* cum sit -is patri atque c o a e t e r n u s (LIUTPR. antap. 2,46 Iesus Christus, c. et -is [-sup- *var. l.*] patri sanctoque spiritui. ALBERT. M. Matth. 4,4 p. 88,68. *al. v. et p. 747,28*). GERB. epist. 180 totam ... in trinitate deitatem coessentialem et -em et coeternalem et coomnipotentem praedico (*[ex Stat. eccl. ant. p. 164,9]. cf.* ORD. coron. imp. 14,14 p. 39,10). ARNO REICHERSB. apol. p. 22,32sqq. naturali et -i sibi amore altissimus usus est, sancto videlicet spiritu, ut sibi naturalis quoque et -is filius Deus homo ... nasceretur. *saepe. v. et p. 1105,15. 1581,38. adde:* VITA Liutg. II 2,38 cui *(Christo)* est cum patre et sancto spiritu gloria coaequalis, essentia -is. **b** *spectat ad duas naturas Christi:* LIBER diurn. 85 p. 107,8sq. predicamus ... Dei verbum ... -em patri secundum deitatem et -em eundem nobis secundum humanitatem *(ex Conc. II 2,2 p. 8,24 ed. Schwartz).* ARNO REICHERSB. apol. p. 44,32 secundus homo *(i. Christus)* ... ex uno patri et spiritui sancto, ex alio vero matri nobisque -is existens. *al.* **2** *latius:* **a** *de angelis:* ARNO REICHERSB. apol. p. 179,36 angeli ... cum inter se omnes -es sint, non tamen omnes sunt Seraphim aut Cherubin. **b** *de hominibus:* ARNO REICHERSB. apol. p. 42,15 factus est homo in altero angelis, in altero bestiis -is (p. 44,29). **B** *natur. et philos.:* **1** *def.:* HUGO HONAUG. hom. 4,1,4 plenam ... et in nullo dissidentem substantiae communionem significat -e *eqs.* 4,2,3 in humanarum elocutionum usu et consuetudine -e non est nisi plurium illorumque secundum substantiae similitudinem notat consortium. *ibid. al.* **2** *exempla:* GERHOH. glor. 8,5 p. 1100B quomodo in naturalibus quilibet patri suo -is est. 11,3 p. 1110B naturale est omnibus gignentibus gignere sui generis prolem sibi connaturalem et -em. ARNO REICHERSB. apol. p. 179,29 omnes homines sibi inter se -es cum sint. HUGO HONAUG. hom. 4,1,2 dicitur tantum corpus corpori, animal animali, lapis lapidi -is. *al. adde:* ALBERT. M. eth. II 1,6,16 p. 103b,26 maxime ... in operatione, quae felicitas est, -is et concepta est delectatio et non adiuncta, quia ipsa ... est per se ... delectabilis. *cf. p. 1650,29.*

II *simul, pariter substantialis – (zu)gleich substantiell, gleichermaßen zur Substanz gehörend:* HUGO HONAUG. div. 24,2 quod consortium *(sc. essentiae et potentiae Dei)* in substantialitatis ratione notat illud 'con', cum dicit '-e' *(cf. Aug. in euang. Ioh. 20,4).* 24,3 homini -e est spiritualitas et corporalitas. *ibid.:* cum dicitur de eis *(sc. de essentia et potestate),* quod sint Deo -ia, comparatio tantum est in nominum diversitate. 31,2 quodlibet istorum *(sc. sapientia, bonitas, divinitas)* est esse, quia -ia Deo.

adv. **consubstantialiter.** *per unitatem substantiae – in der Einheit der Substanz:* ELIS. SCHON. vis. 2,18 p. 48,17 vidisti in visione tua ... tres personas in una essentia -r et compotentialiter.

consubstantialitas, -atis *f.* **1** ὁμοουσιότης, *unitas, identitas substantiae – Wesenseinheit, -gleichheit:* **a** *theol.:* **α** *spectat ad trinitatem:* WALAHFR. exord. 27 p. 511,16 quia heretici quidam ... ea *(trina mersione)* usi sint ad -em sanctae trinitatis negandam. RUP. TUIT. trin. 38,18 l. 831 dicebat *Arius* in fide -is non esse consentiendum *(cf. Cassiod. hist. 2,9,3).* GERHOH. Sim. p. 247,39 patrum sententiam ... de patris et filii -e in uno spiritu prolatam. psalm. 35,13 p. 468,7 inter Deum genitorem et Deum genitum ac de utroque Deum procedentem -s notatur. HUGO HONAUG. hom. 2,77,1 unitas ... divinae substantiae ... est ... essentiae plenitudine perfecta, ... -is veritate non cohaerens, sed existens. *al.* ALBERT. M. miss. 2,9,2 p. 62a,2 oportet, quod inter generantem *(Deum)* et genitum -s esse credatur. *al.* **β** *spectat ad cognationem substantiae angelorum et Dei:* ALBERT. M. Matth. 18,10 p. 479,41 'semper vident' *angeli* ... 'faciem ... patris ... mei' per -em, quia substantiam vident. **b** *natur. et philos.:* GERHOH. glor. 11,3 p. 1110C quod ... de asino et equa nascitur mulus ..., abusio est naturae, servata tamen hic generis -e, non naturae identitate. HUGO HONAUG. div. 24,6 in naturalibus sicut -s est diversorum subsistentium, ita est secundum diversas causas. hom. 4,1,2 ad instar ... similitudinis et aequalitatis -s semper est diversorum subsistentium secundum diversas numero subsistentias. ALBERT. M. sent. 1,3,22 p. 123a, 23 quoad ... -em et aequalitatem verius est imago in anima, quando meminit ... se, quam quando meminit ... Deum, qui non coaequatur ei. **2** *communio substantiarum – Wesensverbindung, -gemeinschaft:* ALBERT. M. metaph. 8,2,5 p. 407,1 'alii' ... causam unitatis corporis ... et animae ... dicunt esse '-em' (*p. 1045b,9* συνουσίαν) quandam, ita quod substantia una composita sit per mixtionem duarum substantiarum diversarum (p. 407,26).

consubstantiatus, -a, -um. *consubstantialis – wesensgleich:* ALBERT. M. eth. II 1,6,16 p. 104b,7 haec tria *(sc. pulcherrimum, optimum, delectabilissimum)* existent -a et concepta in optimis operationibus. *cf. p.1649,51.*

***consubstantio,** -are. **1** *act. i. q. consubstantialem praedicare – als wesensgleich bekennen:* ARNO REICHERSB. apol. p. 119,30 utrique parenti in fide et professione mea eum *(Christum)* -bo. **2** *medial. i. q. consubstantialem esse – wesensgleich sein:* ARNO REICHERSB. apol. p. 72,34 si naturalis est ei *(patri)* filius ... Iesus in eo, quod homo est, in eodem quoque -ari necesse est *eqs. (item de doctrina Folmari:* p. 179,24 sic ... loqui et scribere soles: non coaequatur Christus patri in gloria, nisi in quo et -atur *eqs. al.).* p. 180,9 palam est homines per omnia non -ari angelis. *ibid. al.*

consubstantivus, -a, -um. *consubstantialis – wesensgleich:* BARDO serm. p. 331,68 in qua *(unitate)* Dei verbum ... soli omnia facienti -um et coaeternum apud eundem idem est.

*?****consubtus** *adv.* *subtus, infra – unten:* AGNELL. lib. pont. 124 humu submersus est, in ardica beati Apolenaris -s (consumptus *ci. Antony. cf. p.1671,31*) iacet *Theodorus archiepiscopus.* *Müller-Glauser*

***consuebilis,** -e. *consuetudine acquisitus, consuetudinarius – durch Gewohnheit erworben, gewohnheitsmäßig:* ALBERT. M. eth. II 7,1,14 p. 498b,34 in modum ... naturae movet -is habitus, ut dicit Tullius *(cf. p.1652,27).*

consuefio, -factus sum, -fieri. (*cf. ThLL. s. v.* consuefacio) *assuefieri, exercendo discere – sich gewöhnen, vertraut werden:* RUODLIEB XI (IX) 5 sic -te sunt *aves* post modicum cito cuncte.

consueo, -ere. *solere – gewohnt sein:* WILH. RUBRUQU. itin. 32,11 quod descenderemus cum aliis nunciis, et non ante curiam, ubi -bamus.

***consuescibilis,** -e. *consuetudine acquisitus, consuetudinarius – durch Gewohnheit erworben, gewohnheitsmäßig:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,70,2 p. 578b,12 eligentia causa est virtutis -is. eth. II 1,1,6 p. 14b,33 ex frequentibus ... operationibus virtus -is in anima generatur.

consuesco, -evi, -etum, -ere. *script.:* -swe-: *p.1651,40. 1652,4.* -suae-: CHRON. Fred. 3,88. *form. perf.* -suistis: FORM. Flav. 117f. *rhythm.* -ue- *disyllab.: p.1651,38.45.*

1 *assuescere – sich gewöhnen (an), sich zur Gewohnheit machen (usu perf. plerumque sensu praes. i. q. solere – gewohnt sein, pflegen; partic. perf. i. q. solitus – gewohnt; usu subst.: p.1651,6):* **a** *spectat ad res:* **α** *in univ.:* LEG. Wisig. 8,4,25 per quam *(viam)* ad civitatem ... ire -vimus. EINH.

[Dinter]

Karol. 2 p. 4,13 qui honor non aliis a populo dari -verat quam *eqs.* CARM. Sangall. I 1,9 nec . . . haedi . . . cursare per herbam -ti fuerant. NOTKER. BALB. notat. 17 exameron Ambrosii . . . pro ludo relegere -as. EGBERT. fec. rat. 1,1428 -tus vivere raptis . . . lupus. 2,183 cui *(sc. diabolo)* semper -ta malis innata voluntas. URSO med. 301 -tos oportet ad -ta transmittere. WALTH. AGIL. med. 2 p. 87,3 oportet, ut -at vomere ante cibum multocies. ALBERT. M. metaph. 2,11 p. 102,50 'ut -vimus' (*p. 995a,1* εἰώθαμεν) audire, 'ita *eqs.*' *persaepe. c. acc.:* ALCUIN. carm. 62,29 qui bona dissuescit, mox hic -it iniqua. **β** *impers.* -tum est *c. inf. i. q. solet – es pflegt:* STATUT. ord. Teut. p. 36,18 cum . . . in aliis ordinibus pluries sit -tum *communicari.* CHART. Eichsf. 439 que geruntur in tempore, . . . -tum est . . . scripturarum testimonio perhennari. CHART. Raitenh. 367 p. 295,23 quatenus . . . fiat memoria mei . . . , sicut pro monacho fieri est -tum. *al.* **b** *spectat ad homines i. q. familiariter uti, conversari – (vertrauten) Umgang haben:* RICHER. REM. hist. 2,59 p. 226,7 Salernitano *medico* -bat *episcopus*. 3,16 qui *(fautores)* duci -bant. EGBERT. fec. rat. 2,523 hic *(Moyses)* . . . sermone Dei -tus et ore. *de concubitu*: DIPL. Conr. II. 285 p. 400,30 (spur. a. 1084/88) Gozelo . . . -verat cum nepte eius *(ducis).* **2** *solere – pflegen:* YSENGRIMUS 5,279 -unt multos offendere multi. **3** *assuefacere – vertraut machen:* WANDALB. mens. 314 porcorum . . . greges silvis -ere faetis. *c. gen. obi.:* EPIST. Hann. 4 insignis vestra vestrum me -vit . . . benevolentia.

adi. **consuetus,** -a, -um. **1** *solitus – gewohnt:* **a** *strictius:* WETT. Gall. 12 p. 263,25 forte Dominus -am misericordiam suam nobis ostendet. GERH. AUGUST. Udalr. 1,6 l. 92 ut postmodum -a vitia omitterent. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,224 hanc virgam . . . frondere . . . -a largire manu. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 281,11 si in errore -o . . . perduraret. HUGO FLAV. chron. 2 p. 434,53 pessime consuetudinis et -ae nequitiae . . . fetore fideles gravantur. *al.* **b** *latius i. q. usitatus, consuetudinarius – gewöhnlich, üblich, gebräuchlich:* CONC. Merov. p. 221,5 ut . . . monachi ab abbate victum et vestitum -um accipiant. BEDA hist. eccl. 3,9 p. 146,6 -o equorum more . . . virecta . . . carpere coepit. RHYTHM. 113,36,2 -a regula . . . demonstratur *eqs.* CONSUET. Marb. 176 cum precibus et orationibus -is (-swetis *W*). CONST. imp. II 196,17 si renuerint, cogantur a iudice iure debito et -o. CHART. Eichsf. 456 pro X marcis argenti in Hosterroth -i *eqs. persaepe.* **2** *(consuetudine) exercitatus – (durch Gewohnheit) geübt:* CARM. de Herm. 7,2 (MGPoet. II p. 136) mortis praedam conprehendit -is umeris *nutrix.*

subst. **1. consuetus,** -i *m. familiaris – Vertrauter:* ALBERT. M. eth. I 329 p. 282,1 'ad notos et ignotos et -os (*p. 1126b,25* συνήθεις) et inconsuetos' . . . se habebit secundum quod decet. p. 282,3 '-os et extraneos'. II 4,3,1 p. 316b,13sqq.

2. consueta, -ae *f.* **1** *consuetudo (monastica) – (klösterliche) Gewohnheit:* LIBER tram. 184 p. 255,23 nisi quod -a fuerit monasterii. **2** *ius ex usu factum – (auf Gewohnheit beruhender Rechts-)Anspruch:* CHART. Argent. I 414 p. 312,11 (a. 1257) ut . . . prepositus . . . ius advocatie . . . necnon pullos et anseres . . . dari -as habeat.

3. consuetum, -i *n.* **1** *gener. i. quod usitatum, solitum est – das Gewohnte, Übliche:* ANNAL. Xant. a. 842 stella . . . maiorem -o radium . . . habens (*item c. compar.:* TRANSL. Annon. 9 p. 18,3 -o plures). ALBERT. M. animal. quaest. 9, 24 p. 213,65 -a placent. *v. et l.6. expressius i. q. consuetudo – Gewohnheit:* BRUNO QUERF. fratr. 7 p. 44,12 extra preeuntium regum -a. **2** *publ. et iur. i. quod (lege et consuetudine) exigitur, tributum – das (nach Gewohnheitsrecht) Eingeforderte, Abgabe:* LEG. Wisig. 10,1,19 quodcumque de promisso vel -o (consuetudine *var. l.*) debet, rei domino in duplum exolvat *acceptor eqs.* CHART. Eberb. 431 p. 210,2 (a. 1274) *milites* nichil iuris habere nec aliquid posse requirere praeter censum et -um. CONST. imp. III 144,9 solutis . . . theloneis et tributis et -is.

adv. **consuete, *consueto.** *solito more, ex consuetudine – gewohnheitsmäßig, der Gewohnheit entsprechend:* **1** *strictius:* ANNAL. Xant. a. 849 gentilitas . . . -o . . . christianitatem nocuit. FORM. Sangall. II 32 ut omnes . . . clerici . . . alimentis . . . -e uterentur. HROTSV. Agn. 138 comperit . . . Agnen esse suum sponsum -o dicere Christum. CHRON. Reinh. a. 1189 p. 543,41 imperator -swete progrediens in fortitudine virtutis. *al.* **2** *latius i. q. vulgo, communiter – (für) gewöhnlich, im allgemeinen:* BEDA temp. rat. 36,10 qui *(lunaris annus secundus)* -e mensis appellatur. HUCBALD. harm. inst. p. 107a,13 ut fit . . . in eo, quod -e organizationem vocant (*sim.* BERNO ton. prol. 3 p. 65a,2). METELL. buc. 7,27 multus -e plaustro fit sermo cadente. *al. v. et vol. I. p. 652,6. vergit in sensum q. e. decenter, apte – gebührend, in angemessener Weise:* COD. Karol. 76 p. 607,23 redemptorem mundi -e referuimus grates. EPIST. var. II suppl. I p. 615,27 sensus . . . ad sua ministeria implens -ius anima dicitur.

***consuetudinalis,** -e. *solitus, consuetudinarius – gewohnt, gewohnheitsmäßig:* **1** *strictius:* **a** *consuetudine nisus – auf Gewohnheit beruhend:* HILDEG. scivias 3,10 l. 227 in -bus peccatis tuis dormivisti. CONR. FAB. Gall. 14 quos *(principes)* iam dictus *imperator* in suis perturbaverat tam feodis quam -bus iusticiis. ALBERT. M. pol. 4,5c p. 352a,30 'haec . . . una species est democratiae', -is scilicet. 4,5g. *ibid. al.* **b** *consuetudine acquisitus – durch Gewohnheit erworben:* ARNOLD. SAXO fin. 5,1,3capit. de virtute intellectuali et -i (ALBERT. M. nat. bon. 20 p. 10,62. summ. theol. II 4,14,4,2 p. 200a,28. *al.*). ALBERT. M. summ. theol. I 6,29,2 p. 224,34 -is . . . habitus in modum naturae movet, ut dicit Tullius *(Cic. inv. 2,159). ibid. al.* **2** *latius i. q. usitatus – üblich:* **a** *publ. et iur.:* CONC. Karol. A 51 p. 681,28 dedi ad servitium monachorum . . . ecclesiam . . . ab omni -i exactione liberrimam. LIBRI confrat. I app. A 9 p. 139,41 ut . . . pro eodem . . . pontifice . . . -is annona tribueretur. **b** *liturg.:* IOH. METT. Ioh. 82 post reliquum cursus nocturni vel psalmorum -ium. CONSUET. Trev. 30 mandato ritu -i expleto. WILH. HIRS. const. 1,62 p. 990D sine versu -i . . . coenat *frater*. VITA Annon. I 2,19 p. 492a,48 donec ad -es ymnos ventum est. *al. usu subst.:* EPIST. Reinh. 54 ut . . . defunctorum nomina . . . recitari iubeatis eisque -ia facientes *eqs.*

adv. ***consuetudinaliter.** **1** *gener.:* **a** *solito more, ex consuetudine – gewohnheitsmäßig, der Gewohnheit entsprechend:* **α** *strictius:* HADR. II. epist. 14 regiam excellentiam . . . sedis apostolicae scita -r observantem. RATHER. epist. 29 p. 160,23 prohibitas . . . in Nicena sinodo mulieres tam -r tamque publice habere. THEOD. AMORB. comm. p. 17,32 cum quasi impune peccato -r potitur anima. EPIST. Teg. 106 p. 109,34 ut -r pro nobis dignemini studere, ut *eqs.* **β** *latius i. q. vulgo, communiter – (für) gewöhnlich, im allgemeinen:* RATHER. Metr. 4 qui *(reges)* ita -r nuncupantur. epist. 16 p. 86,17 solet -r ordinandus *ad apostolicatum* moneri: *eqs.* WILH. HIRS. const. 1,28 p. 960C quicunque . . . conversi . . . in choro -r esse non valent. LEO MARS. chron. 3,26 p. 395,22 que . . . domus secretarium -r appellatur. *al.* **b** *decenter, apte – gebührend, in angemessener Weise:* EPIST. Teg. 107 p. 110,31 ad . . . caritatem sabbatis omnibus -r celebrandam. **2** *publ. et iur. i. q. secundum ius consuetudinis – nach Gewohnheitsrecht:* DIPL. Conr. II. 226 secundum quod actenus -r et localiter habebatur. CHART. Argent. III 1 promittimus bona suprascripta -r warantare. *al.*

consuetudinarius, -a, -um. *script.:* -set-: *p. 1653, 3.* -tuti-: GLOSS. I 268,29 St.-S.

contricatus, -a,-um. *fort. per confusionem i. q. contritus – gemahlen, geschrotet:* REGISTR. Geisenf. 29 p. 431,7 dabuntur . . . due metretule -i ordei.

1. contrictio *v.* 1. constrictio. **2. contrictio** *v.* contritio.

contrictus, contringo *v.* 1. constringo.

***contripunctis,** -e. *mus. i. q. in fronte et retro tribus punctis instructus – vorn und hinten mit drei Punkten versehen:* FRUTOLF. brev. 14 p. 102,2 virga conbipunctis, virga -is. p. 102,15 quilisma . . . -e.

***contristabilis,** -e. **1** *sensu act. i. q. tristificus, acerbus – betrüblich, schmerzlich:* ALBERT. M. metaph. 2,12 p. 103,60 aliis . . . 'flebilis' et -is 'est certitudo' philosophica. 5,1,6 p. 221, 40. *subst. neutr.:* ALBERT. M. animal. 13,28 ipsum *(cor)* est, in cuius motibus primum apparent delectabilia et -ia (*p. 666[a],11* τῶν λυπηρῶν). *ibid. al.* **2** *sensu pass. i. q. tristis, maestus – betrübt, traurig:* ALBERT. M. mot. animal. 1,2,7 p. 280[b],24 erit cor illud non -e. p. 280[b],38 cor . . . , quod est habens sanguinem grossum . . . , erit nec multum -e nec multum laetum.

contristatio, -onis *f. sollicitudo, molestia – Kummer, Verdruß:* ALBERT. M. eth. I 329 p. 281,21 'oportet quibuslibet' et bonis et malis in omnibus 'sine -e' convivere. eth. II 4,3,1 p. 315[b],22 illi, qui . . . se habent . . . ad omnes contrariantes . . . et nihil curantes de aliorum -e (*cf. p. 1126[b],15* τοῦ λυπεῖν). p. 317[a],41. *expressius de actione condolendi:* ALBERT. M. eth. II 9,3,5 p. 596[b],32 ad infortunia . . . in malis fortunis pigritare debet amicus, ne advocet amicum ad -em.

***contristativus,** -a, -um. *tristitiam afferens, tristificus – traurig machend, betrüblich:* FRID. II. IMP. epist. B 10 p. 428,17 sinistri casus acerbitas . . . serenitati mentis nostre nebu-

[Hellmuth]

las -e . . . caliginis superduxit. ALBERT. M. eth. I 837 p. 704,43 amici 'praesentia' in tristitiis 'est mixta', quia est et delectabilis et -a. Matth. 9,15 p. 308,44 apud sanctos est triplex ieiunium: unum . . . satisfactivum, alterum . . . -um et tertium laetificativum. *ibid. al.*

1. contristo, -avi, -atum, -are. *script.* cun -: *l.14. usu depon. (cf. D. Norberg, Syntakt. Forsch. 1943. p. 142): l.17.34. 37. partic. praes. usu subst.: l.19. struct. c. gen.: l.24.*

I *proprie:* **A** *gener.:* **1** *in univ. i. q. tristem reddere, maerore, dolore afficere – traurig machen, betrüben, verstimmen (medial. i. q. dolere, maerere – betrübt, traurig sein, trauern):* BONIF. epist. 73 p. 148,17 si . . . famam gloriae tuae . . . confuderis, in hoc valde -amur. AGNELL. lib. pont. 105 p. 347, 10 una vox laetificat nos, alia cun-at. REGINO chron. a. 891 p. 137,25 pro amissis fidelibus nimium -atur (tristatur *B*). WIDUK. gest. 2,11 p. 77,12 rex . . . fervente adhuc bello civili non potuit eos *(milites suos)* -ari. EPIST. anon. p. 8,20 non legimus aliquem super hoc indignatum sive -tum fuisse catholicum. ALBERT. M. sent. 2,19,2 p. 331b,20 Adae . . . et malum et -ans non potuit inesse, nisi *eqs.* eth. I 329 p. 282,18 'coniciet' . . . 'non -are' (*p. 1126b, 30* λυπεῖν), quando non potest delectare. *persaepe. vi praeverbii vigente i. q. condolere, collugere – mitleiden, die Betrübnis teilen, mittrauern (usu medial.):* CONSUET. Trev. 8 p. 270,11 egrotationis vestre nimis -bamur. EPIST. Ratisb. 6 p. 290, 18 quod sancta ecclesia debeat . . . -ari, comportare, condescendere. ALBERT. M. eth. II 9,3,4 p. 594a,28 uni . . . amicorum condelectari, alteri -ari (*p. 1171a, 8* συνάχθεσθαι). *al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *offendere – beleidigen:* CHART. Welt. 2 p. 103,8 (a. 1123) si quis . . . inminucione vel alienacione spiritum sanctum . . . in famulis eius -verit *(cf. Vulg. Eph. 4,30).* **b** *afficere, afflictare – befallen, heimsuchen:* Ps. HIPPOCR. sang. 16 qui hac ex sanguine passione -tus est, oculi turbidi erunt. **c** *comprimere – dämpfen:* ALCUIN. epist. 133 p. 200,12 ne tuam -em (-er *var. l.*) sollicitudinem. **B** *iur. i. q. detrimento, incommodo, iniuria afficere – schädigen, Schaden, Unrecht zufügen, kränken (cf.* contrasto *p.1781,5sqq.):* DIPL. Conr. II. 68 p. 85,25 si quis . . . fratres de suis rebus -ari voluerit. SIGEB. GEMBL. invest. 182 successores . . . Gregorii cavere debent scandalum nec -ent noviter reges in suis antiquis iuribus. DIPL. Heinr. IV. 368 (spur.) ut in bonis . . . ac familiis eorum nullus eos *(fratres)* -et. DIPL. Frid. I. 336 p. 171,15 advocatus si claustri incolas iniuste -verit. *al.*

II *translate i. q. obscurare – verfinstern:* WANDALB. martyr. 755 Arcitenens gelido hinc -at sidere caelum *(cf. Verg. Aen. 10, 275).* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,218 si forte poli faciem -et Orion.

2. contristo *v.* contrasto.

contritio (-cio), -onis *f. script.* -ict-: *l.65.p.1788,61. struct. c. gen. subi.: l.67. confunditur c.* constrictio: *l.55.p.1788,2.*

I *proprie i. q. actio conterendi, comminutio – Zerreibung, das Zerschlagen:* **A** *gener.:* **1** *confractio – das Auf-, Zerbrechen:* ALBERT. M. animal. 5,63 murileguli . . . student, ut conterant eas *(barcoras)* vivas, quoniam si praemoriantur ante -em, eiciunt florem. **2** *manducatio – das Kauen:* ALBERT. M. veget. 3,69 in gustu . . . propter -em (constrictionem *B*) et humidum salivale . . . in actu efficiuntur qualitates. **3** *actio obterendi, opprimendi – das Zerschmettern, Zermalmen:* MIRAC. Pirmin. 3 p. 32,6 urbani . . . adcurrunt, . . . perculsi dolore, non dampno parietis, sed -cione plebis. **4** *eversio, ruina – Zerstörung:* WETT. Gall. 8 illi *(incolae)* . . . conati sunt adfligere eos *(servos Dei)* propter deorum suorum -es. **B** *spec.:* **1** *techn. et pharm. i. q. actio terendi, contundendi, comminuendi – das (Zer-)Reiben, Zerstoßen, Zerstampfen, Zerkleinern:* COMPOS. Luc. T 9 lapis adama nascitur ex cathmia et auri coctione in prima -ctione massae. MAPPAE CLAVIC. 150 tere in mortario . . .: post -em *eqs.* TURBA phil. 36 p. 143,11 absque manuum -e. p. 143,17 -o philosophorum. CIRCA INSTANS p. 16 bv *tragacanthum* per se debet teri, quia -i resistit. PS. CALID. secret. 7 decoctio, -o atque cribratio. THADD. FLORENT. cons. 146,7 terantur optime reubarbarum et agaricum -e ultima. *saepe.* **2** *medic.:* **a** *strictius i. q. contusio, vulneratio – Quetschung, Verletzung:* CONSTANT. AFRIC. theor. 6,4 p. 26br si . . . ossibus accidat *separatio*, dicitur fractura . . ., si in mediis lacertis, constrictio (-o *ed. Basil., sim.* IOH. IAMAT. chirurg. 1,1). GERH. STED. annal. p. 227,29 dux de equo corruit et ex -e tibiae ab itinere . . . impeditus est. ALBERT. M. veget. 6, 78 confert *calamus* -i lacertorum (6,474). *in imag.:* WENR. epist. 3 p. 288,17 nullus *sanctorum patrum* tales -es talibus alligaturis aliquando refecit *(cf. Vulg. psalm. 146,3).* HILDEG. div. op. 1,4,90 p. 869A Domine, . . . sana -es cicatricum vulnerum meorum. *al.* **b** *latius i. q. corruptio, defectio – Versehrtheit, körperliche Beeinträchtigung, Entkräftung:* HILDEG. phys. 3,26 p. 1235B quod omnes humores hominis, qui in alienam viam . . . gelwe fellis vertuntur, emendes per vivens Verbum, quod hominem absque -e eius fecit. ALBERT. M. animal. 25,41 ex morsu horum *(serpentium)* accidit apostema dolorosum et primo -o (*Avic.* post -em) totius corporis, deinde putrefactio *eqs.*

II *translate:* **A** *gener.:* **1** *afflictio, calamitas, miseria, pernicies, vexatio – Bedrängnis, Elend, Unglück, Verderben, Heimsuchung:* EPIST. Col. 2 flagitamus . . . mederi lacrimabilem -em. EKKEH. I. (?) Wibor. 29 p. 76,5 metu populi -is. THIETM. chron. 8,30 iste annus nova nuncupacione . . . magna -cio . . . appellari potest. HUMB. Sim. 2,3 p. 143,38 Abiron atque Chore duplici -e, corporis scilicet et animae, creduntur contriti (RAHEW. gest. 4,14 p. 249,2. *al.; cf. Vulg. Ier. 17, 18*). PETR. DAM. epist. 76 p. 379,15 praevalet Deus ex alienis -bus nobis utilia providere. TRACT. Garsiae 174 has intolerandas -es, has plagas . . . sustinuit Romanus pontifex. *al. meton.:* CHART. Scafhus. 57 p. 93,12 (a. 1120) ut per apostolicam auctoritatem sitis . . . spes humilium, -o superborum. **2** *clades – Niederlage, Vernichtung:* COD. Karol. 27 p. 531,29 desiderium . . . nobis inheret, . . . vestris *(sc. Pippini regis)* salutaribus profectibus gratulari et contra inimicorum -em agnoscere. **3** *punitio, castigatio – Bestrafung, Züchtigung:* EKKEH. IV. bened. I 16,53 sanet commotam salubris -o (gloss.: punitio) terram. MANEG. ad Gebeh. 37 p. 375,1 qualemcunque afflictionem vel -em corpore patiantur *haeretici.* **4** *remotio, sublatio – Beseitigung, Ausschaltung:* ALBERT. M. myst. theol. 1 p. 457,45 ut *discipulus* 'circa' intellectus 'mysticos relinquat sensus et intellectuales operationes forti -e' (*PG 3,997B* διατριβῇ), quasi conterendo sub lumine divino *(per pravam interpr.).* **B** *theol. i. q. compunctio, dolor peccati, paenitentia – Reue, Zerknirschung, Bußfertigkeit (de re v. A. M. Landgraf, Dogmengesch. d. Frühscholastik. III/2. 1955. p. 244sqq.):* **1** *def.:* CAES. HEIST. mirac. I 2,1 p. 56,5 -o est cordis poenitudo, scilicet dolor de peccatis, partim surgens ex timore gehennae, partim ex amore coelestis patriae. ALBERT. M. sacram. 117 p. 81, 54sqq. -o dicit dolorem, inquantum refertur ad diversas species peccati, et propter hoc dicitur -o quasi simul tritio. 119 p. 82,60 attritio et -o non sunt idem. *al. v. et p. 1125,61sqq.* **2** *exempla:* CONC. Karol. A 37,36 mentem . . . et corpus, quae libido traxit ad culpam, afflictio et -o debet reducere ad veniam. NOTKER. BALB. gest. 1,21 p. 28,15 ut . . . acrioribus ieiuniis et -cione cordis . . . peccatum . . . abluere niteretur *episcopus* (BRUNO MAGD. bell. 90 p. 84,17. *saepe*). AMARC. serm. 3,371 -cio crebra. RAHEW. gest. 3,20 p. 194,1 his et similibus se cum magna mentium -e Grecis de obiectis excusantibus. ALBERT. STAD. chron. a. 1218 Otto imperator . . . ineffabili -e compunctus. *saepe. accedente notione castigandi:* RUD. TRUD. gest. 2,11 iram eius *(Dei)* . . . portare in humilitate cordis et -e carnis. RYCCARD. chron. a. 1215 p. 66,28 propter <carnis> maceration em et -ctionem.

***contritor,** -oris *m. oppressor, exstinctor – Unterdrücker, Vernichter:* DIPL. Otton. II. 315 p. 372,30 humilium adiutor, superborum -r domnus Otto.

***contritura,** -ae *f. contusio – Quetschung:* RECEPT. Sangall. II 132 capit. p. 40,12 ad -as et rupturas.

***contrivo,** -ere. *(a* contrivi *formatum) prosternere, perdere – niederwerfen, vernichten:* DUDO hist. 3 p. 98,48 timore perterriti *(sc. rex comesque),* ne . . . duorum ducum militum frequentia -rentur subacti.

***contro,** -avi, -are. **1** *contradicere, denegare, contendere – wider-, absprechen, streitig machen:* CHART. Ital. Ficker 19 p.

[Hellmuth]

25,4 (a. 903) volo scire, si contendere aut -are volueritis. DIPL. Otton. I. 344 mandamus vobis *(abbatissae)* precipiendo, ut nullatenus -etis ei ipsum monasterium, sed . . . lassate eundem abbatem ordinare eundem locum. *ibid. iterum. in struct. contam. (c. dat. dupl.):* DIPL. Otton. II. 266 p. 309,24 Iohannes abbas . . . causaverat adversum . . . Landulfum comitem, ut -asset ei in parte sui monasterii terris. *ibid. al.* **2** *?intercludere – ?versperren:* LEX Alam. capit. 59 p. 47 (cod. 8) si quis alii via -verit (*ni corrupt.; cf.* 58 p. 46 [cod. 4] *et* 58 p. 47 [cod. 11] contradixerit). **3** *?resistere – ?sich wehren:* LEX Baiuv. 4,27 si quis liber . . . fugerit, et alius eum per vim constare (-are *sP*) fecerit.

controeo *v.* contraeo.

controversia (-rav-), -ae *f. script.* -ves-: *l.50. adde* GLOSS. II 147,7 St.-S.

I *lis, contentio, iurgium, dissensio, altercatio, conflictio – Auseinandersetzung, (Rechts-)Streit, Streiterei, Zwist, Konflikt:* **A** *strictius:* **1** *publ., iur., canon.:* **a** *de lite (privata) super iura, possessiones sim. habita:* **α** *in univ.:* LEG. Wisig. 3,1,5 p. 130,3 omni -a s o p i t a (DIPL. Frid. I. 497 p. 424,27. CHART. civ. Erf. 265 p. 166,31. *al.*). LIBER diurn. 104 ut nullus . . . praesumat . . . quamlibet requisitionis -am vobis . . . i n f e r r e (DIPL. Ludow. Germ. 56 p. 77,34. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 252,21 si quis presbyter contra laicum . . . aliquem habet querimoniae -am. EPIST. Adm. 23 super -a, que diu a g i t a t a est inter nos *(sc. episcopum)* et fratres Cremesmunstere de electo eorum (OTTO FRISING. gest. 2,7 p. 107,20. *al.*). ANNAL. Plac. a. 1270 p. 544,47 de omnibus litibus et -aversiis et questionibus, que inter utrasque partes vertuntur (*sim.* CHART. Carinth. V 75 p. 51,35). *persaepe.* **β** *actio (causae), iudicium – Gerichtsverfahren, Prozeß:* LEG. Wisig. 2,5,10 quia . . . de statu scripturarum solet dubietas in -is exoriri. *al.* CONST. imp. I 50 p. 97,1 non aliquis monachus . . . in quacumque -a sive criminali sive civili iusiurandum compellatur . . . subire. DIPL. Frid. I. 858 p. 92,39 decet . . . imperatorem . . . in promulgatione sententie, qua omnis -a iusto fine clauditur, prudentem sollertiam adhibere. CHART. Bund. 556 p. 57,5 super lite et -a, que v e r t e b a t u r . . . inter Menegacium decanum . . . ex parte una et ex altera Anselmum (569). *saepe.* **γ** *causa, quaestio – Streitfall, -frage:* BERNH. CONST. damn. 7 qualiter . . . sit determinanda huiusmodi coniecturalis -a. TRAD. Ratisb. 771 que -a cum ante abbatem Reginhardum venisset et ipse gestę rei ordinem audisset. CONST. imp. I 236 quod . . . seculares -am nusquam nisi in curia nostra ad discutiendum debent transferre. *al.* **b** *de contentione inter reges, civitates, factiones sim. habita:* CAPIT. reg. Franc. 45,14 si causa vel intentio sive -a talis inter partes propter terminos . . . regnorum orta fuerit. ANAST. BIBL. epist. 5 p. 414,2 -am, pro qua disponenda et diffinienda . . . a praesulibus nostris destinati sumus, . . . sane dissolvimus. REGINO chron. a. 888 p. 129,28 ex qua dissensionum -a (-esia *A1 B1.2*) tanta strages . . . facta est, ut *eqs.* WIPO gest. 7 p. 30,9 ex qua audacia diu magna -a inter regem et Papienses habita est. EXCERPT. Widon. (MG Lib. Lit. I p. 462,3) de -a presenti inter sacerdotium et regnum. DIPL. Frid. I. 363 p. 216,8 pro . . . -a, que inter nos et regem Francorum pro scismate Romane ecclesie iam diu agitabatur. *saepius.* **2** *usu communi i. q. disceptatio, disputatio, diversitas – (wissenschaftliche) Kontroverse, Diskussion, Meinungsverschiedenheit:* BEDA hist. eccl. 3,25 p. 182,20 gravior de observatione paschae . . . -a nata est. ALCUIN. epist. 172 p. 285,5 quidam Iudaeus . . . cum Petro magistro habuit disputationem, et scriptam esse eandem -am . . . audivi. BERNOLD. CONST. chron. p. 394,24 sunt quidam, qui inquisiti praefatis embolismorum -is hac ratione medentur, quod *eqs.* ALBERT. M. sent. 4,12,6 p. 299^{a},28 an debeat confici in azymo vel fermentato propter Graecorum -am. animal. quaest. 3,3 p. 125,20 circa istam quaestionem magna est -a inter medicos et Philosophum vel philosophos. *al. expressius i. q. interpretatio contraria – gegenteilige Beurteilung:* LIBER de unit. eccl. 2,15 p. 229,10 ideoque huius exempli -a a nobis reprobatur. **B** *latius:* **1** *molestia, simultas, contumelia – Belästigung, Widerwärtigkeit, Feindseligkeit, Schmach:* EIGIL Sturm. 18 eius *(abbatis)* ulterius -am ferre non valentes . . . eum abiecerunt *fratres*. DIPL. Loth. I. 116 p. 268,13 episcopus a quibusdam hominibus contra nostram auctoritatem non modicas exinde patitur -as. DIPL. Otton. I. 428 quę *(vineta)* . . . monasterio ex -a quorumdam ablata. THIETM. chron. 7,39 Miseconis filia . . ., quae a viro suimet diu depulsa non minimam cum caeteris perpessa est -am. DIPL. Heinr. IV. 442 p. 595,12 hominibus naufragium patientibus aliquam -am inferre *nemo* presumat. *al.* **2** *rixa – Rauferei:* LEX Ribv. 24 capit. p. 55 (cod. A6.7) de servorum inter se ictuum -a. VITA Hildulfi 2 dum . . . multi talium *(sc. puerorum)* -is forensibus, alii ludis multiplicibus . . . intenti obstupescant. **3** *pugna, faida – kriegerische Auseinandersetzung, Kampf, Fehde:* ANNAL. regni Franc. a. 811 p. 135,5 imperator . . . misit alterum *(exercitum)* in Pannonias ad -as (-aversias *var. l.*) Hunorum et Sclavorum finiendas. OTTO FRISING. gest. 2,43 capit. p. 101,19 de -a inter Maguntinum archiepiscopum et palatinum comitem de Rheno. CHART. Bund. 879 p. 329,27 quod dominus H. de Ruchuns . . . universam -am, quam de morte patris sui contra communitatem ecclesie Desertinensis conceperat, . . . remisit. *al.*

II *contradictio – Widerspruch:* **A** *strictius:* **1** *in univ.:* EPIST. Worm. I 34 p. 63,18 Deus omnem . . . excusationem ipothetica -a eliminat dicens: *'eqs.'* EPIST. Ratisb. 22 p. 349,26 non me effugit multa me dixisse, quę -am incidere possunt. *locut.* sine, absque -a *i. q. sine dubio, nullo obloquente – ohne Zweifel, ohne Widerrede:* ERMENR. ad Grim. 12 p. 547,20 quanto magis auctori totius artis sine ulla -a licitum est . . . uti regula sua. HUMB. Sim. 3,26 p. 232,25 sine -a concedatur eis accipere . . . spiritum sanctum. EPIST. Meginh. 41 p. 244,10 tum archiepiscopus . . . absque omni -a eum *(episcopum)* symoniacum pronunciavit. *al.* **2** *in formulis chartarum i. q. impugnatio, inquietudo, vindicatio (alterius) – Anfechtung, Einspruch, Anspruchsrecht (eines anderen):* FORM. Marculfi 1,35 l. 33 ut omnis facultatis . . . a b s q u e cuiuslibet inlicitas -aversias (-as *var. l.*) inibi . . . proficiat (TRAD. Frising. 414. DIPL. Arnulfi 138. *al.*). DIPL. Loth. III. 80 p. 126,5 ego . . . traditiones . . . signo sigilloque meo c o n t r a o m n e m in perpetuum -am communivi (DIPL. Conr. III. 56 p. 95,32). CHART. Pommerell. 40 tuguria . . . ab omni exaccione libera esse volumus . . . et ab omni -a. *al.* **B** *latius:* **1** *criminatio, accusatio – Beschuldigung, Anklage:* REGINO chron. a. 800 p. 62,23 cum nullus probator . . . appareret, qui locum -ae subire presumeret. **2** *contumacia – Widerspenstigkeit:* WOLFHARD. Waldb. 2,11 p. 240,8 ut mundalis -a stoliditatis palam agnosceret, quid Christi . . . omnipotentia quiret.

controversialis, -e. *ad controversiam pertinens – zur Auseinandersetzung gehörig, Streit-:* BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 310,49 sermone -i utrobique . . . habito.

***controversio** (-rav-), -onis *f.* **1** *lis – Rechtsstreit:* CHART. Turic. 606 (a. 1244) cum inter . . . conventum . . . ex una parte et Iohannem . . . ex altera lis et -o diu verteretur pro eo, quod *eqs.* CHART. Bund. 977 -em, quam habui . . . cum preposito et conventu . . . super decimam. **2** *contradictio, impugnatio – Widerspruch, Anfechtung:* DIPL. Heinr. III. 317 p. 435,14 corroboramus tria massaricia . . . huic monasterio concessa, ut seculariter teneat omnium hominum sublata -aversione (*inde* DIPL. Frid. I. 324 p. 150,31 -e).

1. controversor, -atus sum, -ari. *usu pass.: l.70.* **1** *intrans.:* **a** *disputare, controversiam facere – erörtern, (gelehrt) streiten, disputieren:* RICHER. REM. hist. 3,57 ut, si incautus appeteretur, maiorem -andi animum in contrarium moveret *Gerbertus*. EPIST. Hann. 75 p. 122,32 soleo dubitandus mecum agere et -ari, quęnam initia nos in hanc animorum unitatem invitaverint. **b** *contradicere – widersprechen:* TRAD. Formb. 155 (c. 1126) quam *(investituram)* . . . genitrici Dei satisfaciendo nullo -ante persolvit *nobilis*. **c** *queri – sich beschweren:* BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 285,12 induciae, pro quibus nunc . . . minime datis maxime -ti sunt *synodiaci.* **2** *trans. i. q. vexare, molestare – drangsalieren, belästigen:* DIPL. Frid. I. 691 p. 211,21 ut . . . prescriptas res . . . quietudine habeat *episcopus*, ita ut a nullo . . . nostrorum fidelium -etur aut inquietetur.

2. *controversor, -oris *m. litigator – Prozeßgegner:* CHART. Argent. I 122 p. 101,39 (a. 1187) capitulum XVII libras

[Hellmuth]

. . . tradidit; econtra . . . -es, quicquid iuris in . . . parte molendini . . . videbantur habere, . . . capitulo resignaverunt.

controversus (-rav-), -a, -um. **1** *proprie i. q. contrarius, oppositus – entgegengesetzt:* THEOD. carm. (NArch. 39. 1914. p. 163; c. s. XII.) favonius . . .; hinc -aversum solanum *eqs. expressius i. q. in contrarium versus – entgegenstehend, -gerichtet:* CARM. de monstr. Ind. 67 (RheinMusPhil. 119. 1976. p. 275; s. XII.²) qui *(tauri)* ⌞-aversis horrescunt corpora setis⌟ (-aversus . . . fetus *cod.; v. adn. ed.*). **2** *translate i. q. repugnans – im Widerspruch stehend:* MANEG. c. Wolfh. 3 p. 49,9 quorum *(sc. philosophorum)* plures . . . contra se dissonas et -as sententias in animę suę iudicio ediderunt. PAUL. BERNR. Greg. 61 p. 507,25 -us Deo *(sc. Heinricus IV.)*, quod deliberaverat, nequaquam ad effectum perducere potuit.

adv. **controversim.** *incontra – dagegen, umgekehrt:* WIBALD. epist. 167 p. 283,16 et -m acutior illa collectio. *Hellmuth*

contrudo, -ere. **1** *coacervare – anhäufen, ansammeln:* FRANCO LEOD. circ. 1,22 aurum in massam -ere diabolicum putas, distribuere . . . humanum. **2** *protrudere, inicere – hineinschieben, -'schubsen':* ALBERT. M. animal. 23,119 retrorsum in rete -itur *phasianus*.

?***contrunco,** -atum, -are. (con *et* truncus) *dolare, e truncis fabricare – zurechthauen, aus (rohen) Stämmen zimmern: v. p. 1645,54.*

***contrutino,** -atum, -are. *perpendere, trutinare – abwägen:* TRANSL. Dion. Ratisb. epist. p. 354^{b},45 ab his *(viris)* decalogus vere -tus inspicitur et inspectus perficitur.

***contubernacularis** (-tab-), -is *m. contubernalis, socius – Kamerad, Genosse:* SUMM. Heinr. C p. 209 contubernalis/ contubernialis quasi contabernacularis/-is, id est heregisello.

***contubernaculum,** -i *n. contubernium, aula regia – Gefolgsleute, Hofstaat:* CHRON. Reinh. a. 1189 p. 543,35 imperatorem . . . suscepit et . . . cum omni -i frequencia largis sustentat stipendiis *rex Ungarorum*.

contubernalis (-nia-), -e. **1** *adi.:* **a** *de hominibus i. q. ad contubernium pertinens, domesticus – zur Familie, Hausgemeinschaft gehörig:* DIPL. Heinr. II. 390 p. 501,34 (spur. s. XI.$^{ex.}$) petitione nostrae dilectae atque -ialis coniugis Cunigundae. NARR. de rel. Scafhus. 4 p. 956,7 ne fidelibus Domini Salvatoris veniret vacua, sed ut eos . . . letificaret donis, quorum fuerat . . . socia -is. **b** *de rebus incorpor. i. q. in (contubernii) communione exsistens – beruhend auf, sich ergebend aus der (Haus-)Gemeinschaft:* MIRAC. Adalh. 2,2 (MGScript. XV p. 864,15; c. 1100) quasi pro -i (-iali *var. l.*) foedere ad requirenda eius *(s. Petri)* bona fungebatur legatione. CHART. Udalr. August. I 19 cum ministeriales . . . pro -i obsequio ab abbate . . . calceos hiemales iure feodali repeterent. CHART. Turg. III 419 p. 197,21 pauperibus . . . lepre flagello perculsis ac humane familiaritatis -i solatio destitutis . . . panes . . . ministrare. **2** *subst. masc. et fem. (usu attrib.: l. 59):* **a** *cohabitator (-trix) – Hausgenosse (-in), Mitbewohner(in):* HEITO Wett. 10 mansio mihi et alio data -i meo. PETR. DAM. epist. 124 p. 410,20 Christus tibi -is sit et conviva. CHART. Mog. A I 462 p. 370,27 si quis homo predictę ęcclesię uxorem in -ialem legitime duxerit. ALBERT. M. summ. creat. 1,58,3 p. 608^{b},17 quod angelus est cum anima, Deus in anima; ille ut -is animae inest, Deus ut vita. *saepius*. **b** *sodalis, socius (-a) – Begleiter(in), Gefährte (-in), Genosse (-in):* VITA Desid. Cad. 9 (epist.) regi sis fidelis, -es diligas. VITA Burch. Wirz. 2 misit nobis Deus virum -ialem (-em *var. l.*), cui *eqs.* GUNZO epist 15 p. 48,26 Helię non immerito quis eam *(Astream)* -ialem (-em *V*) dixerit, cui *eqs. al. v. et l. 29.*

adv. ***contubernaliter.** *more contubernalis, convivae – als Haus-, Tischgenosse:* VITA Richardi 3 contigit . . ., ut . . . comes . . . hospitio huius viri . . . -r frueretur.

***contubernia** *v.* contubernium.

contubernialis *v.* contubernalis.

***contuberniolum,** -i *n. parva manus – kleine Schar:* VITA Landel. Laub. 429 -tūberniolo comitum fretus venerando, quos iam litterulis depinxit scedula tupis *(i.* typis; *hos duos versus post v. 421 transponendos esse ci. H. Antony).*

contubernium, -i *n. vel raro* ***contubernia,** -ae *f. script.* -urb-: *l. 8. consortium, communio, societas – Gemeinschaft, Gesellschaft (plus minus vigente notione cohabitandi, convivendi):* **1** *proprie:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* EINH. Karol. 19 p. 25,8 dicens se earum *(filiarum)* -o carere non posse. RUOTG. Brun. 43 p. 45,15 cum . . . Bruno . . . fratris sui . . . -a . . . reliquisset. PETR. DAM. epist. 28 p. 272,1 nec abesse sibi per spiritale -um credit *sacerdos,* quos *eqs.* UDALSC. Egin. 22 p. 441,14 episcopus in regiae -urbernio expeditionis Italiam proficiscitur. DIPL. Frid. I. 25,6 si clericus . . . pacis violatorem in -o suo habuerit. 171 p. 291,24 in sustentatione servorum Dei civium celestis patrie -um promereri. CARM. Bur. 33,5,10 prelati vita vilium vilescit -o. ALBERT. M. sacram. 232 p. 151,72 in quibus *(foventibus societatem)* consistit -um et convivatus. *saepe*. **β** *de convictu monastico:* WILLIB. Bonif. 2 p. 9,11 abbatis . . . elegit magisterium fratrumque secum . . . viventium -am (-a, -um *var. l.*). AGIUS vita Hath. 3 parentum tectis ancillarum Dei -um anteponens. VITA Mathild. I 7 p. 126,4 puellam . . . rex tradidit in -um sanctimonialium. *al.* **γ** *de concubinatu:* CONC. Merov. p. 68,12 cum presbyteri . . . permixtionis . . . -um permutent germanitatis affectu. NICOL. I. epist. 99,2 p. 569,30 quanto potius a carnali oportet inter se -o cessare, quos *eqs. al. v. et p. 1769,5.* **δ** *de matrimonio:* NICOL. I. epist. 99,3 p. 569,37 in nuptialibus -is (*postea:* foedera). **ε** *de confoederatione:* OTTO FRISING. gest. 2,20 p. 122,9 a Mediolani -o recedere Papiaeque sociari (RAHEW. gest. 4,11 p. 246,3). NARR. itin. nav. p. 183,1 que *(Galicia)* nobis -o iuncta est. **b** *latius:* **α** *commercium – Umgang, Verkehr:* HIST. Mosom. 1,6 p. 150,37 cum neque legum iudicio neque civili -o, quae sua erant, quiete possidere potuisset. EBO BAMB. Ott. 1,1 domna . . . Iudita, cui familiare -um prestabat. *al. v. et p. 723,3. consuetudo, familiaritas – Vertrautheit, Freundschaft:* DESID. CAD. epist. 1,5 recordatio -i et dulcido auspicatae indolis. EPIST. var. II 24 antiqui -i memor esse. **β** *participatio – Anteil, Teilhabe:* DIPL. Otton. I. 356 p. 488,39 quatinus . . . felicitatis aeternae -um nobis non denegetur *(cf. Vulg. Luc. 16,9). al.* **2** *meton.:* **a** *coetus, manus, grex – Schar, Gruppe, Truppe:* **α** *in univ.:* ALCUIN. epist. 187 p. 313,29 legimus Dominum discipulis praecepisse, ut turbas per -a (-as *var. l.; cf. Vulg. Luc. 9,14* convivia) discumbere fecissent. VULC. Bard. 5 p. 320,4 milites . . . sui *(episcopi)* . . . ab eo recedentes regalibus sese subdiderunt -is. ANNAL. Ianuens. I p. 75,4 predecessoris sui . . . atque aliorum multorum sanctorum -is . . . sociari meruit *Syrus. al. adde de receptione:* ULMAR. Ved. 6 (MGScript. XV p. 400,17; a. 875/ 80) recusantibus illis *(nautis)* consortium nostrorum, nisi darent solidos -i. **β** *conventus – Konvent:* HUGEB. Willib. 5 p. 102, 22 felicem fratrum -am sedulis disputationum admonitiis . . . docebat. FORM. Bitur. app. 4 abbatissae una cum omni -o ancillarum Dei vobiscum degentae. VITA Pirmin. I 5 p. 25,15 Deo . . . aedificavit domum atque suorum alumnorum . . . dimisit -um. BERNO epist. 15 cum omni -o Augiensium fratrum. ALEX. MIN. apoc. 20 p. 425,29 moniales eiusdem -i. *saepius*. **γ** *(latronum) manus – (Räuber-)Bande:* LEX Sal. Merov. 72 (rec. B) si quis ingenuam feminam . . . -o facto seu in itinere . . . adsalierit. LEX Ribv. 45,2 si quis a -o probabiliter ligatus super res alienas fuerit. *al.* **δ** *comitatus – Begleitung, Gefolge:* VITA Liutg. I 29 p. 75,18 quidam ex eius -o clericus (clericis *A et ed.*) . . . vigilavit. OLBERT. Veron. 5 venit . . . vir . . . nec a -o suorum solus, sed collegio sex mulierum . . . comitatus. *al. de aula regia:* LAMB. HERSF. annal. a. 1073 p. 167,6 tanta in me incanduit *rex* indignatione, ut a -o suo . . . me amoveret. **b** *sedes, domicilium – Wohnsitz:* LUP. FERR. epist. 116,5 vos elegit, . . . intra quorum collegium admissus vicarium nostri loci -um possideret. HELM. chron. 41 p. 84,5 eo quod fuerit illic Heinrici familiare -um. 55 p. 107,5 in quibus *(circumiacentibus)* Saxonum erant -a. *al. v. et vol. I. p. 1077,3.* **3** *translate et rebus:* WOLFHER. Godeh. I praef. p. 167,46 ut . . . quodam copulationis -o alternatim semet . . . iungat seiungatque conexio *fluctuantis materiae*. ARIBO mus. 5 p. 57 diatesseron et diapente . . . in quibusdam cantilenis suum ostendunt -um.

contubernius, -i *m. contubernalis, socius – Kamerad, Genosse:* GLOSS. IV 48,43 St.-S. -us ginoz vel gisello. III 426,42. IV 169,30. ANNAL. Ianuens. II p. 27,2 Hugo . . . ad superna

[Dinter]

gaudia transmeavit et beato Syro aliisque -is meruit . . . sociari *(ni subest* contubernium, *cf. p.1792,42)*.

contudelon *v.* cotyledon.

contueor (-uor), -eri *vel rarius* **contueo,** -ere. *partic. praes. usu subst.: l. 9. 12.* **1** *intueri, (in)spectare, videre – sehen, (an)schauen, betrachten:* **a** *proprie:* RATHER. quadrag. 2,37 l. 747 Deus . . . , caput universorum, oculi omnia -entes. PETR. DAM. epist. 165 p. 199,25 sanctitatis illum *(monachum)* opinio -entibus plerumque commendat. YSENGRIMUS 3,118 -uor in primo te calidum esse gradu. 3,225 -uor (cum tuor *B*) ac stupeo. CHART. Brixin. 152 p. 165,23 universi . . . presens scriptum -entes. *al.* **b** *translate:* **α** *perspicere, intellegere – einsehen, erkennen:* SCHOL. enchir. 419 id apertius -eri (intueri *Kr*) poteris, si *eqs.* ALBERT. M. metaph. 7,1,6 p. 326,42 intellectus noster non surgit ad theologica -enda, nisi *eqs. al.* **β** *respicere – Rücksicht nehmen (auf):* AMBR. AUTP. Pald. 12 (MGLang. p. 552,39) si considerare negligat *abbas* et -ere infirmorum imbecillitates. DIPL. Constantiae 8 p. 28,18 si iusta fidelium nostrorum desideria imperialis . . . -etur immensitas. **2** *tueri, (con)servare – schützen, bewahren:* **a** *in univ.:* DIPL. Frid. I. 226 p. 12,13 tamquam nostra propria ipsum *(comitem)* et sua imperialiter -emur. CHART. civ. Spir. 28 p. 30,17 ecclesias Dei . . . a malo futuro -eri. *al.* **b** *tegere, occultare – decken, verbergen:* ORD. iud. Dei A 2^{b} p. 607^{b},7 si culpabilis . . . per herbas peccata sua -eri (tueri *3*) voluerit. 12^{b} p. 617,8.

contuitio (-cio), -onis *f.* **1** *tuitio, conservatio – Schutz, Bewahrung:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 291,29 quicquid eis optimum videretur de statu regni . . . et vitae illorum necessaria -e. CHART. civ. Spir. 28 p. 30,15 cum ex officii nostri . . . gracia benignitatis et amminiculo -cionis equaliter omnibus teneri videamur. **2** *conversatio, observantia – Wandel, 'Observanz':* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 303,27 quorum *(magistrorum)* . . . collatione, disciplina et -e salutari . . . se undique praemuniri cupiebat *imperatrix*.

contuitus, -us *m. script.* quon-: *l. 52.* **1** *contemplatio, consideratio – Betrachtung, das Anschauen:* **a** *corpor.:* ALBERT. M. eth. II 9,3,6 p. 598^{a},2 sensum (sensus *ed.*), quo utitur *amicus* circa seipsum et quem eligit ad suiipsius -um et notitiam habet, eligit etiam ad amicum noscendum (nocendum *ed.*). **b** *spirit.:* BEDA temp. 15 cum . . . lunae conversio mentis gloriam de terrenis ad caelestem doceat mutari -um. ALBERT. M. sent. 3,35,3 p. 647^{b},47 carnalitas deprimens a -u divinorum. div. nom. 1,18 p. 9,57 dicitur . . . 'contemplatio' propter simplicem -um essentiae simplicis. anim. 3,2,11 p. 192,38 -us . . . intelligibilis indivisibilis et unus est ante scientiam et post. **2** *obtutus – Blick:* ARNO REICHERSB. scut. p. 1501^{A} quod muri . . . obstacula . . . -um impedire non valuerint. **3** *aspectus, species – Anblick:* IULIAN. TOLET. insult. 9 sub isto te *(sc. Galliam)* semper humilitatis -u agens. TUTO opusc. 5 p. 129,31 nec repentino militum adventu nec armorum -u . . . conterritus. **4** *respectus – Hinblick, Hinsicht:* IULIAN. TOLET. Wamb. 30 utraque pars in -u (quon- *1d*) quodam sese lectionis huius inspiciens. RANGER. carm. 1057 ex hoc -u, quia Christus filius esse creditur . . . cum genitore Deus.

***contulitio** (-llicio, -lacio), -onis *f.* *(v.* confero *p. 1293,41) collatio, donatio – Verleihung, Schenkung:* FORM. Andec. 31 qualiter aliquis homo . . . fuit . . . naufragium passus et exinde perdidit . . . strumenta sua . . . vindicionis, dotis, . . . -llicionis. 32 p. 14,33 -lacionis. FORM. Turon. 18 dono tibi per hanc epistolam -is (donacionis *A3*) . . . locello *eqs.*

***contulus,** -i *m.* (contus) *baculum, virga, contus – Stab, Stecken, Stange:* NOTKER. BALB. martyr. V. id. Iun. p. 1102^{B} -um in veru sanctus exacuit. ROD. GLAB. hist. 5,12 pannus . . . aura flante a -o elapsus . . . avolavit. *de signo:* PAUL. DIAC. Lang. 5,10 Amalongus, qui regium contum ferre erat solitus, quendam Greculum eodem -o (contu, conto *var. l.*) . . . percutiens.

contum *v.* 1. contus.

contumacia (-tia), -ae *f.* *usu plur.: p.1794,9.* **1** *pertinacia, obstinatio, immodestia, arrogantia – Hartnäckigkeit, Widerspenstigkeit, Unbotmäßigkeit, Anmaßung:* **a** *gener.:* LEX Baiuv. 12,9 si quis . . . propter -am (-tiam *P1*) legi obtemperare noluerit. CAPIT. reg. Franc. 148,1 si servi per -tiam collecta multitudine alicui vim intulerint. EINH. Karol. 28 p. 32,28 vicit . . . eorum *(imperatorum)* -am magnanimitate. DIPL. Conr. II. 251 p. 347,32 ad eorum *(civium)* comprimendam -tiam. LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 208,2 r e b e l l i o n i s atque -ae pestilens . . . morbus (ORTL. chron. 1,9 p. 48,28). HILDEG. scivias 1,3 l. 564 de stultitia et -a hominis. CHART. Carniol. II 272 p. 212,3 propter -tiam subditorum. CHART. civ. Erf. 281 p. 179,6 ut de offensa satisfacerent *consules* . . . et purgarent -as *eqs. persaepe*. *spectat ad solutionem debiti:* CHART. Tirol. 635 (a. 1212) si in prescripto termino pensum curie dare per -tiam neglexerit. CHART. Brixin. 73 si in tali -a persisteret *censualis*. **b** *t. t. iur. i. q. recusatio citationis – Ladungsungehorsam:* CONC. Karol. A app. 9 p. 839,41 de sua absentia vel -a . . . dampnatum eum esse legibus iudicamus. FORM. extrav. I 3^{b} trinis est litteris evocatus et faciente -tia (incontumatia *3*) iudiciis adesse dispexit. CHART. Aquens. 184 l. 9 nec venerunt nec pro se miserunt, unde eos pro -a excommunicavimus (CHART. Solod. I 344 p. 192,12. *ibid. al.*). CHART. Carniol. II 346 p. 270,23 de citatis tercio et ob -am se a iudicio absentantibus emendam . . . iudex . . . recipiet. *saepe*. **2** *summitas (capitis), calvaria – (Schädel-)Decke:* ROGER. SALERN. chirurg. 1,337 de vulnere . . . facto in -a capitis. 338 si vulnus fuerit in -a (gloss.: id est in summitate *M*; id est eminencia *Fl*). GLOSS. Roger. I B 1,4 p. 515,27sqq.

[contumacio *v.* commutatio *p. 1015,70.]*

contumacitas, -atis *f.* *contumacia, arrogantia – Starrsinn, Anmaßung:* INNOC. III. registr. 1,118 p. 179,9 ut sic rebellium et superborum -s elidatur.

contumax, -acis. *script.:* -tim-: CHART. archiep. Magd. 192. -tom-: *l. 34.* *form.* -acus: *l. 36.* **1** *de hominibus i. q. obstinatus, arrogans, seditiosus – trotzig, widerspenstig, rebellisch:* **a** *gener.:* CHRON. Fred. 4,70 Chrotharius . . . multus nubilium Langobardorum, quos sibi sinserat -tomacis, interfecit. FORM. Marculfi 2,41 quod si non feceremus et ob hoc neglegentes, tardi aut -i (-is *A 1. 2*) fueremus. LEX Baiuv. 1,7 homo -x et superbus (CAPIT. reg. Franc. 98,20. *al.*). PETR. DAM. epist. 44 p. 30,1 quam perniciosa res spiritus -x et litigiosus in monacho. BERTH. (?) annal. a. 1080 p. 324,47 Dei iustitiae -issimi contemptores. ACTA pacis Sangerm. app. 2 p. 101,28 cum . . . Gaietani imperialis corone -es . . . et rebelles . . . papam sibi in dominum elegerint. *persaepe*. *subst. masc. (fem.: l.46):* HUGEB. Willib. 4 p. 94,26 qui *(Deus)* . . . suos . . . inter carceres et -ium catervas . . . protegere . . . dignatus est. WALAHFR. Gall. 1, 5 -ium sterilem turbam reliquit *Columbanus*. HROTSV. Sap. 5,3 cur dignaris cum hac -e verba miscere? DIPL. Frid. I. 120 p. 203,16 ut -es iusta severitate puniat *imperialis excellentia*. STATUT. ord. Teut. p. 75,8 fratres . . . debent . . . per . . . districtas emendaciones flectere -es. *saepe*. **b** *t. t. iur. i. q. (citationi) non parens – (die Ladung) verweigernd:* CHART. episc. Hild. II 216 p. 91,9 (c. 1227) nec per se nec per nuntium . . . comparuit *miles*; ipsum . . . -em iudicavimus et pro contumatia excommunicavimus. CHART. Tirol. notar. I 92 p. 45,32 condempnamus . . . Tomasium absentem et -em in dictis sex libris. CHART. Stir. IV 82 p. 52,19 ut . . . eam *(partem)* -em reputare . . . deberemus. *al.* *subst. masc.:* FORM. extrav. I 3^{b} ut . . . nos adversum se secundum legis in -es ferre sententiam recognoscat. DIPL. Otton. III. 339 p. 768,46 -em tertia vice vocatum datum iudicatum firmum est *(cf. Cod. Iust. 7,43,9)*. CONST. Melf. 1,100 p. 162,16 eadem censura . . . facienda <est> contra evidentes et expressim -es, qui *eqs. al.* **2** *de morbo i. q. permanens, pertinax – fortdauernd, hartnäckig:* CHART. Sangall. B 459 p. 333,7 (epist. papae s. XIII.$^{med.}$) qui *(zelus noster)* morbum eius post fomenta lenia -em *(an leg.* continuantem*?)* gladio sectoris inpetiit.

adv. **contumaciter**. *script. compar.* -tius: *l. 71.* **1** *pertinaciter, arroganter, superbe, seditiose – trotzig, anmaßend, überheblich, aufsässig:* LEX Baiuv. 14,16 si quis . . . -r alterius iumento . . . hoc iniuste perpetraverit. ARBEO Emm. 27 qui *(extorquentes)* suae crudelitatis in eum -r manus inponebant. MANEG. ad Gebeh. 25 p. 357,27 imperatam . . . sibi contumatiam et rebellionem rebellius et -tius . . . publicabant. ANSELM. Hav. dial. 1,9 p. 78,26 fuit Manes . . . duo principia -r docens. DIPL.

[Dinter]

Frid. I. 137 p. 231,29 cetera . . . , quę . . . presumptuose et -r retinet. CONST. imp. II 300 p. 414,27 creditor debitorem . . . traxit in causam conquerens ipsum -r et violenter, quod vulgariter wreveliche vocatur, pecunie sibi debite solutionem neglexisse. *saepe*. **2** *inoboedienter – aus Ungehorsam (usu iur.):* CHART. Bund. 466 p. 358,20 (epist. papae a. 1194) si . . . episcopus ab eorundem iudicum presentia se -r absentaret *(sim.* CHART. episc. Misn. 65. *al.)*. CHART. Salem. 441 cum . . . Alwicus -r de iudicio recesserit. *al.*

contumelia, -ae *f. vel raro* **contumelium,** -i *n. script.:* cumt-: *l.17.* -mil-: AETHICUS p. 170,11. -mul-: *l.17. ?usu attrib.: l.15.*

1 *strictius:* **a** *de actione:* **α** *ignominia, probrum, offensa – Beschimpfung, Beleidigung, Kränkung:* ARBEO Emm. 15 cum . . . princeps . . . multis iniuriosissimis et -is . . . verbis (verba *var. l.*) in faciem illius iacularet. FORM. Salisb. II 3,22 qui facit cumtumulia fratri, miser est. THANGM. Bernw. 15 pro . . . beneficiis iniuriam et -am sibi reconpensari. VITA Heinr. IV. 13 p. 40,19 cui umquam regiae personae tanta -a facta est? *eqs.* IDUNG. PRUF. dial. 1,79 ut . . . absque omni doloris sensu sentiam hanc -am illatam michi propter veritatem. ALBERT. M. summ. theol. II 18,119,2 p. 378^{a},11 -a . . . oritur ex ira, quando *eqs. persaepe*. *sensu pass.:* EIGIL Sturm. 25 p. 162,11 (cod. W) ego cunctis . . . omnia convicia et omnes -as meas ignosco. **β** *vexatio (corporalis), vulneratio, castigatio – (körperliche) Mißhandlung, Verletzung, Züchtigung:* LEG. Wisig. 6,4,3 p. 264,26 his, qui male pertulerit aut corporis -am (-um *V6*) sustinuerit. 6,4,7$^{tit.}$ si servus ingenuo fecerit -um (-am *var. l.*). TRAD. Ratisb. 25 ut iniuste -am non paterentur servi ab eo *(abbate)*. ANNAL. Xant. a. 848 qui *(sc. secta)* . . . -is verberum affecti reversi sunt in Galliam. CHART. Ror. 4 famuli . . . ecclesie post predas et -as in tantam audatiam proruperunt, quod *eqs.* HIST. de exp. Frid. imp. p. 50,22 qui *(imperator)* nuntios meos . . . diversis -is affecit. *al.* **γ** *vitiatio – Schändung:* LEG. Wisig. 3,3,1 p. 140,13 quidquid de raptoris rebus pro -o sui perceperat *mulier*. **δ** *incursio, violatio – Angriff, Übergriff:* VITA Poppon. 3 p. 295,43 qualiter . . . naufragia, paganorum . . . -ae (incursiones *1*) . . . in ipsis excesserint. DIPL. Conr. III. 233 de iniuria et -a, quam . . . abbati in eisdem bonis irrogant. **b** *de statu i. q. dedecus – Schande:* ANNAL. regni Franc. a. 778 p. 52,21 fugientes *Saxones* cum ⌞magno -o⌟ (magna -a *var. l.*) reversi sunt Saxoniam. IOH. SCOT. praedest. 18,10 odientibus eam *(disciplinam)* sit suppliciorum -a. DIPL. Otton. II. 231 p. 259,13 Regiensis ecclesie . . . in obprobrium et -am omnium ecclesiarum redacte . . . angustiis subvenientes. LAMBERT. HERSF. annal. a. 1071 p. 119,15 cuius *(ducis)* . . . ducatum alius in suam . . . -am invasisset. HILDEG. scivias 1,1 l. 113 homines . . . in -a dormitant. *al.* **2** *latius:* **a** *seditio – Aufstand:* CHRON. Ven. Alt. p. 139,20 orta est inter . . . populum contra Otonem ducem magna -a. **b** *labor, miseria – Ungemach, Mühsal:* LIBER diurn. 106 p. 140,7 pro cuius *(Christi)* amore tantam peregrinationis -am sustines.

contumelio, -avi, -atum -are. *ignominia afficere, indigne tractare – schmählich behandeln, mißhandeln:* HUGO FLAV. chron. 1 p. 352,56 habita questione de eis, qui . . . papam ita inhoneste tractaverant et deponendo -verant. GESTA Vird. cont. II 6 p. 519,36 ut, qui . . . predecessorem suum -verat, et ipse . . . pari ludibrio subiaceret. ARNOLD. LUB. chron. 5,24 p. 201,25 a quibus *(Sclavis)* . . . antistes sepius -tus *est*. Greg. 4,16,50 ipsum *(virum Dei)* stratu rustico et verbis -at.

contumeliosus, -a, -um. *ignominiosus, probrosus, iniuriosus – beleidigend, schändlich, schimpflich:* **1** *de actione:* REGINO chron. a. 885 p. 124,27 cum a ferocis . . . gentis homine durius et -ius (incontumeliosius *A1*) v e r b u m sibi esset prolatum (PETR. DAM. serm. 4,2 l. 97. *al.*). PETR. DAM. epist. 153 p. 57,15 illatis contumeliis non vox -a respondeat, sed *eqs.* MANEG. ad Gebeh. 1 p. 314,11 cum . . . tot . . . mendaciis, tot -is . . . conviciis feteant *scripta tua. al. subst. neutr.:* BERNOLD. CONST. libell. I 3 p. 13,17 literae . . . tuae . . . te et amicam admonitionem sprevisse et insuper -a respondisse denotant. **2** *de statu:* GODESC. SAXO theol. 16 p. 243,12 -issimam, . . . turpissimam mortem crucis est . . . passus *Christus*. HILDEG. scivias 2,6 l. 2260 in conspectu meo polluti et -i apparent *adulteri*. HUGO HONAUG. hom. 3,35,3 non est more Arrianorum vituperabilis et -a putanda similitudo, quae est inter Patrem et Filium. *al.*

adv. **contumeliose.** **1** *probrose, malitiose – in beleidigender, böswilliger Weise:* EPIST. Meginh. 8 ne quis . . . superbe aut -e interpretari possit. TRAD. Werd. 30 non pauca contumeliarum verba cum suis -e loquutus est. DIPL. Conr. III. 268 p. 464,36 si quam iniuriam ecclesię . . . sciens et -e facere presumpserit *advocatus*. *al.* **2** *ignominiose, inhoneste – mit Schimpf und Schande:* GLOSS. psalt. Lunaelac. 17,43 viriliter -eque eos tractabo. RUD. TRUD. gest. 2,12 intelligentes *monachi*, . . . quod . . . violenter et -e truderentur in exilium, si *eqs. al.*

contumelium *v.* contumelia.

contumesco, -ere. *(simul) tumescere – (gleichfalls) anschwellen:* AESCULAPIUS 41 p. 66,1 aliquoties et collum . . . vesicae tumescit; sic agnoscimus . . . , ut . . . vicina loca -ant.

contumilia, -mulia *v.* contumelia.

contumulo, -atum, -are. *consepelire – begraben (mit, bei):* YSENGRIMUS 7,536 nunc patruo dulci -andus obi. OLIV. descr. p. 21,24 beatus Stephanus . . . ad ultimum Rome beato Laurentio -tus est.

contundo, -tudi, -tusum, -ere. *script. et form:* cumt-: *l.30.* -tons(us): *l.35.* tuns(us): *l.30. al.* -tuss(us): *l.30. adde* ANTIDOT. Glasg. p. 120,34.

1 *spectat ad confectionem:* **a** *(in mortario) conterere, in pulverem redigere – (im Mörser) zerstoßen, zerstampfen, pulverisieren:* MAPPAE CLAVIC. 4 elidrii -si et cribellati partes VII. 52 omnia -is et cribellas. BOTAN. Sangall. 1,1 herba vitonica cumtussa. WALAHFR. hort. 258 si, quod -sum (-nsum *var. l.*) est *(sc. liliae),* summo liventis in ore ponatur puncti. THEOPH. sched. 1,20 semen lini . . . mitte in mortarium et -e illud pila *eqs.* CAES. HEIST. mirac. II 1,33 p. 60,25 faciens *matrona* condimentum ex speciebus aromaticis -sis. *saepius*. *subst. neutr.:* ANTIDOT. Glasg. p. 120,33 radicis felicis -tonsa inponis. **b** *comprimere, obterere – zerquetschen, zertreten:* ALDH. virg. II 2800 e quibus *(racemis)* in praelo plantis -itur uva. ALBERT. M. animal. 8,180 quaedam *(apes)* . . . pistando et quasi -endo pedibus faciunt subchuda. 23,78 caro . . . primo ponatur . . . in suco facto de -sis rafano et lumbricis terrae. **2** *spectat ad laesionem:* **a** *proprie:* **α** *ferire, tundere – schlagen, stoßen:* VITA Erasmi 316 in maxillas -i hunc *(sanctum)* . . . iubebat *caesar*. VITA Poppon. 28 p. 312,21 ut . . . sumpto lapide p e c t u s eo -ret, ut *eqs.* (MIRAC. Cuneg. 79. *al.*). THEOPH. sched. 1,38 cum quibus *(malleis)* . . . -as ipsas spinas, donec *eqs.* **β** *collidere, consauciare – prellen, quetschen:* ALBERT. M. animal. 2, 115 si forte -antur testiculi animalium. THEOD. CERV. chirurg. 1,3 p. 135^{G} oportet . . . , ut caro -sa putrescat. *ibid. al.* **γ** *impingere – aufschlagen:* WALAHFR. exord. 12 p. 486,27 quidam in oratione pectus pugnis pavimentant, caput -unt. **δ** *verberare, concutere – peitschen, durchrütteln:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,139 undarum nimiis multum -sa procellis *Nicea*. LIGURINUS 2,268 frigora passus miles et hyberni -sus turbine caeli. 7,179 candida lilia nimbus -udit. **ε** *percutere – (verwundend) einhauen, einhacken (auf):* GERH. AUGUST. Udalr. 1, 10 l. 115 paucissimi . . . ictibus -nsi (-si *E*) ac diversis modis vulnerati . . . evaserunt. EUPOLEMIUS 2,261 caput hostis -udit ense. THIOFR. Willibr. I 13 p. 468^{E} aquila *(sc. Willibrordus)* . . . predicationis rostro interiora eius *(gentis)* . . . -ere elaboravit. *v. et p.1798,39.* **ζ** *rumpere – bersten machen:* EGBERT. fec. rat. 1,736 madefactus Aprilis frigidus et Maius -ent horrea messe. *medial. i. q. confringi – brechen:* ALBERT. M. animal. 3,77 os . . . non incurvatur neque flectitur, sed potius -itur. **b** *translate i. q. affligere, confundere – niederwerfen, zunichte machen:* BONIF. epist. 78 p. 168,11 superbiam talium sermo divinus -it dicens: *'eqs.'* EINH. Karol. 12 p. 15,9 quos *(sc. nationes)* ille una tantum . . . expeditione ita -udit (contrivit *A2*) ac domuit, ut *eqs.* VITA Heinr. IV. 3 p. 15,16 diffidentes *Saxones* viribus suis . . . in priori bello gravissime -sis. LIGURINUS 8,72 fames Ligurum . . . superbas ceperat . . . mentes -ere morbo. *al.*

contuor *v.* contueor.

?conturana, -ae *f.* (*cf. ital.* contorno) *loca vicina, circum-*

[Dinter]

iacentia – Umgebung: CHART. Ital. Ficker 244 p. 292,32 (a. 1210) nullus baiulus civitatis ponatur super Villova, nisi pro custodia castri et -e.

conturbatio (-cio), -onis *f.* *perturbatio – Verwirrung:* **1** *corpor.:* **a** *gener. i. q. tumultus – Aufruhr:* LEG. Wisig. 2,1,8 p. 54,24 quicumque . . . -em aut scandalum in contrarietatem regni nostri . . . facere voluerit. *meton. de turba tumultuosa (loci spectant ad Vulg. psalm. 30,21):* CHART. Rhen. inf. I 308 p. 204,28 (a. 1130) ut Deo . . . servientes . . . tanto sint liberiores, quanto a -e hominum fuerint remotiores (CASUS Petrish. 5,1 p. 669,18). **b** *medic. de morbo intestini:* PAUL. AEGIN. cur. 195 p. 118,8 cholera ventris est inmoderata -o (*3,39,1* ἐκτάραξις). **2** *spirit.:* **a** *sollicitudo, inquietudo, vexatio – Unruhe, Störung, Belästigung:* COD. Karol. 80 p. 613,13 ut . . . Adalgisus . . . non aliquam nobis vobisque -cionem facere moliatur. CAPIT. reg. Franc. 62,26 de traditionibus ut in abscondito non fiant propter -es (contentiones *var. l.*) diversas. HILDEG. scivias 2,4 l. 426 quibus haec felicitas deest, hos maligna -o possidebit. BERTH. RATISB. serm. 16 p. 85,15 nocet *nocumentum vitiorum* proximo per scandalum imitationis, -is *eqs. al.* **b** *consternatio, confusio – Bestürzung, Verstörung:* TRANSL. sang. Dom. in Aug. 32 antecedentis maestitiae -o in subsequentis gaudii iocunditatem conversa est. ALBERT. METT. div. temp. 1,7 clericus . . . errori Iudeorum consensit; hoc audiens rex . . . -e commotus est. BERENG. TREV. serm. 2 (PL 160,1018^{B}) commotio parturit gemitum, -o dolorem. HIST. peregr. p. 172,19 imperator . . . ad -em et detrimentum exercitus expiravit. ALBERT. M. anim. 1,2,9 p. 41,55 quando . . . irascitur, primo anima movet cor secundum systolen propter -em *eqs. al.*

***conturbativus,** -a, -um. *turbationum efficiens – Störungen auslösend:* ALBERT. M. veget. 6,437 est *scamonea* . . . -a et facit nauseam *(ex Avic.)*.

conturbator, -oris *m.* *concitator, inquietator – Aufwiegler, Störenfried:* CAPIT. Bened. 3,11 de -bus ecclesiae opprimendis.

conturbernium *v.* contubernium.

***conturbium,** -i *n.* **1** *tumultus – Aufruhr:* LEG. Wisig. suppl. p. 483,12 quicumque . . . -um intra fines Hispaniae temptaverit excitare. CAPIT. reg. Franc. 25,1 magnum -um in regnum . . . terminare. **2** *sollicitudo, turbatio – Unruhe, Störung:* ANNAL. regni Franc. a. 773 p. 36,11 sine lesione vel aliquo -o . . . Italiam introivit *Karolus*. **3** *dissensio, iurgium – Streit, Hader:* CAPIT. part. Saxon. 29 si . . . inter eos *(comites)* aliqua discordia aut -um ortum fuerit.

conturbo, -avi, -atum, -are. *script.* cun-: *l.66.* *perturbare, confundere – verwirren, durcheinanderbringen:* **I** *strictius:* **A** *corpor.:* WIDUK. gest. 1,36 p. 53,18 ille *(legatus)* . . . prefectum cum quinquaginta armatis lateri hostili inmisit et ordines -vit. ALFAN. premn. phys. 7,29 p. 80 -at (*PG 40,648*^{C} συνταράσσει) . . . visum citatus motus, ut *eqs.* (TRACT. de chirurg. 1239). ALBERT. M. animal. 1,279 illi *(motus)* -assent cor et omnia nobilia membra. 1,424 mery -tum. *de aere sim. i. q. permiscere – aufwühlen:* ARBEO Corb. 12 divina virtus . . . tantum tranquillitatem -ans, . . . ut *eqs.* CONC. Karol. A 50^{D},69 p. 669,35 ferunt *magos* . . . suis maleficiis aera posse -are et grandines inmittere. **B** *spirit.:* **1** *de rebus i. q. disturbare – in Unordnung bringen:* **a** *in univ.:* EINH. Karol. 28 Romam veniens propter reparandum, qui nimis -tus erat, ecclesiae statum. CONC. Karol. B I 18 aecclesiastica et civilia negotia contra . . . nomen monachi -are. *al.* **b** *(inter)rumpere – stören, (unter)brechen:* EINH. Karol. 7 p. 9,20 pacem -are. HROTSV. prim. 40 quis foret ille, suum qui -are secretum praesumpsisset. *al.* **2** *de hominibus eorumve animis sim. i. q. inquietare – in Unruhe versetzen:* **a** *gener.:* **α** *sollicitare, concitare, dolore affligere – beunruhigen, aufregen, betrüben:* AGNELL. lib. pont. 52 p. 314,29 ipsum *(pastorem)* audite, non cunturbemini. WALAHFR. carm. 76,7 non tanta meos -ant tristia sensus, exhilarant me quanta tuis de laudibus. VITA Magni Fauc. I 17 p. 144,9 multos homines -at *fluvius* propter velocissimum suum cursum. REGINO syn. caus. 2,446 neminem . . . -et, quia iussimus dare solidos XX. PETR. DAM. epist. 156 p. 74,17 qui *(papa)* cor meum . . . maerore -at . . . ; tulit enim librum nostrum. *al.* *c. sensu agitandi (loci spectant ad Vulg. psalm. 38,12):* MANEG. c. Wolfh. 10 p. 64,17 quas *(sensuum fraudes)* velut aranea tabescentes . . . vane -ti stultorum imitationi pretexebant. CHART. Eichsf. 87 p. 50,17. **β** *concutere, commovere – erschüttern, bestürzt machen:* HROTSV. Abr. 3,6 visceratenus -or totisque membris resolvor. GESTA Camer. cont. I A 12 hiis auditis episcopus usque ad animam -atur. ALBERT. M. eth. I 76 p. 68,8 videtur, quod non -ent eum *(felicem)* infortunia *eqs. al.* **b** *publ. et iur. i. q. molestare, detrimento afficere – belästigen, beeinträchtigen:* CAPIT. reg. Franc. 252,9 nullus . . . legationem episcoporum impediat vel -are praesumat. DIPL. Conr. II. 186 p. 248,12 ut nullam potestatem . . . exerceant in predictis rebus . . . vel abbatem i n a l i q u o -ent (DIPL. Frid. I. 66. *al.*). DIPL. Heinr. III. 387 p. 533,9 (spur.) ut . . . nullus . . . aecclesiam divestire, molestare, -are audeat. *al.*

II *latius i. q. pessum dare, perimere – zunichte machen, vereiteln:* DIPL. Frid. I. 539 p. 487,20 quod discordia membrorum capitis . . . unitatem et tante rei *(sc. electionis)* frugalitatem -vit.

conturnix *v.* coturnix.

1. contus (cun-, comt-, compt-, -ncus, -nctus, -thus), -i *m.* (-um, -i *n.: l.48*) **1** *pertica, baculum – Stange, Stab:* **a** *in univ.:* EKKEH. IV. cas. 53 p. 118,8 dum . . . -is . . . incendia certatim plures miscerent. WILH. HIRS. const. 1,98 p. 1033^{A} unus -us ad subportationem caldariorum *sit in coquina*. LEX minist. Col. II p. 60,21 marschalco *dabuntur* . . . una tina cum suo -o. ACTA imp. Winkelm. I 693 p. 550,26 quot . . . uncos ferreos -cis immissos, . . . quot ad expugnandum diversa genera facta fuerint. *al.* **b** *lignum ad naves propellendas – Stake:* WALAHFR. carm. 14,3,4 ni -o pigra robora et remis subigas celer. HERBORD. Ott. 3,17 p. 178,15 -o (remo *O*) gubernata *navicula*. *al. de malo (ut vid.):* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,9 erige confractos . . . -os. 5,143. **2** *hasta, lancea – Spieß, Lanze:* CHRON. Fred. 2,57 p. 80,28 quem *(Avarum)* -tho (cuncto *2a*) in brachio percusso . . . a Theuderico . . . superatus est. WALTHARIUS 1356 -um contorsit in ipsum. EKKEH. IV. pict. Mog. 192 Iacob redit . . . , horruit et fratris -os (gloss.: arma). GESTA Ern. duc. I p. 33,5 horum *(gigantum)* insigne armorum erat -cus metallinus. LIGURINUS 10,369 duro contundit timpora -mpto. SALIMB. chron. p. 543,26 iste insanus . . . cum -cto sive cum darda percussit episcopum *eqs. saepius*. **3** *signum, vexillum (-o affixum) – Feldzeichen, Standarte, Banner:* PAUL. DIAC. Lang. 5,10 Amalongus, qui regium -um ferre erat solitus (*inde* ROM. SALERN. annal. p. 130,4 comtum. *sim.* AGNELL. lib. pont. 156 regalem cuntum. THEOD. PALID. annal. p. 55,61 -um regis). 5,41 inter -os (cunctos *var. l.*) suos *(sc. adversarii)* sancti archangeli Michahelis . . . imaginem conspicio. CONST. Constant. 225 conferentes . . . imperialia sceptra . . . et -a (-os, cuncta *var. l.*) atque signa. *al. in Italia.*

2. contus *v.* 1. como. **3. contus** *v.* cunctus.

[4. contus *v.* 2. cantus. *adde ad p. 197,42sqq.:* ALBERT. M. mot. proc. 2,3 p. 62,2 quae *(circumferentia maior)* est in -orum *(A1, recte ut vid.;* contorum *ed.)* circumpositione.**]**

contusio, -onis *f.* *script.:* -ncu-: *l.70.* -uns-: *l.72.p.1799, 4.* -uss-: *l.65. adde* IOH. IAMAT. chirurg. 1,1.

1 *percussio, concussio – (Zer-)Quetschung:* **a** *proprie:* LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 219,33 Rudolfus dux . . . multis . . . ex assidua -e membrorum affectus est incommodis. BRUNUS LONG. chirurg. 1,7 cum vulnera ex -e accidunt, non negligatur -o. GEBER. summ. 8 p. 274 qua *(humiditate)* -em et extensionem suscipiunt *metalla*. 9 p. 279 quod fiat in eis *(sc. sulphure et argento vivo)* -o (concussio *var. l.*) et extensio per malei compulsionem. **b** *meton.:* **α** *vulnus percussione effectum – Quetschwunde, -verletzung, 'Kontusion' (t. t. medic.):* ANTIDOT. Sangall. p. 92,17 cataplasma ad tumores . . . et -ssiones. ADALBOLD. Heinr. 23 insipientis est, in vulnere . . . cutem sanare et -em carnis sub sanatione cutis occultare. CONSTANT. AFRIC. theor. 9,15 p. 44a^{r} -o nascens ex percussione. GLOSS. Roger. III 635 valet . . . contra recentes -es, si fiat minutio. CHIRURG. Sudhoff II p. 387,94 quod in omni -cusione valet minutio. *al. v. et p. 1231,42.* **β** *massa contusa – Brei:* WALAHFR. hort. 261 haec . . . laxis prodest -o (-nsio *var. l.*) mem-

[Dinter]

bris *(de cataplasmate).* **2** *pulsus, plaga – das Schlagen, Schlag:* FLOD. hist. 3,22 p. 520,9 adeo sum gravatus lacerationibus atque -bus, ut *eqs.* PETR. DAM. epist. 80 p. 414,26 sit . . . mens nostra . . . pretiosi . . . vena metalli, quae sub mallei -nsione purgatur. *al. de planctu:* RATHER. Mar. 1,13 nulla suspiria, pectorum -o sonuit nulla. **3** *prostratio – das Niederstrekken:* THIOFR. Willibr. I 22 p. 472F hic *(Pippinus)* . . . ob creberrimam hostium -em cognominatus Tudites.

contussus *v.* contundo.

***contutatrix,** -icis *f. tutrix – Beschützerin:* CHART. Heinr. Leon. 27 p. 37,38 quę *(Maria)* eiusdem ęcclesię principalis -x est.

contuto, -avi, -atum, -are. *depon.:* PETR. DAM. epist. 153 p. 41,1 *(cf. Vulg. II Macc. 1,19).*

1 *in tuto collocare, condere – in Sicherheit bringen, (ver)bergen:* RHYTHM. 151,9,1 ne quisquam potuisset -ari latebris. SERMO de Const. 2,9 (MGScript. XXX p. 1022,6) in abditis locis se -verunt *habitatores*. HELM. chron. 85 p. 167,20 -ans se in locis firmissimis *rex*. 109 p. 216,30 uxores et parvulos . . . silvis -ant *Slavi*. METELL. Quir. 52,3 qui *(hostis)* turre -tus . . . latet. *al.* **2** *custodire, tueri – in Schutz nehmen, schützen:* TRAD. Baumb. 102 (Mon. Boica III p. 36,21; c. 1150) ut predia . . . delegaret in manum . . . Sigihardi . . . ad -andum et conservandum ecclesie. CHART. Heinr. Leon. 27 p. 37,20 genitricis Dei patrocinio me uberius -ari exopto. METELL. exp. Hieros. 4,961 ad -tum Tancredo principe castrum dum pervenissent *primates. confirmare – bestätigen:* DIPL. Ludow. Germ. 43a p. 58,38 (interp. s. XII.med.) si . . . ea, quę fideles . . . commutaverint, nostris -verimus edictis. *Dinter*

***convalentia,** -ae *f. restitutio sanitatis – Genesung:* MIRAC. Pirmin. 6 mulier corporis contagione clauda . . . sanitate convaluit totiusque populi gaudia in sui -a duplicavit.

convaleo, -ere. **1** *sanescere, se recreare, refici – genesen, sich erholen:* EGBERT. fec. rat. 1,1397a de uno fratre -ente et altero obeunte. CARM. Bur. add. 14,10b,4 egrum medicamine *privas*, unde -ret (-esceret *La*)? CHRON. Erf. mod. II a. 1238 puer . . . mortem . . . evasit, ita ut . . . postea plene -ret. **2** *perseverare, permanere – bestehen bleiben, Bestand haben:* DIPL. Merov. I 69 p. 62,12 unde mercis nostra apud Domino retributure perennis temporibus debiat -ere.

convalescentia (-cia), -ae *f. script.* -exe-: ANNAL. Plac. a. 1273 p. 558,15. **1** *strictius:* **a** *restitutio sanitatis – Gesundung, Genesung:* **α** *in univ.:* CHART. Wirt. II 404 p. 177,30 (a. 1174) ut . . . ecclesiae obventiones . . . vestri infirmi et debiles recipiant et eisdem usque ad -am debitam fruantur. CAES. HEIST. Engelb. 3,51 carpentarius quidam . . . , cum crus haberet infirmum . . . , spe -e . . . sacrum locum adiit. IORDAN. RUFF. equ. p. 34,10 semper locum calidum usque ad -am repetit pro quiete *(sc. equus patiens). al.* **β** *c. sensu curationis:* CAES. HEIST. mirac. I 4,15 p. 186,33 rex . . . cum medico . . . de -a illius *(infirmi)* disputavit. ALBERT. M. metaph. 5,1,2 p. 212,60 destructa *causa* destruit 'ut hic medens' secundum actum 'cum hoc convalescente' secundum actum -ae. *al.* **b** *sanitas (restituta) – (wiedererlangte) Gesundheit:* BENVEN. GRAFF. ocul. B 35 p. 58,6 si posueris in occulo colliria . . . , nunquam paciens postea ad -ciam revertetur *eqs.* WIGAND. Waldg. 36 sanus . . . per merita b. Waltgeri priori redditur -e *(sc. sancti blasphemator).* CONST. imp. II 116,12 nondum resumpta -a. CHART. Basil. C I 202 (epist. papae) etiam si es . . . ita -e restitutus, ut *eqs.* **2** *latius i. q. bona valetudo, salus – gutes Befinden, Wohlergehen:* DIPL. Frid. I. 1009 p. 303,40 quarum *(litterarum)* tenore plurimum exhilarati super -a tua spem firmam concepimus et optatam. *salus animae – Seelenheil:* CHART. Argent. I 238 p. 187,22 (a. 1233) cum iam de -a eius *(sc. marescalci excommunicati)* desperaretur.

convalesco, -valui, -valiturum, -ere. *script. et form.:* comba-: *p.1800,47.* -lis-: *p.1800,56.* -escerat: *p.1800,11. partic. praes. usu subst.: p.1800,29sqq.*

I *proprie:* **A** *spectat ad virium amplificationem i. q. robustiorem fieri, roborascere, accrescere, vigescere – erstarken, kräftig werden, heranwachsen, gedeihen:* **1** *de anim., plantis sim.:* **a** *in univ.:* ALBERT. M. nat. loc. 1,9 p. 15,64 vegetabilia . . . frigida ibi aliquantulum -unt sicut avena et hordeum *eqs.* veget. 2,44 -it *planta* per humorem, quem accipit ex radice. 4,48. animal. 3,81 melius -unt *oves* in salsis et tenuibus pascuis. 7,96 multum -unt *pisces* in ea *(aqua pluvia). ibid. al.* **b** *c. colore quodam:* **α** *crescere – wachsen:* ALBERT. M. veget. 5,59 quod modo non nascuntur vites nisi praecisis aliis arboribus, ideo est, quia, postquam -uerunt ex antiquo, ad se traxerunt loci humorem et nutrimenta. 6,190 pirus est arbor nota valde, quasi in omni terra -ens. **β** *de homine seniore i. q. provehi – fortschreiten:* CHRON. Noval. 5,38 domnus Gezo . . . plenus dierum iam -escerat bona etate. **γ** *de ovis i. q. maturescere – reifen:* ALBERT. M. animal. 23,110 haec *(sc. aestivalia)* ova -unt et pullificant. **δ** *de semine i. q. germinare – keimen:* ALBERT. M. veget. 3,54 lutum, in quo semen facilius -at. **2** *de rebus naturalibus i. q. (vi) augescere – (an Intensität) zunehmen, sich entfalten:* ALBERT. M. veget. 4,60 calor complexionalis non -it et retinetur nisi in humido temperato. **B** *spectat ad virium recuperationem i. q. sanescere, se recreare, refici – genesen, sich erholen:* **1** *corpor.:* **a** *de anim.:* **α** *de hominibus:* GODESC. SAXO theol. 6 p. 170,16 ille -et, id est spassabit, qui iacet in lecto. ANTIDOT. Berolin. 14 qui *(sc. antidotum)* facit . . . ad eos, qui ex longa egritudine minime -unt. ROD. GLAB. hist. 4,5 illum *(sc. militem languentem)* -turum in proximum. PETR. DAM. epist. 55 p. 151,5 de languore. ADAM gest. 3,66 qui *(medici)* te iuraverunt -turum esse de hac infirmitate. TRACT. de aegr. cur. p. 125,16 vidi quendam a febre -entem melancolicam *(sic)* fieri. ALBERT. M. metaph. 7,2,6 p. 346,15 'ut <si> -it' (*p. 1032b,18* ὑγιανεῖ) aliquis ex infirmitate frigida. *persaepe. usu subst.:* CIRCA INSTANS p. 9ar -entibus et melancholicis valet cruda vel cocta comesta *baucia*. PETR. MUSAND. summ. p. 265,5 in -entibus a febre. *v. et p.1799,53.* **β** *de animalibus:* HEINR. TEG. Quir. II 14 mater familias . . . vovit reverendo martiri bovem, si -ret. **b** *de corpore eiusque partibus i. q. salvari – heil werden:* ALCUIN. carm. 3,31,13 -uit . . . viro nervorum flexilis ordo. ALBERT. M. anim. 1,2,16 p. 62,91 corpora animata sunt aliquando valde similia . . . ; et haec divisa -unt, quia *eqs.* **2** *spirit. i. q. se colligere – sich fassen:* HROTSV. Cal. 5,2 si quando ex tristitia hac -am. RUODLIEB VIII 34 postquam -uit *(sc. ancilla flens)*, quod quid fari valet, inquit: '*eqs.*'

II *translate:* **A** *validiorem fieri, invalescere – (an Stärke, Macht, Einfluß, Umfang) zunehmen, die Oberhand gewinnen:* **1** *de hominibus:* ANNAL. Xant. a. 849 gentilitas . . . christianitatem nocuit magis magisque -uit. **2** *de rebus i. q. augeri, increscere – sich steigern, sich mehren:* **a** *in bonam vel neutram partem:* EPIST. Wisig. 9 p. 673,18 ardor fidei comb-ens. AGOB. 14,85 ut salus ac virtus ecclesiae . . . gloriosius in dies singulos -at. FLOR. LUGD. carm. 11,13 ubi -uit misero *(Iuliano)* terrena potestas. RUP. TUIT. off. 2,10 l. 486 calente . . . memoria . . . celebri caritas Christi -it. *de decimis i. q. fructuosiorem, uberiorem fieri – mehr eintragen, üppiger werden:* CHART. Heinr. Leon. 89 p. 134,22 cum . . . decime postmodum lege christianorum -uerint (*inde* 90 p. 137,12 [spur.]. 91 p. 139,32 [spur.]). **b** *in malam partem c. sensu ingravescendi, inveterascendi:* **α** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 5 p. 18,20 languoris -iscente inmensitate. AGOB. 12,27 incredulorum -ente improbitate. LAMB. HERSF. annal. a. 1063 p. 89,16 -ente audacia in ipsa monasteria impetum faciebant *(sc. regni provisores).* LIBER de unit. eccl. 1,12 p. 200,12 ut magis ac magis -bat civilis, immo plus quam civilis discordia *eqs.* HIST. Walc. 39 -ente . . . tyrannidis enormitate. *al.* **β** -ere in, ad *i. q. abire, mutari – ausarten, umschlagen (in):* CONC. Karol. B I 33,23 p. 364,4 quia proprie episcopale ministerium est, ut . . . pro ecclesiasticis necessitatibus . . . desudent nec tantum malum *(sc. iniquissimi iuramenti)* ad perturbationem ecclesiarum Dei -at *eqs.* PS. UDALR. epist. p. 256,6 morbi huius *(sc. fornicationis)* conspersione ad usque pestilentiam -ente. DIPL. Frid. I. 965 p. 242,3 quatinus . . . , quę ad pacem sunt, in litem iterato non -ant (*sim.* NARR. itin. nav. p. 192,15). **B** *firmiorem fieri, confirmari, corroborari – bestärkt, gefestigt werden, Festigung, Bestärkung erfahren:* **1** *de hominibus:* **a** *in univ.:* RIMB. Anscar. 19 p. 41,27 in fide Christi -ens magis magisque incredulos

[Wellhausen]

confundebat (BERNOLD. CONST. libell. XV 2). RUOTG. Brun. 2 p. 3,30 habent . . . in illa *(Brunonis conversatione)* mediocres et humiles, unde -ant. **b** -ere ad *i. q. procedere, pervenire – voranschreiten, gelangen (zu):* ANNAL. Mett. a. 688 p. 3,23 ipse *(episcopus)* illum *(Pippinum)* . . . divinis et humanis frequentissime, ut ad potiora -ret, roborat disciplinis. RATHER. pentec. II 2,55 si te temporaliter flagellat *Iesus* . . . , ad salutem inde -is eternam. PETR. DAM. epist. 40 p. 407,13 ad capescenda vitae praemia. 50 p. 131,12 ad fortiora. **2** *de rebus:* **a** *gener.:* **α** *probari – Gültigkeit haben, sich bewahrheiten:* BEDA temp. rat. 19,31 ponamus aliquod quod et caetera, . . . -at exemplum. PAUL. FULD. Erh. 1,10 (6) -uit in eo scriptura dicens: *'eqs.'* **β** *proficere, adimpleri – Erfolg haben, in Erfüllung gehen:* WILLIB. Bonif. 4 p. 15,23 ad extremum invaliscente omnipotentis Dei providentia -uit etiam sermo petentis. WALAHFR. Otm. 1 ut sui *(sc. Walthrammi)* melius desiderii -ret utilitas *eqs.* PAUL. FULD. Erh. 1,5 (2) voluit, quod valuit, et velle -uit. **γ** *(prospere) succedere, florescere – sich (günstig) entwickeln, aufblühen:* VITA Magni Fauc. II 8 quibus artibus humana habitatio ibidem -ere posset. GUIDO ARET. microl. 20,22 usque in hunc diem ars paulatim crescendo -uit (invaluit *G*). **b** *publ. et iur.:* **α** *ratum haberi, sanciri – (Rechts-)Gültigkeit erlangen, (rechtlich) anerkannt werden:* HIST. Walc. 38 -ente electione . . . in rectorem animarum . . . benedicitur *Immo*. DIPL. Frid. I. 91 p. 152,40 quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis -ere non debet. **β** *perseverare, permanere – bestehen bleiben, Bestand haben:* TRAD. Teg. 350[b] (a. 1155/86) ut hęc institutiones in futuris temporibus -ant et apud successores nostros maiorem firmitatem habeant. DIPL. Frid. I. 858 p. 95,7 ut . . . hec maiestatis nostre statuta rata maneant et in evum firmiori robore -ant. **C** *valere – vermögen:* WILLIB. Bonif. 8 p. 53,18 quia omnipotentis magis quam hominum -it fortitudo. WANDALB. Goar. II 26 tantum apud omnipotentem Deum supplicatio . . . viro sancto fusa -uit . . . , ut *eqs.* ACTA reg. Burgund. 11 quicquid iuste et legaliter secundum priscum testamentum cognoscimus actum, nostra regia auctoritas satis confirmare et corroborare -it.

convalido, -are. *confirmare, corroborare – bekräftigen, bestätigen:* ACTA imp. Stumpf 195 (a. 1194) ea, que ab ipso *(patre)* tradita et suo privilegio sunt confirmata, dignum duximus rata habere et nostri privilegii munimine -are. DIPL. Karoli M. 277 p. 413,15 (spur.) quod ut verius credatur . . . , manu propria roborantes . . . iussimus insigniri et -ari.

convalisco *v.* convalesco.

***convalitor,** -oris *m.* (con *et* *valitor; *fort. cohaeret c.* *balitor) *auxiliator, adhaerens, sequax – Helfer, Anhänger, Gefolgsmann:* CHART. Bern. II 589 (a. 1265) quod si quis . . . tedium vel gravamen inferret . . . comiti . . . vel suis hominibus, coadiutoribus, -bus seu fautoribus *eqs.*

***convalliculatus,** -a, -um. *concavus, laculla impressus – vertieft, eingekerbt:* VITA Mariae rhythm. 710 mentum eius *(Mariae)* decens erat semicirculatum parumque per medium -um.

convallis, -is *f. vel* **convalle,** -is *n. (fere usu plur.). script.* cumv-: *l.68.*

I *proprie:* **A** *vallis, saltus - Tal:* ARBEO Corb. 4 p. 191,13 per latera montium et i m a -ium (Emm. 2. DIPL. Conr. III. 89 p. 159,34. *al.*). DIPL. Zwent. 12 quandam curtem inter -ia . . . consistentem. FROUM. carm. 11,30 nos in tuta positi -e salicti *eqs.* ANNAL. Quedl. a. 1008 per -es terrarum. CHART. Turic. 384 p. 270,9 -is quedam nomine Sweicstat. CHART. Advoc. 83 p. 42,16 usque ad -e citra colliculum patibuli descendens. CHART. Port. 239 que *(via)* . . . protenditur in -e, que . . . Elmetal appellatur. *saepius*. **B** *alveus - Flußbett:* VITA Arnulfi 24 veniunt *(sc. episcopus cum caterva)* ad quondam ripe, cuius riparum telloris excisaque euntibus -em adque lubricum pandebat meatum. *ibid.* surgentes, qui lapsi fuerunt, iam transmeatum cumv-em sese iungunt ad collegas. **C** *concavum, stria - Höhlung, Rinne:* WILLIR. cant. 119,19 p. 29 se reprimunt animis velut in -e canalis, ut mea dicta bibant et regia purpura fiant *(sc. Christi imitatores).*

II *in imag.:* **A** *bibl. et theol.:* **1** *spectat ad humilitatem:* **a** *de humilitate ipsa:* HRABAN. univ. 19,6 p. 514[B] p o m a -is fructus est humilitatis (HILDEG. scivias 1,2 l. 599. *cf. Vulg. cant. 6,10*). *fort. huc spectat:* CARM. Cantabr. A 30,5 carpe ⌞callem commodam⌟ (colles commodos *var. l. [ed. Bulst p. 76, 6], fort. recte*), -es construe *(spectare videtur ad Vulg. Is. 40, 4).* **b** *de personis humilibus:* HILDEG. scivias 2,6 l. 1278 qui *(Filius)* flos est rosarum et lilium -ium *(cf. Vulg. cant. 2,1). de corde hominis:* ARBEO Corb. prol. 12 tot fontis eminentiae tuae pectoris arcem divini muneris, -ia ⌞iam sitientia⌟ (ima scientia *cod., recte ut vid.*) abyssi, micantem conperimus claritatem. **2** *spectat ad luctum:* **a** -is lacrimarum *i. q. mundus, saeculum – (klägliche) Welt, 'Jammertal' (cf. Vet. Lat. psalm. 83,7 [codd. 305.306]):* RADBERT. corp. Dom. 9,401 dum in hac -e lacrimarum vivimus (RUP. MEDIOL. Adalb. 7,3. *al.*). **b** -is plorationis *i. q. contritio cordis – Zerknirschung:* VITA Udalr. Cell. II 18 (9) ascensionis Christi montem adiit ibique in -e plorationis ascendens venturo iudici se totum commendavit. **3** *spectat ad vitia:* **a** *in univ.:* PETR. DAM. epist. 136 p. 463,6 in campo Senaar habitant, qui non constituti in arce virtutum, sed potius in -e vitiorum. **b** *de gentilitate:* LIBRI Karol. III 21 p. 148,2 gentilicae -is abiecta opera invisit eamque sibi fidei integritate adscivit *Dominus*. **B** *alch. i. q. ratio probata, fundamentum solidum – bewährte Methode, feste Grundlage:* GEBER. forn. 28 p. 764 illud *(arsenicum)* . . . Martem dealbat mirifice et intrat secundum ordinem, si sagaciter ambulaveris in -bus huius artis.

convario, -are. *una mutari, accommodari – sich mitverändern, anpassen:* ALBERT. M. animal. 20,7 viscosum . . . est *siccum terreum* ideo, quod -ant partes eius cum humido apprehensae inseparabiliter.

convaso, -avi, -atum, -are. **1** *strictius i. q. in unum colligere – zusammenbringen:* **a** *infundere – hineingießen (in imag.):* PETR. DAM. serm. 50,8 vinum divini carismatis in mentium vestrarum tunnulis -are. **b** *(furandi causa) corripere – (zum Zweck des Diebstahls) zusammenraffen:* TRANSL. Dion. Ratisb. 31 p. 368[a], 31 ut totum *(sc. reliquias)* -vit (-vasit *cod.*), suspensis . . . capsellis . . . custodes praeterit *praedo*. THIOFR. Willibr. II 3,129 -tis ornamentis preciosis. HEINR. TEG. Quir. II 21 dum fures . . . quedam de ecclesiasticis asportanda -assent. METELL. Quir. 62,51 dum res ecclesie fur -ando tulisset. **2** *latius i. q. furari – stehlen:* THIOFR. Willibr. I 27 p. 476[D] omne . . . , quod a quocumque monachicę professionis -atur, convenientius sacrilegium quam furtum appellatur.

***convassallus** (-asa-), -i *m. socius vassallus, consors vassalatici – Mitvasall, Mitlehnsmann:* CHART. Brand. B I 137 p. 103 (a. 1269) de nova civitate Parchem . . . dicimus, quod comite Guncellino, qui dictam civitatem tenet in foedo a dominis marchionibus . . . , stabit pro suo iure eo modo, quo sui -i uti in causis similibus consueverunt.

***conub(i)a** (-nn-), -ae *f. uxor – Ehefrau:* EKKEH. IV. pict. Mog. 139 restat gemma salis Loth connuba. *fort. huc spectat p.1803,49. adde de concubina:* EINH. Karol. 18 p. 22,14 habuit . . . tertiam *(filiam)* de concubina (connubia *B1*, conubia *B2*) quadam.

conubialis (-nn-), -e. *ad conubium pertinens – die Ehe betreffend, ehelich:* UFFING. Ida 1,4 quae *(operatio sancti spiritus)* illos *(sc. duos in carne una)* . . . conn-i iure connexos . . . coelestium . . . inflammavit amore. ANNAL. Quedl. a. 951 rex . . . Otto Adelheidam reginam conn-i sibi vinculo sociandam adquisivit. SIGEBOTO Paulin. 13 vidualem continentiam . . . sic amplectens, sicut prius iuncta est conn-is pudicitiae iura non resolvens.

conubium (-nn-), -i *n. metr.* -nŭb-: *l.69. adde* AMARC. serm. 1,207.

I *proprie:* **A** *strictius i. q. coniunctio (maritalis), matrimonium, coniugium – (eheliche) Verbindung, Gemeinschaft, Ehe:* **1** *gener.:* ALDH. virg. I 19 p. 249,5 iugalitas, quae . . . licitis -i nexibus nodatur. DIPL. Otton. II. 202[a] nos . . . legitimo sortientes -o *eqs.* EGBERT. fec. rat. 1,85 dignum -um, proculo dum competit uxor. ANSELM. BIS. rhet. 3,1 p. 163,2 sibi *(sc. puellulae)* promiseras maritale -um, nuptias legittimas. PETR. DAM. epist. 102 p. 132,21 rex . . . divortit incestum, init legale

[Wellhausen]

connubium. LAMB. LEOD. Matth. I 1245 fędera -i carnis tribulatio. *persaepe*. *remissius de consortio matrimonio simili, concubinatu:* COSMAS chron. 1,3 p. 8,12 ipsa -a erant illis *(tunc temporis hominibus)* c o m m u n i a (1,36 p. 65,22. 2,4 p. 86, 9). DIPL. Pipp. 35 (spur.) ubicumque . . . sive masculus sive foemina . . . sese aliis . . . hominibus lege matrimonii sive connubii . . . sive legitimo sive furtivo complexu miscuerint. **2** *iur. et canon.:* **a** *in univ.:* LEG. Wisig. 9,1,16 si servus fugiens . . . mulieris ingenue connubia sortiatur. 12,2,14 p. 422,3 mancipia . . . , quae ex christianorum et Hebreorum -is (cenobiis *E1*) nata . . . esse noscuntur *eqs.* HRABAN. epist. 29 p. 445,10 quota generatione legitimum -um esse posset *eqs.* CAPIT. reg. Franc. 228,22 cum ad etatem idoneam adulescentes venerint, tunc legitimo possint -o copulari. NICOL. I. epist. 10 qualiter pro duabus feminis Hlotharii regis ecclesiae . . . facies i l l i c i t i -i nevo aspersa sit (49. *al.*). DIPL. Conr. II. 216 p. 296,22 omnium . . . ius est, quod, si connubia de aliena familia sortiti fuerint, . . . divorcium facere poterit *abbas*. *al.* **b** *spectat ad impedimenta matrimonii (de re v. LThK. ²III. p. 702sqq.):* CONC. Karol. A 3B,6 ab inlicitis *(sc. inter propinquos contractis)* -is observare debemus. 21,8. NICOL. I. epist. 99 p. 569,19 inter eos *(parentes et filios spiritales)* non arbitramur esse quodlibet posse coniugale -um. OTTO FRISING. gest. 1,1 p. 13,23 quibus *(clericis)* . . . -a ab . . . pontifice inhibita fuerant. **c** *spectat ad prohibitionem matrimonii poenalem (de re v. B. Poschmann, Die abendländische Kirchenbuße im frühen Mittelalter. 1930. p. 154sqq.):* CAPIT. reg. Franc. 252,40 p. 237,4 tale . . . -um *(sc. inter fornicatorem et adulteram)* anathematizamus et christianis omnibus obseramus (*item de moecho et moecha:* 40a p. 236, 31). **3** *eccl.:* FORM. extrav. I 13 quod . . . legale -um religio sit, non delictum, . . . Iesus Christus . . . patefecit. NICOL. I. epist. 138 p. 657,18 vir et uxor una caro per -um efficiuntur. TRACT. pro conub. (MG Lib. Lit. III p. 588,25) legittime celebrata -a clericorum casta esse et sincera. **B** *latius i. q. contractus matrimonii, nuptiae – Eheschließung, Heirat:* **1** *in univ.:* FORM. Wisig. 20 p. 583,27 gentibus indixit *Iacob* grata connubia. WALAHFR. Gall. 1,22 p. 300,30 admirantibus multis, cur tam diu . . . distulissent -a *rex et puella a spiritu liberata*. CHRON. Pol. 2,33 p. 100,19 desponsatos infelici connubio . . . convenisse nec anniversarium desponsacionis implevisse. *al.* **2** *nuptiarum sollemnia – Hochzeit(sfeier):* VITA Mathild. II 3 p. 152,19 ibi *(sc. in Walohusun)* perfruebantur connubiis *Heinricus et Mathildis*. CARM. de Frid. I. imp. 1116 rex . . . Herbipoli celebrat connubia letus.

II *meton. i. q. uxor, coniux – Ehefrau, Gattin:* LEG. Wisig. 12,3,8 ne Iudei ex propinquitate sui sanguinis -a ducant *eqs.* CARM. Cent. 92,34 muniat . . . te, rex, dextera Christi una cum claro -oque tuo. GESTA Bereng. 2,133 mors . . . abolet . . . domos, -a, natos. ANDR. STRUM. Ioh. 30 clerici spretis -is et concubinis . . . ceperunt . . . vitam communem ducere. COSMAS chron. 1,12 p. 27,9 ut defendamus dulcia pignera et cara -a.

III *translate i. q. commixtio (carnalis), concubitus – (geschlechtliche) Vereinigung, Beischlaf:* **A** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 22,68 furta et i n i u s t a -a . . . prohibete diligenter (35,43). THIETM. chron. 1,9 iniusto se . . . multum peccasse -o (conn- *2*) . . . professus *rex*. OTTO FRISING. chron. 1,23 uxores . . . petitis . . . a vicinis -is masculos necabant. *per similitudinem de novilunio:* EKKEH. IV. bened. I 20,151 luna -o . . . cupit iungi *fratri* splendoreque fungi. **B** *amor – (Liebes-)Verhältnis:* ALDH. virg. I 45 p. 298,16 quatenus optata impetraret -a *procus*. II 1959 quod sua *(sc. proci)* dispiceret *Agnes* . . . -a. *adulterium – Ehebruch:* ALDH. virg. II 441 atrocis . . . -a regis, qui . . . disrupit foedera fratris.

[conuca *v.* colucula.] **conucula** *v.* colucula.

***convectatio,** -onis *f.* **1** *transitus, commercium – Passage, (Handels-)Verkehr:* RICHER. REM. hist. 4,87 ex cuius *(castri)* munitione arbitrabatur *regina* posse omnem navium -em prohiberi. **2** *vectura, onus – Fuhre, Ladung:* ADSO Mans. 7 (MG Script. IV p. 510b,36; s. X.2) datis . . . in coemptionem rerum venalium -bus . . . salis commertia referebant *rustici*.

convectio, -onis *f.* **1** *comportatio, commeatus – Transport, Verkehr:* MIRAC. Bav. 1,1 *amnes* sunt . . . et piscium captura uberes et mercium -e feraces. **2** *apportatio, advectio – das Herbeischaffen, Heranfahren:* GESTA Camer. 3,49 p. 483,30 lenta -o columnarum, quae procul ab urbe . . . caedebantur.

convecto, -are. **I** *proprie:* **A** *vi praeverbii vigente:* **1** *de rebus i. q. comportare, conferre, colligere – zusammentragen, -bringen, sammeln:* **a** *in univ.:* IOH. NEAP. Sever. 8 (4) apocrisarii . . . tantum terrorem . . . suis incusserunt, ut . . . , quaeque ex agris necessaria erant, raptim -rent in urbes. RICHER. REM. hist. 2,62 frumentum ex locis contiguis in usum pugnae -ant *cohortes*. GESTA Ern. duc. I p. 15,19 *rex* iussit ligna multa -ari et machinas . . . fieri. *al.* *in malam partem i. q. corripere, coacervare – zusammenraffen, aufhäufen:* PETR. DAM. epist. 47 p. 48,17 ex fidelium oblatione ditescant *presbyteri*, . . . ut sibi vel suis turpia lucra -ent. **b** *congerere, metere – einfahren, ernten (in imag.):* VITA Landel. Laub. 275 ut referat fructus agrorum . . . popellus in manibus sanctos -ent atque maniplos. PETR. DAM. epist. 126 p. 414,14 ut . . . uberis proventus copiam . . . -ans . . . in spiritalium deliciarum affluentia . . . vivas. **c** *conducere, solvere – (ab)liefern, entrichten:* LAMB. HERSF. annal. a. 1073 p. 141,5 *rex* permisit, ut . . . ad . . . castella munienda circumquaque manentes cogerent *(sc. praesidium)* . . . impensas affatim -are. CHART. episc. Hild. I 237 p. 217,14 si quis . . . determinatam sibi frumenti mensuram . . . ad predictum locum -are neglexerit *eqs.* **2** *de hominibus i. q. congregare, coniungere – zusammenführen, vereinigen:* VITA Landel. Laub. 376 construxit . . . templum, quo . . . -at cuneum florentem clericulorum. **B** *vi praeverbii evanida i. q. portare – tragen:* GESTA Camer. 1,98 p. 441,19 sarcinas bellicae suppellectilis -bant *famuli*.

II *translate i. q. ferre, afferre – (mit sich) bringen, eintragen:* IOH. NEAP. Ian. 2 (praef.) ignoras, quantas utilitates talium narrationum scripta -ent? PETR. DAM. epist. 50 p. 82,10 plurima virtutum . . . incrementa -at (convertat, conservat *var. l.*) *heremitica vita*.

convector, -oris *m.* *vector – Träger, Beförderer:* CAES. HEIST. mirac. I 10,2 p. 219,16 ex gratia coelestis -oris *(de angelo peregrinantem equo secum portante)*.

1. conveho, -vexi, -vectum, -ere. **1** *proprie:* **a** *vi praeverbii vigente i. q. comportare, conferre – zusammentragen, -bringen:* **α** *in univ.: v. p. 1854,23.* *in imag.:* RUP. TUIT. trin. 35,23 l. 1134 cuius *(Dei genetricis)* in sacrarium pectoris spiritus sanctus prophetias omnes -erat. **β** *invehere – einfahren:* CHART. Rhen. med. II app. 16 p. 440,3 (s. XIII.in.) sunt . . . ibi *(sc. in Medernach)* tres croade . . . , quas colunt, metunt et -unt in horreum. **γ** *conducere, solvere – (ab)liefern, entrichten:* CONC. Karol. B I 4,3 statuant episcopi loca convenientia . . . , quo . . . presbyteri . . . debitam dispensam archipresbyteris . . . -ant. CHART. Épternac. 227 p. 398,18 in tercio anno . . . modium tritici solvant *duo fratres* et -ant ad curiam nostram . . . pro decima. **b** *vi praeverbii evanida i. q. portare, ferre – tragen, bringen:* **α** *secum ferre – mitführen:* LAMB. TUIT. Herib. 2,2 p. 1246,33 sacra illa praeferens *processio*, quae in augustorum -untur introitu. **β** *trahere – ziehen, schleppen:* HARIULF. Arnulf. 3,8 piscatores balenam permaximam circumdederunt . . . vulnerantes, ut devictam ad terram -rent. **2** *translate:* **a** *transferre, tradere – überführen, übergeben:* HIST. Lunaelac. 26 quem *(locum)* . . . ditat *Ottilo* agris multis -tis in sua. **b** *referre, reddere – zurückbringen, wiedergeben:* PAUL. DIAC. Lang. 5,10 cunctis securitatem sublato hostium timore -xit *Romuald*.

[2. conveho *v.* conquinisco *p. 1483,44*.]

convello, -velli, -vulsum, -ere. *inf. praes. pass.* -e: *p. 1805, 17sqq. depon.: p. 1805,19.* **1** *proprie i. q. scindere, dirumpere – zer-, aus(einander)reißen:* **a** *in univ.:* BEDA hist. eccl. 5, 6 p. 290,28 vomebam . . . sanguinem, eo quod . . . interanea essent ruendo -sa. *in imag.:* WANDALB. mens. 211 licet . . . effusi -ant aera nimbi. EBERH. ALEM. labor. 968 aures -it vox lacrimosa. **b** *c. sensu diruendi:* CARM. Walahfr. app. 5,1,8 moenia . . . olim -sa agnoscuntur et . . . lapsa. **c** *c. sensu eruendi:* LEG. Wisig. 10,3,2 si quis . . . , dum arat . . . , terminum casu . . . -erit *eqs.* *in imag.:* FLOR. LUGD. carm. 27,87 veteres fines nostro -ere fundo niteris. **2** *translate:* **a** *de rebus i. q. concu-*

[Wellhausen]

tere, labefactare, infringere, confundere – erschüttern, ins Wanken bringen, rütteln (an), zunichte machen (fere usu publ., eccl., iur., canon.): **α** *in univ.:* LEG. Wisig. 12,2,2 nullus evangelia sacra -at (conpellat, contemnat *var. l.*). PETR. DAM. epist. 40,20 p. 452,14 sanctorum patrum . . . instituta. 40, 29 p. 476,4 ecclesie fundamenta. HELM. chron. 34 p. 67,12 pactum firmissimum nulla bellorum tempestate -endum. 66 p. 123, 14 comes . . . -sas reparans a m i c i c i a s (105 p. 205,34). LIGURINUS 3,315 ille *(Eugenius)* Petri solidam cupiens -ere petram, ut caput infirmum per caetera membra dolorem diffundat. *al.* **β** *infirmare, deminuere, contendere – entkräften, beeinträchtigen, anfechten:* CAPIT. reg. Franc. 6 p. 13,23 si quid de agris fiscalibus . . . cuiquam conferre voluerit *rex*, in perpetuo . . . conservetur neque a quocumque . . . -atur. FORM. Marculfi 2,7 l. 7 quicquid . . . inter coniugatus . . . invicem condonare placuerit, scribturarum necesse est titulis alligari, ne . . . ab heredibus eorum . . . posset -e. 2,7 l. 51 presente . . . aepistola in nullo possit -e (-i *var. l.*). CONST. Constant. 287 haec, quae a nobis . . . concessa sunt, refragare aut confringere vel in quoquam -i (-e, -ere *var. l.*). COD. Lauresh. 20 l. 29 -ere atque evacuare. DIPL. Heinr. IV. 255 -ere . . . aut qualibet molestia calumniari et e statu legitimo infringere. 377 temerare et -ere. CHART. Naumb. 425 p. 380,40 -ere . . . aliquatenus aut immutare. *persaepe. adde:* FORM. Marculfi 1,1 l. 68 quia nihil de canonica auctoritate -atur [conpellitur *A2*], quicquid domesticis fidei . . . tribuetur. *al.).* DIPL. Merov. I 15 p. 17,13 nihil de canonica auctoritate -itur, si aliquid . . . domesticis fidei . . . conceditur *(formula immutata i. q. demere, subtrahere – ab-, entziehen:* DIPL. Merov. III A 65 p. 182,27 non de canonica institutione -itur, quidquid domesticis fidei . . . conceditur. *per errorem pro opposito:* TRAD. Patav. 61ª (a. 804/06) ut in evum et -sum permaneat *(sc. traditio).* **γ** *contemnere, transcendere, violare – mißachten, übertreten, verletzen:* LEG. Wisig. 5,2,2 non oportet principum statuta -i, que *eqs.* 12,1,3 p. 409,39 iubemus, ut . . . sinodalia gesta . . . nullus . . . preterire aut -ere audeat. PETR. CAS. chron. 4,112 p. 580,37 quemadmodum alios hec *(praecepta)* observare compellemus, si nos ea -imus? WIBALD. epist. 294 p. 421,7 ita ut . . . terminos ipsorum *(Walcidorensium)* absque ulla iuris assertione -rent *monachi Hasterienses.* CHART. march. Misn. II 475 p. 331,16 ne quis huius cautionis constitutionem -ere vel supergredi . . . presumat. **δ** *revocare – widerrufen:* LEG. Wisig. 3,1,5 si . . . sponsus . . . sacramenti vinculo . . . alligetur amplius se sponse daturum quam quod hac lege constat esse permissum, id postea ipse -ere et in iuris sui potestatem reducere libero potietur arbitrio. **ε** *tollere, abolere – aufheben, abschaffen:* CHART. archiep. Magd. 92 p. 132,23 (epist. papae a. 981) placuit nobis . . . episcopalem titulum, qui Mersiburch fuerat, -ere et annullare. **b** *de hominibus i. q. frangi, deficere – schwach, abtrünnig werden (usu pass.):* COLUMB. epist. 5 p. 176,23 martyres suum sanguinem fuderunt malentes mori quam -i.

convena, -ae *m. qui (cum aliis) convenit – einer der sich (mit anderen) zusammenfindet:* **1** *subst.:* **a** *incola (noviter ascitus) – (neu aufgenommener) Bewohner:* HARIULF. Arnulf. 2,30 p. 894,14 tu caelica regna repente . . . suscipies, paradysi -a fies. **b** *particeps, socius – Teilnehmer, Gefährte:* HERIG. gest. 44 p. 182,47 qui *(Badelinus)* . . . -a dicitur fuisse peregrinationis illius *(Remacli).* **c** *confoederatus, fautor – Verbündeter, Parteigänger:* CHART. Traiect. 660 p. 123,12 (epist. papae a. 1218) illo, qui felicibus invidet actibus, armante partes suas . . . in Fuxensem et -arum comites ac filios ipsorum et complices eorumdem. **2** *adi. (usu attrib.) i. q. convocatus, congregatus – zusammengerufen, versammelt:* CHART. Stab. 78 p. 178,10 (a. 960) cum habitatores illius ville *(sc. Waldorf)* -as debitam exigeremus *eqs.*

***convenancerius,** -i *m.* (*cf ital.* convenenza) *?qui per convenientiam institutus est, vassallus – ?einer der durch einen (Lehns-)Vertrag eingesetzt ist, Lehnsmann, Vasall:* ACTA imp. Winkelm. II 1036 p. 707,43 (a. 1245) dixit *Iohannes Ruber*, quod . . . interfuit tamquam -us curie, qui adiuvabat . . . archipresbiteros ad oneranda animalia, que . . . decimam . . . deferebant.

convendo, -didi, -ere. *nomine socii venditoris facere – als Mitverkäufer tätigen, abschließen:* CHART. Bern. II 109 p. 118,32 (a. 1231) hanc vendicionem mecum collaudaverunt et -erunt filii mei.

***conveneratio,** -onis *f. veneratio, reverentia – Verehrung, Achtung:* DIPL. Loth. I. 67 p. 180,15 propter amorem Dei et -em ipsius sancti loci. CHART. Rhen. med. I 425 p. 487,23 quemcumque . . . fratres . . . elegerint, hunc et ipsi debita -e tamquam patrem spiritualem suscipiant.

conveneror, -ari. *venerari, colere – verehren:* CARM. potat. 15 (MGPoet. IV p. 351) hos *(archangelos)* aliosque poli cives pie -antes . . . potus haurite salubres.

convenentia *v.* convenientia.

***convenibilis,** -e. **1** *aptus, ideoneus – passend, geeignet:* **a** *in univ.:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 26,29 elegit *mater avis* . . . -iorem mansionem ad tutelam filiorum. 4 p. 84,20 canes mittantur ad alia loca -ia succursui canum circa. 5 p. 132,10 quoniam omnia tempora non sunt equaliter -ia *eqs.* **b** *de quantitate i. q. sufficiens – ausreichend:* FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 125, 28 si carnes, que sunt super aironem, non sunt -es ad pascendum falconem. **2** *congruus, consentaneus – übereinstimmend, entsprechend:* URSO gloss. 83 p. 118,16 aliquando utrique *(sc. natura et anima)* appetunt delectabilia, naturae -ia. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 9,28 qui *(funiculus)* debet esse levis et subtilis ad proportionem -em magnitudini vel parvitati avis. 6 p. 214,19 cum . . . distinguenda sit . . . dieta secundum qualitatem -em qualitati recipientis. *ibid. al.*

conveniens, convenienter *v.* convenio.

convenientia (-cia), -ae *f. script.:* -vientia: *p.1807,2.* -ventia: *l.70. p.1807,2.* -nen-: *l.35.58.63. p.1807,19.45. persaepe.* -ta: TRAD. Ratisb. 17 p. 21,27. *abl. plur.* -tis: *l.66. confunditur c.* coniventia: *l.51.63.p.1807,20.22.23.*

I *proprie:* **A** *congressio – das Zusammenkommen, -treffen:* **1** *de hominibus:* DIPL. Merov. I 70 p. 62,47 quasi conlocucione et -nencia . . . apud . . . Berchario habuissit *Magnoaldus. adde de commixtione carnali, concubitu:* CHRIST. STAB. Matth. 1 p. 1276C 'antequam convenirent'; hoc est ea -a, quae usus erat convenire sponsum et sponsam. **2** *de rebus i. q. contactus, coniunctio – Berührung, Verbindung:* THIETM. peregr. 15,13 quia sepe propter clausuras et -cias scopulorum hinc inde aerem videre non potui. **B** *congregatio – Versammlung:* **1** *publ. de contione populi:* TRAD. Ratisb. 103 (c. 883/87) actum est . . . ad Rispah ad -am omnium Bauuariorum. **2** *eccl. de synodo, concilio:* CONC. Karol. A 7,1 sancta synodus, id est -a, tractande salutis ipsorum *(episcoporum ceterorumque sacerdotum).* 24A p. 210,5 si quis *(sc. ex clero)* post istam -am mulieres in domo sua habuerit, deponatur.

II *meton. i. q. societas, communitas – Gesellschaft, Gemeinschaft:* **A** *in univ.:* IONAS BOB. Columb. 2,10 p. 255,2 Amatus . . . ac Romaricus venerabilis Eusthasii conibentiam (coniventiam, -am, communionem *var. l.*) postulantes recipiunt atque . . . fruuntur. **B** *c. colore quodam:* **1** *de conventu (coenobiali):* IONAS BOB. Ioh. 7 fratrum -a (coniventia *A1*) ad rura purganda . . . processerat. **2** *de consociatione, coniuratione (de re v. p. 1462,68sqq.):* CAPIT. reg. Franc. 20,16 de sacramentis per gildonia invicem coniurantibus, ut nemo facere praesumat; alio vero modo de illorum elemosinis aut de incendio aut de naufragio quamvis -nentias faciant, nemo in hoc iurare praesumat.

III *translate:* **A** *de actione inter se conveniendi i. q. conventio, pactio, contractus – Vereinbarung, Übereinkunft, Vertrag:* **1** *gener.:* VITA Arnulfi 19 Romaricus . . . ad beatum pergit Arnulfum adque ex -nencia (-a, conibentia *var. l.*) utriusque infra vasta heremi aptum eidem praeparat locum. **2** *publ., eccl., iur.:* **a** *in univ. (spectat ad chartam contractus: l.71.p.1807,1):* FORM. Andec. 33 pactis, conmutacionis, -tis, securitatis. LEX Raet. Cur. 2,8 p. 65,3 qualecumque carta aut -cia (-am, convencionem *var. l.*) firmaverint *(sc. homines iuniores) eqs.* LEG. Lang. p. 201,21 si quis Langobardus cum pontificibus . . . ⌞-am (-ventia, -as *var. l.*) fecerit⌟ (convenerit *var. l.*). CHART. Ital. Ficker 8 p. 10,45 fecimus relegi illam -am . . . , quam *eqs.* ODO GLANN. Maur. 12(2) perlustratis . . . omnibus

[Wellhausen]

-is, quibus locus ... floruit. DIPL. Arnulfi 147 p. 225,5 tali -ventia facta, ut *eqs.* ADALB. MAGD. chron. a. 961 -a (-vientia *A 3*) ... et electione omnium Lothariensium ... rex ordinatur. LEO MARS. chron. 1,24 p. 71,7 per scriptum -e. *persaepe*. *c. notione reconciliationis:* LEG. Wisig. 2,2,10[tit.] de his, qui ... inter se citra iudicium pacificare presumunt et ad -am redire *eqs.* **b** *c. colore quodam:* **α** *condicio, exceptio – Bedingung, Vorbehalt(sklausel):* CHART. Sangall. A 190 p. 180,29 (a. 806) in eam ... rationem et -am, ut *eqs.* CAPIT. reg. Franc. 133 p. 264,6 sub quali -a atque conditione acceperunt *Hispani*, tali eas *(terras)* in futurum ... possideant. HINCM. annal. a. 862 p. 94,21 post quam professionem sub hac -a Karolus et episcopi ... in communionem Hlotharium receperunt. CHART. Turic. 152 ea ... -a, ut illud beneficium ... in meam accipiam ... proprietatem. *saepe*. **β** *assensio, approbatio, licentia – Zustimmung, Billigung, Erlaubnis:* LEX Raet. Cur. 22,13 ut si aliqui alterius caballum super -ciam ipsius ... minaverit. CAPIT. reg. Franc. 113,3 inrita erit episcopis donatio ... rei ecclesiastice absque -nentia vel scriptionem clericorum. ALCUIN. Willibr. 1,4 (MG Mer. VII p. 119,5) beatus adoliscens ... cum -a (coniventia *var. l.*) sui abbatis ... in Hiberniam ... contendit. DIPL. Ludow. Inf. 9 cum -a (connivencia *var. l.*) terminalis comitis. DIPL. Otton. II. 67 p. 80,15 cum consensu et -a (conniventia *var. l.*) Traiectensis ecclesiae episcopi. *saepe. v. et p. 1436,67.* **γ** *consilium – Ratschluß, Beschluß:* HERBORD. Ott. 2,14 p. 86,11 quam facili consensu ... multitudo populi auditis primatum verbis in eandem sese -am (voluntatem *var. l.*) inclinaverit. **δ** *decretum, statutum – Erlaß:* CAPIT. reg. Franc. 45,16 quod si de his statutis atque -is aliquid ... fuerit irruptum. CONC. Karol. B I 3,4 omnes, sicut in vestra bene memorabili -a pepigistis, conservare studebitis. CAPIT. reg. Franc. 205 p. 73,43 si aliquis de subditis ... de hac -a exierit ... vel huic communi decreto contradixerit. *ibid. al.* **ε** *mos, consuetudo – Sitte, Herkommen:* MIRAC. Adalb. Wirz. 4 p. 44,26 parcius utens verbis ... reliquisque, quę -a huius temporis *(sc. quadragesimalis observantiae)* exarata tenet.

II *c. sensu conversationis:* **A** *vita – Leben:* VITA Libor. 1 in hac mortali -e. OTLOH. quaest. 46 p. 124C teneram hominis infantiam vel -em *(ni leg.* conversationem, *cf. p.1831,18)* nox *significat,* dies autem maturos hominis annos et mores. *v. et p. 1824,38.* **B** *institutio cohabitationis monasticae – Einrichtung, Aufnahme des klösterlichen Zusammenlebens:* ANNAL. Maxim. a. 934 (MGScript. IV p. 6,50) -o monachorum sancti Maximini; et Ugo abbas efficitur. ANNAL. Div. a. 934 (MG Script. V p. 40,38) -o monachorum sancti Apri.

***conversivus,** -a, -um. **1** *log. i. q. in conversione, inversione consistens – auf Umkehrung beruhend, Umkehr-:* ALBERT. M. anal. pr. 1,5,2 p. 613a,7 in omnibus . . . syllogismis, qui fiunt ex hypothesi, sicut in circulari et -o. 2,3capit. de -o syllogismo. 2,4,7 p. 757b,22 syllogismi per conversionem sive -i. *ibid. saepius. subst. neutr. (ellipt.) i. q. conversio – Umkehrung:* ALBERT. M. elench. 1,3,16 eadem est bonitas et idem peccatum alicuius consequentiae sive argumenti et sui -i. **2** *philos. i. q. conversionis (ad se) efficiens, dirigens – die Hinwendung bewirkend, hinwendend:* ALBERT. M. sent. 1,42,1 p. 357b,14 potentia intelligendi et volendi est secundum relationem ad naturam spiritualem -am supra se. div. nom. 1,66 p. 42, 27 'substantia omnium' . . . 'ad ipsum', idest ad se, '-a' (*PG 3, 596C* ἐπιστρεπτική), secundum quod omnia ordinat ad se ut ad finem. **3** *astron.:* **a** *circumvolutans – rollend, (um)wälzend:* ALBERT. M. cael. 2,3,8 p. 158,3 'corpori' stellarum ab antiquis 'sunt duo motus' attributi, quia 'unus est tropicus', hoc 'est -us' (*cf. p. 290a,10* κύλισις) secundum circulationem perfectam manente circulo immoto. **b** *ad (solis) conversionem pertinens – zur (Sonnen-)Wende gehörig, Wende-:* MEGINFR. (?) carm. p. 649A cancer signorum summum (summus *ed.*), capricornus et imum (unum *ed.*) est, hic *(an leg.* haec *?)* duo sunt tropica, quae -a vocantur, sol quoniam signis positus *(an leg.* positis *?)* convertitur istis. **4** *natur.:* **a** *commutationis efficiens – die Umwandlung bewirkend, umwandelnd:* ALBERT. M. mort. 2,12 p. 371b,3 in quantum . . . est calor elementi, est alterativus et -us. *subst. fem. (ellipt.) de virtute cibum commutante:* ALBERT. M. animal. quaest. 6,19/22 p. 168, 50 *auster* mollificat . . . et debilitat digestivam et -am et retentivam, et ideo reddit ventrem laxum, quia venter non potest retinere superfluitatem. **b** *figurationis, fictionis efficiens – die Gestaltung bewirkend, gestaltend:* ALBERT. M. sent. 3,4,4 p. 80a,6 videmus secundum naturam operationem patris esse decisivam materiae, -am eius ad corpus nati *eqs.* **c** *commutabilis – umwandelbar:* Ps. ARIST. pract. p. 659b,45 sunt . . . elementa . . . circulariter -a.

adv. ***conversive.** *per conversionem, ex conversione – in, aus der Umkehrung, Umdrehung:* **1** *log. de inversione:* ALBERT. M. anal. pr. 2,4,6 p. 754a,47 utrum idem sit syllogizare -e et ad impossibile. p. 754b,8. **2** *astron. de circumvolutatione (per pravam interpr.):* ALBERT. M. phys. 8,3,9 p. 640,83 sphaera 'quiescit quodammodo semper in manendo' subiectum suum in eodem loco 'totum' et tamen 'movetur continue', quia motus suus 'accidit -e' (*p. 265b,8* ἀντιστρόφως) circa idem centrum.

1. converso *v.* conversor.

2. converso *v.* converto *p.1838,54sqq.*

conversor, -atus sum, -ari *vel rarius* **converso,** -avi, -are. *script.* -situs: LEX Alam. 14 *(var. l.). form. praes. inf.* -arier: ALDH. virg. II 2053. *struct. c.* in *c. acc.: p.1830,49. cf. p.1830, 13. usu trans.: p.1830,67. partic. praes. pro subst.: passim. confunditur c.* conservare: *p.1830,21.25.31.45. al.*

I *de anim. (de sole: p.1830,2):* **A** *versari, morari, habitare, vivere – sich aufhalten, sich befinden, (ver)weilen, wohnen, leben:* **1** *corpor. et local.:* **a** *spectat ad stationem, mansionem:* **α** *in univ.:* ALDH. ad Acirc. 93,1 in curvis -or quadripes antris *(sc. mustela).* CAPIT. reg. Franc. 213,5 quod potentes . . . viri in locis, quibus -antur, minorem populum . . . opprimant. THANGM. Bernw. 41 p. 776,10 ibi *(Turonis)* . . . septimanam -tus. CHART. Bund. 264 p. 199,33 adulterum et adulteram . . . excommunicavi; ut idem faciant, vicinis episcopis, in quorum parrochiis -antur, prȩcepi. *al.* **β** *consistere – stehen:* BEDA temp. rat. 18,54 in qua *(parte)* . . . -tus lunam suo receperat in coitu *sol.* GERH. AUGUST. Udalr. 1,12 l. 10 cum rex Otto in Alamannia . . . cum exercitu -retur iuxta flumen, quod Hilara vocatur. **γ** *c. sensu assuescendi i. q. se continere – ausharren, es aushalten (cf. l.63):* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 185,23 multi homines loquentes et canes et cetera multa, inter que debet -ari *falco.* **b** *spectat ad vitam agendam:* **α** *gener.:* PASS. Leod. 3 (MGMer. V p. 285,16) Leodegarius dum in Agustidunense urbe felix in pace -vit (-tus est, -tus esset, -retur *var. l.*) episcopus *eqs.* ALCUIN. epist. 188 Deo . . . placenti vita -ari (-are *var. l.*) inter homines. CHART. Rhen. med. I 41 p. 46,7 unusquisque, dum in hunc mundum . . . videtur -are *eqs.* COD. Lauresh. 20 l. 1 redemptor noster corporaliter in terris -tus. TRAD. Lunaelac. 60 hoc tempus breve, in qua periculose -amur. THANGM. Bernw. 31 sperans . . . summa pace se -turum. *saepius. usu subst. de fidelibus in episcopio degentibus:* TRAD. Frising. 104 (a. 780/82) notum est cunctis in domo sanctae Mariae -antibus. **β** *spec. de vita monastica:* FORM. Marculfi 2, 48tit. supplecaturio pro eo, qui in monasterio -are desiderat (FORM. Augiens. B 12tit. *al. sim.* HROTSV. prim. 409 -ando [conservando *var. l.*] . . . intra claustra monasterii). VITA Richer. 11 (MGMer. VII p. 451,13) ex Centulo vico, ubi ipse antea -verat. CAPIT. reg. Franc. 25,3 clerici, qui monachorum nomine non pleniter -are (conservare *cod.*) videntur. HRABAN. inst. cler. 1,2 p. 7,2 secundus *(ordo)* est monachicus, id est singulariter -ans (-tus, -antium *var. l.*). IDUNG. PRUF. dial. 1,54 in Cluniacensi ordine . . . iam decem annis -tus sum. *saepe. usu subst. de monachis:* TRAD. Salisb. I 1 p. 254,16 (a. 987) ea . . . abbati committens communiter -antibus dispensanda. LIBER de unit. eccl. 2,41 p. 272,30 -antes (conservantes *cod.*) in schola servitii divini non debere unquam discedere a magisterio Christi *(cf. Bened. reg. prol.). v. et l.27.* **2** *spirit.:* **a** *in univ.:* LEG. Wisig. 5,2,5 si . . . ipsa *(uxor)* post obitum mariti sui in nullo scelere adulterii fuerit -ta. LIBER de unit. eccl. 2,2 p. 213,17 describuntur *episcopi Hildebrandi papae* . . . spiritales esse, quod est in caelis -ari. *al. usu subst.:* HRABAN. epist. 40 p. 478,15 qualiter . . . in paganico errore adhuc -antes ad fidem Christi percipiendam invitares. **b** *occupari, operam dare – sich beschäftigen (mit), sich widmen:* EPIST. Aldh. 9 p. 495,7 tecum legendi studio -tus demorabar. THANGM. Bernw. 53 piae devotionis studiis . . . omni vitae suae tempore -tus. **c** *se gerere, agere – sich verhalten, sich aufführen, handeln:* EPIST. Bonif. 16 contra instituta antiqua sanctorum patrum -ari. CAPIT. reg. Franc. 89,1 ut canonice . . . vivere et -are *(ci. Baluze;* conservare *cod. et ed., vix recte)* debeant *pontifices.* VITA Bertilae 6 (MG Mer. VI p. 106,9) ut . . . sobrie in omnibus -rent (-rentur *var. l.*) *subditi.* PILGR. ad Bened. p. 47,22 qualiter . . . idiotas erudire debeam et ipse in susceptam novitiorum ȩcclesiam -ari. ORD. coron. imp. 14,13 p. 38,21 ut . . . is, qui ordinandus est, antea erudiatur, qualiter eum in ea prelatione constitutum oporteat -ari. *al.* **B** *commorari, consuetudinem, commercium habere (cum) – zusammensein, verkehren, Umgang haben (mit):* **1** *in univ.:* CONC. Karol. A 46B,15 fabulari cum ea *(femina)* aliquove modo -ari. WIPO gest. 22 cum . . . ab imperatore Graecorum honorifice susceptus esset secumque satis familiariter -retur *Werinharius eqs.* BERNH. CONST. can. 41 p. 511,22 illis *(peccatoribus)* convescendo et cum eis -ando non commaculamur. STATUT. ord. Teut. p. 66,17 universis fratribus competit, ut omnibus hominibus, cum quibus -antur, vite bone exemplum prebere studeant. *al. c. sensu assuescendi (cf. l. 8):* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 173,29 que *(moderata macies)* . . . inducat falconem ad effectum -andi cum homine et ad hominem redeundi. **2** *convivere, cohabitare – zusammenleben, -wohnen:* **a** *gener.:* LIUTG. Greg. 11 p. 75,20 qualiter discipulos suos simul cum eis communi vita -ando ut pater filios educarit. VITA Liutb. 20 qui aliquid inusitatum inter eos, quos -tus est, inchoare maluerit *eqs.* RIMB. Anscar. 7 p. 27,30 cum ignotis ac barbaris -ari. ALBERT. M. eth. II 8,1,5 p. 526b,20 continue . . . ad invicem -ari (*p. 1157b,15* συνημερεύειν) non possunt, qui condelectabiles non sunt. *al. usu subst.:* HRABAN. epist. 10 p. 397, 18 omnibus tecum -antibus. HINCM. ord. pal. 335 tam ab assi-

[Antony]

due -antibus quamque et a supervenientibus. **b** *spec.:* **α** *de contubernio coenobiali:* DIPL. Arnulfi 103[A] p. 151,13 qui *(capellanus)* cum illuc *(sc. in monasterium)* pervenisset ac devote a fratribus susceptus fuisset devotiusque ipse cum illis -tus fuisset *eqs.* THIETM. chron. 7,55 p. 466,24 non cum caeteris sanctimonialibus -ando, sed singulariter *eqs.* THANGM. Bernw. 5 p. 760,9 capitulum cum fratribus, qui secum -bantur, adiit. **β** *de coniugio:* FORM. Marculfi 2,30 dum inter illo et coniuva sua illa ... discordia regnat, et ob hoc pariter -are minime possunt (*sim.* FORM. Turon. 19 dum ... nulla est voluntas pariter -andi).

II *de rebus incorporeis:* **A** *agitari, vigilare – sich regen, wachsam sein:* HRABAN. epist. 21 p. 427,35 cogitatio, quae tecum ... incessabiliter -atur. **B** *se habere, constitutum esse – beschaffen, angelegt sein:* OTLOH. quaest. 46 p. 124[C] vetus testamentum nec non teneritudo annorum simul et morum carnaliter -antia praecedunt, sequuntur autem novum et aetas et conversatio matura spiritualem intelligentiam sortitae. **C** *(in ore vulgi) versari, vulgariter appellari – geläufig sein (als), gemeinhin genannt werden:* THEOTM. epist. (MGStud. XV. 1997. p. 138,8; a. 900) universus clerus populusque christianus per totam Noricam, que et Bauuaria -atur.

subst. **conversans,** -antis *m. de laico paenitentiae atque conversioni dedito i. q. conversus – (Halb-)'Konverse' (de re v. LThK. [2]VI. p. 518sq.):* HRABAN. inst. cler. 1,2 p. 6,11 sunt ... tres ordines in ecclesia: -ium, id est laicorum, monachorum et clericorum.

convers(s)us *v.* converto.

?***convertantia,** -ae *f. (?per analogiam ad* consonantia *sim. formatum) conversio – Umkehr, Hinwendung:* LIBELL. prec. Col. 6,2 Domine, da illis *(inimicis)* indulgentiam et requiem sempiternam et -am ad bonam voluntatem.

convertentia, -ae *f. t. t. log. i. q. convertibilitas, vicissitudinis ratio (inter certos terminos intercedens), responsio mutua – Umkehrbarkeit, Austauschbarkeit, Auswechselbarkeit, gegenseitige Entsprechung:* ALBERT. M. praedicam. 4,6 p. 231[b],43sqq. -a et convertibilitas et conversio in hoc differunt, quod -a dicitur eorum, quae ad invicem referuntur per habitudinem, ut, sicut primum refertur ad secundum, ita secundum refertur ad primum sub eodem casu vel diverso. anal. pr. 1,1,8 p. 471[b],34 est ... modus consequentiae, qui est -ae consequentia, quando aliquid sub uno situ partium sequitur ad seipsum sub alio partium situ. *ibid. al. in locut. adv.* ad -am dicere: WOLBERO cant. 2 p. 1120[A] proprium est ... relativorum ad -am dici, quod enim praedicatur de dilecto, e converso praedicatur de dilecta. ALBERT. M. sent. 1,3,28 p. 127[a],24 non dicitur memoria ad -am cum intellectu *eqs.* praedicam. 4,6[capit.] de proprio relativorum, quod est dici ad -am. *ibid. al.*

convertibilis, -e. **1** *sensu pass.:* **a** *ad conversionem, immutationem habilis, qui loco alterius poni potest – umkehrbar, austauschbar, auswechselbar:* **α** *log.:* IDUNG. PRUF. dial. 3,90 *descriptio* -is est hoc modo: 'regula est omnia precepta illa' et 'omnia precepta illa simul compaginata sunt regula'. ALBERT. M. anal. pr. 1,9,3[capit.] ex habitudine antecedentis et consequentis -ium. anal. post. 1,3,5 p. 80[a],9 in terminis -bus. 2,2,2 p. 168[b],12 A erit proprium B, et B erit proprium ipsi C, et sic omnia tria sunt ad invicem -ia (*p. 91[a],18* ἀλλήλων) et propria. *ibid. al.* **β** *philos.:* ALBERT. M. div. nom. 7,19 p. 351,66 id ..., quo perfecte cognoscitur res, est -e cum re *eqs.* animal. 18, 92 causam esse rei propinquam et -em cum re ipsa. metaph. 7,4, 3[capit.] ultima cum specie -is differentia. summ. theol. I 20,80,1 p. 858[b],40 signum -e est cum causa *eqs. ibid. saepius. subst. neutr.:* ALBERT. M. caus. univ. 2,1,5 p. 66,14 nec valet ..., quod causa secundaria influit ex proximis, ex quibus fit rei diffinitio et demonstratio, causa autem primaria ex remotis et non -bus cum re. **b** *inclinabilis – der Hinwendung fähig:* HRABAN. anim. 1 p. 1110[D] anima est a Deo creata ... -is ... ad bona et ad mala *(ex Cassiod. anim. 4 l. 7).* HILDEG. div. op. 1,3,6 p. 797[C] quatenus ad quaelibet bona -es sint *mentes hominum.* **c** *(com)mutabilis – (ver-, um)wandelbar:* **α** *natur. et alch.:* ALFAN. premn. phys. 2,9 p. 25 corpora propria natura mutabilia et -ia (*cf. PG 40,540[A]* σκεδαστά) esse et divisibilia. THADD. FLORENT. cons. 47,6 caveat ab omni cibo salso ... -i ad coleram *(sc. patiens).* Ps. ARIST. lap. I p. 208,1 est -is ad quamlibet aliam naturam lapidum *(sc. zegeg vitrum).* ALBERT. M. miner. 5,1 p. 98[b],11 videntur *metalla* incompleta esse in specie et ideo in quodlibet -ia. spirit. 1,1,7 p. 225[a],5 humidum ... semper cum calido est vaporativum et -e in spiritum. *saepius. locut. adv.* ex -i *i. q. secundum mutabilitatem – gemäß, im Sinne der (Um-)Wandelbarkeit:* Ps. PLATO quart. 3 p. 124,38sq. 'opus ..., quod erat ex -i super lunam, subtus eam ex -i difficile est' *eqs.* **β** *usu communi i. q. inconstans, varians – veränderlich, unbeständig, wechselhaft:* RATHER. pentec. I 124 -es ... ad invicem cum nostri sint amores vel odia. RUP. TUIT. volunt. 8 (PL 170,442[D]) commutabilem sive -em esse oportuit angelum et hominem. WIBALD. epist. 150 p. 247,27 qui *(frater)* tam mobilis et -is animi est. *al. caducus – hinfällig, vergänglich:* OTTO FRISING. chron. 1 prol. p. 8,3 -is est humana potentia. **d** *versatilis – drehbar:* HERM. AUGIENS. util. astrolab. 2,1[capit.] demonstratio componendi cum -i sciothero horologici viatorum instrumenti. **2** *sensu act. i. q. commutationem efficiens – die Umwandlung bewirkend:* Ps. PLATO quart. 4 p. 183,7 si proieceris ipsum videlicet opus super aere, fiet -e aliorum corporum ad substantiam aeris. *cf.* conversibilis.

adv. **convertibiliter.** **1** *ad modum convertibilitatis – in umkehrbarer, austauschbarer Weise (usu philos. et log.):* ALBERT. M. praedicab. 5,5 p. 99[b],47 diffinitio dicit totum esse in potentia et actu, et ideo praedicatur -r. anal. post. 1,3,5 p. 80[a],14 media utrisque extremitatibus -r inhaerentia. *ibid. al. conversim – umgekehrt (proportional):* ALBERT. M. phys. 3,2,11 p. 189,33 'infinitum', quod est in 'additione', in modo '-r' (*p. 206[b],5* ἀντεστραμμένως) se habet infinito per divisionem. **2** *?per modum commutationis – ?nach der Art der Umwandlung (usu alch. in loco obscuro):* Ps. PLATO quart. 1 p. 105,20 Hermonites erravit, cum voluit addere rei compositae, -r componitur ei in simile, hoc autem convertitur actu voluntatis.

convertibilitas, -atis *f.* **1** *philos. et log. i. q. facultas convertendi, vicissim ponendi, qualitas convertibilis – Umkehrbarkeit, Austauschbarkeit:* ALBERT. M. bon. 37 p. 20,20 quaeritur ... de -e eius *(veri)* cum bono. praedicam. 4,6 p. 232[a],6 -s ... proprii et speciei, cuius est proprium, est, quod, sicut unum sequitur ad alterum, ita sequetur alterum ad primum, ut utrumque sit antecedens et consequens ad alterum. anal. pr. 2,2,2 p. 719[a],10 in negativa *(propositione)* termini, quantum possunt, debent accedere ad -em. *ibid. al.* **2** *natur. et alch. i. q. mutabilitas – (Ver-, Um-)Wandlungsfähigkeit:* Ps. ARIST. magist. p. 642[a],53 suae *(sc. argenti vivi)* -s exigit, ut nunc corporibus, nunc spiritibus societur. ALBERT. M. caus. element. 1,2,9 p. 78, 71 aer umore et -e iuvat ad multitudinem aquarum.

***convertibulum,** -i *n. ?conversio (repentina) – ?(plötzliche) Kehrtwendung:* COLUMB. epist. 5 p. 171,22 quae *(oves)* vos ipsos *(sc. pastorem)* ... nimio ... pavore in alternantem circumactae -um timent.

convertio *v.* conversio.

converto, -verti, -versum, -ere. *script.:* cun-: AGNELL. lib. pont. 109. -ssus: *p. 1838,17. adde* CHART. Bund. 716. 751. 957. *form.: inf. praes. pass.* -ier: *p. 1834,67. subst. fem. abl. pl.* -abus: *p. 1838,27. depon.: p. 1833,61. 1835,29. 65. 1837, 22. cf. p. 1836,7. usu medial. et refl.: passim; intrans.: saepius, e. g. p. 1833,21. 34. 44. 47. struct. c. dat.: p. 1833,27. 1834,13. 1835,59. al. partic. perf. pro subst.: passim. partic. praes. pro subst.: p. 1833,63; pro adi.: p. 1833,21. subst.* -us *confunditur c.* conservus: *p. 1838,12.*

I *proprie et in imag.:* **A** *invertere, in contrarium (statum, modum) vertere – umkehren, umwenden, umdrehen:* **1** *gener.:* CARM. Petr. Pis. 43,9 (MGPoet. I p. 76) prius Renus cursum -et ad Alpes ... quam *eqs.* AGIUS vita Hath. 14 se ... sine alicuius adiumento in illud *(sc. dextrum latus)* -it. COD. Odalb. 85 -sa cartula nomina mancipiorum summa notatur. WALTHARIUS 1214 qui *(vir)* ... -sus visos cognovit. BRUNO MAGD. bell. 117 p. 110,14 legionis ordinem. HEINR. LETT. chron. 19,5 p. 128,32 ventus ab oriente -it ventilogium ... in contrarium. *al.* terga -ere *i. q. fugam inire – die Flucht ergreifen:* BRUNO QUERF. Adalb. B 10 p. 50,2 marchio laceris vexillis terga -it

[Antony]

(vertit rec. A). **2** *medic. i. q. reversare – umstülpen:* TRACT. de caus. mul. 95 p. 54,22 matrix in loco suo bene -sa (-sie *cod.*) est. TRACT. de chirurg. 681 ut pilorum *(sc. palpebrarum)* multitudo intrinseca extrinsecus -atur. **3** *log., philos., math., mus.:* **a** *in univ.:* GERB. epist. math. I 6,1 p. 33,13 XVI, IIII, I -e et sic dispone: I, IIII, XVI. p. 34,1 quadruplis -sis. *al.* ALBERT. M. anal. pr. 2,3,1capit. quid sit -ere et conversivus syllogismus. p. 729a,19 conclusionem praeconstituti syllogismi -ere (*p. 59b,6* ἀντιστρέφειν) opposite sive contradictorie. 2,3,3 p. 731b,17 si ... conclusio -atur in contrariam. *ibid. al.* **b** *medial. (intrans.: l.21) i. q. convertibilem esse – umkehrbar, austauschbar sein:* ALFAN. premn. phys. 2,21 p. 28 nullum ... pulmonem non habens anhelat aerem, quod et -itur (*PG 40,545A* ἀντιστρέφει); nam nullum non anhelans aerem pulmonem habet. HERM. AUGIENS. mus. p. 19,27 non considerantes tropos invicem -i. ALBERT. M. cael. 1,4,8capit. quod -itur generabile cum corruptibili. animal. 11,20 qui istorum modorum -untur super se, et qui non. metaph. 5,1,1 p. 207,34 omnis causa principium est, et non -itur, quod omne principium sit causa. *saepius. usu adi.:* OTTO FRISING. gest. 1,55 p. 78,17 individuum et singulare non sunt ad se -entia. **B** *(ad)vertere, flectere, dirigere, inclinare – (hin-, zu)wenden, richten (auf, nach), (hin)lenken:* **1** *fere corpor. et local.:* **a** *in univ.:* BEDA temp. rat. 25,9 numquid credibile est lunae statum ... pro subiacentium mutatione flabrorum ... posse aliorsum, quam fuerat, -i? hist. eccl. 4,23 p. 256,26 -so ad interanea dolore ad diem pervenit ultimum *abbatissa.* RHYTHM. 149,245 olli *(sc. ad nucem)* -sus Eligius 'arescat in te', inquit, 'fructus'. CAND. FULD. Eigil. II 17,37 ecclesiasticus ... martyris ad tumbam ... -itur ordo. HROTSV. Pel. 229 in quem *(Pelagium)* -sis omnes mirantur ocellis. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 296,3 ad regem et caeteros auditores se -it *episcopus.* CONSUET. Marb. 24 -at se chorus contra altare. *saepe. intrans.:* BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 66,1 ita ut ... Benedictus ... mutato latere ad parietem -ret. **b** *de armis, exercitu sim.:* ERMOLD. Ludow. 1,59 ad Hispanos -ens ... a r m a (MANEG. ad Gebeh. praef. p. 312,22 contra ... conspiratores. LIBER de unit. eccl. 1,3 p. 188,2 in semet ipsos. *al.*). HELM. chron. 86 p. 170,27 cesar -it exercitum ad Mediolanum. CHART. Rhen. med. III 1451 (dipl. Richardi regis) contra ... rebelles nostros in manu forti -ere castra nostra. *al.* **c** *de itinere:* ALCUIN. carm. 1,957 -it i t e r brumalem solis ad ortum *dux* (VITA Heinr. IV. 13 p. 39,31). METELL. exp. Hieros. 1,569 in vallem quandam -ere callem. *intrans. (ellipt.) i. q. accedere – heranrücken:* CHRON. Thietm. 3,19 -unt (convenerunt THIETM. chron.) e Sclavis ... plus quam XXX legiones. **d** *de loco i. q. vergere – sich erstrecken, gelegen sein (usu medial. et intrans.):* WALAHFR. hort. 33 atriolum, quod ... solis -it ad ortum. ALBERT. M. veget. 4,62 'festinat' in his *(locis clivosis montium)* humidi 'decoctio', praecipue in latere -so ... circa (contra *A*) meridiem. **e** in fugam -ere *i. q. fugare – vertreiben:* BEDA hist. eccl. 5,12 p. 304,7 omnes ... timore ... perculsos in fugam -it *(sc. defunctus reviviscens). in exsilium eicere – verbannen:* ACTA civ. Wism. A 790 (c. 1260) Marquardus Silex et Hemminc, frater suus, -si sunt in fugam pro furto. **2** *fere spirit.:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* WALAHFR. Mamm. 1,23 cunctorum in sese purum -it amorem. ALFAN. premn. phys. 1,6 p. 6 nos -it (*PG 40,505A* ἐπιστρέφων) ad animae solius divinitatem et studium *Plato.* CHRON. Thietm. 6,39 mentem suam a me ad meliora -bat *rex.* OTTO FRISING. gest. 2,49 p. 158,1 ad compescendam Mediolanensium contumatiam iram -it *(sc. princeps).* CHART. Hall. 223 p. 206,2 dum non -untur interiorem intuitum ad terrena *(sc. sanctimoniales). al. usu subst.:* ALBERT. M. nat. anim. 2,9 p. 33,45 idem esset -sum et -ens, quod est impossibile *(de conversione animae ad intellegentiam).* **β** *de occupatione, actione suscipienda:* AMALAR. off. 4,1,6 quia pater noster audivit: 'in sudore vultus tui vesceris pane tuo', -imur (-imus *var. l.*) nos aliquando ad opera temporalia. HROTSV. prim. 84 ad opus coeptum ... perficiendum est -endus stilus noster. HELM. chron. 52 p. 102,30 consummatis ... sacrificiis populus ad epulas et plausus -itur. *al.* **γ** *de favore, consensu (usu subst. de fautoribus: p.1834,2):* RIMB. Anscar. 27 p. 58,37 mandans populi unanimitatem ad suam voluntatem -sam *rex.* THIETM. chron. 6,54 ut ... ad exemplum omnibus ad vos *(sc. regem)* -sis in eo *(sc. reo)* faciatis. LIBER de unit. eccl. 2,33 p. 259,31 sese a coniuratorum societate ad regem -it *Egbertus. al. v. et p. 1827, 21. consistere – sich stellen (usu medial.):* HUMB. Sim. 2,8 p. 148,42 si ... Deo votum reddere deficimus, post satanan -imur. **b** *eccl. (cf. p.1835,56sqq.):* **α** *in univ.:* RIMB. Anscar. 3 p. 21,26 totum ... se in Dei servitium -ens orationi et vigiliis ... operam dabat. ALFAN. premn. phys. 41,11 p. 133 ad se ipsas et Deum solummodo -sae (*PG 40,776C* ἐστραμμέναι) *naturae.* MANEG. c. Wolfh. 13 p. 72,19 ad quem *(Dominum)* animam suam -i hortatur *David. al.* **β** *spectat ad fidei catholicae amplexum (usu subst.: l.19):* ALDH. virg. II 2111 plures ... C h r i s t o -it dogmate turmas *Constantina* (ALCUIN. carm. 1,213. 607). WETT. Gall. 6 ortando eos *(sc. populum)* ad creatorem suum -i Iesum Christum. *al. intrans.:* AMALAR. bapt. 48 quamvis parvuli pro aetate non possint intellegere ipsam conversionem ad Deum ..., credimus tamen eos ad Deum -ere propter conversionis sacramentum. off. 2,1,11 in semine multorum -entium ... ad Dominum. ord. antiph. 22,3 multitudinem gentium -entium ... ad Dominum. **γ** *spectat ad vitae monasticae professionem eiusque praeparationem (usu medial. et refl.):* VITA Sadalb. 18 (MGMer. V p. 60,9) Odila ... cum legali viro ... ad Dominum sunt -si. CAPIT. reg. Franc. 273B,28 ad divinum servitium -i. *al. se conferre, transire – ein-, übertreten (de mutatione ordinis: l.26):* ANNAL. Zwif. II a. 1239 abbas Fridricus -it se ad Predicatores. CHART. Solod. I 420 quicumque ... ad ipsas *(religiosas sorores)* ... -i voluerit. CHART. scrin. Col. B 722 se -ere ad claustrum. **C** *circumagere – (herum)drehen:* THEOPH. sched. 3,29 tene vas ... et verte ex omni parte, qua fluere videris, et ita -endo (vertendo *HL*) cave, ne in terram nigellum cadat. 3,36 p. 87,11 ut possit in illo foramine -i *lapis.* **D** *redire, reducem esse – zurückkehren (usu medial.):* GERH. AUGUST. Udalr. 2,21 filius ducis -sus ad vitam consolationem patri ... obtulit. **E** *repellere, reicere – zurücktreiben:* HEINR. LETT. chron. 27,1 p. 194,25 persequebantur eos *(Estones) Theutonici* ventilantes et -entes eos per viam, qua veniebant. **F** *adinvicem vertere – gegeneinander wenden:* MAPPAE CLAVIC. 3 -is vatillos duos faciem ad faciem. **G** *evertere – zerstören:* CHRON. reg. cont. I a. 1185 imperator Cremam ... civitatem olim a se eversam (-sam *BC*) ... reedificat.

II *translate:* **A** *gener.:* **1** *praevalente sensu ad aliquid, aliquo vertendi:* **a** *commovere, adducere – bewegen, veranlassen, bringen (zu):* CAPIT. reg. Franc. 244,5 si aliquis ... ab hoc deviare tentaverit ..., ut ad hoc redeat, illum -ere decernemus. ADAM gest. 4,8 ad eius *(Eginonis)* predicationem -si ad lacrimas *Pleicani*. HONOR. AUGUST. glor. 15 eam *(ecclesiam)* a cultu veri Dei avertere et ad culturam demonum -ere, immo conpellere. *al.* **b** *conciliare, adiungere – gewinnen (für), zum Anschluß bringen:* (WIDUK.) gest. 2 capit. 18 p. 62 qualiter Dadi milites Heinrici callide ad regem -it. THIETM. chron. 4, 4 dux ... -sis ad se omnibus Bawariorum episcopis ... Francorum terminos his fretus sociis adiit. 8,32 cuius *(Zentepulci)* gratia et nostrorum timore omnis hec regio -sa est. *al.* **c** *inducere, (aliqua re) afficere – versetzen (in):* HROTSV. Pel. 276 rex ... -sus in iram. CONSTANT. AFRIC. coit. 9,12 -etur corpus in ultimam frigiditatem. BRUNO SIGN. Sim. 7 (MG Lib. Lit. II p. 552, 18) in stuporem et admirationem. *al. c. sensu demergendi:* ARBEO Emm. 10 egressionis illius tot civitas in funere -sa est. RUOTG. Brun. 18 p. 17,14 quomodo -sus es in amaritudinem? **d** *descendere, confugere – sich verlegen (auf), greifen (zu), Zuflucht nehmen (usu medial. et refl.):* WIDUK. gest. 3,71 Graeci ... ad artes paternas -si ... super inprovisos ... irruunt. PETR. DAM. epist. 40 p. 406,22 ad deceptionis se argumenta -it *(sc. Balaam).* GESTA Rom. eccl. VII canis ... irascitur, ad morsus -itur. *al.* **e** *referre (ad) – beziehen, übertragen (auf):* UFFING. Liutg. 21 valet haec series alias -ier ad res. **f** *transponere – versetzen, ansetzen (auf):* BEDA temp. rat. 42, 40 Victorinus tertio ante finem ogdoadis anno hanc *(sc. lunae mutationem)* interserendam censuit lunam kl. Ianuariarum de quarta in sextam decimam -ens. **g** *adhibere – heranziehen:* CARM. libr. I 8,2,46 quae nota tibi vel quae percepta legendo, ad

[Antony]

virtutis opus . . . -e. WETT. Gall. 25 p. 270,21 prophetarum visio ad morum correctionem . . . ab eis *(sc. Gallo eiusque alumno)* -batur. **2** *praevalente sensu invertendi:* **a** *(im)mutare – verwandeln, (ver)ändern, machen (zu):* **α** *in univ.:* HUGEB. Willib. 4 p. 95,26 Dominus aquas in vino (vinum *var. l.*) -it. NOTKER. BALB. gest. 2,24 p. 32,22 -o me in mulum *(sc. diabolus)*. THEOD. PALID. annal. a. 1022 p. 67,40 Cono . . . -it . . . nomen in melius, et de Conone dictus est Conradus. FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 190,12 oblivisceretur *falcones* dilectionis . . . nondum -se in habitum. CHART. Welt. 25 p. 135,27 frumentum . . . in farinam. *saepius. in bonam partem c. sensu corrigendi:* TRAD. Frising. 703a p. 589,25 (a. 849) -it pravum sensum atque confessus est priorem traditionem *presbyter.* HELM. chron. 67 p. 129,12 eos *(sc. Holzatos)* -isse mores et revocasse gressus ad iter pacis. *in malam partem c. sensu pervertendi:* ALFAN. premn. phys. 2,51 p. 36 si nimis repugnaverit *organum corporis*, ad illud quoque -itur (*PG 40,560A* συνδιαστρέφεται αὐτῷ) *anima*. LIBER de unit. eccl. 2,12 sanctorum patrum documenta, quae -it ille perversus *(sc. scriptor epistulae)* ad confirmanda bellorum studia. *al.* **β** *reformare – umgestalten:* WALAHFR. exord. 4 p. 477,24 quia diversitas idolatriae diversis modis templa construxerat, non magnopere curabant illius temporis iusti, quam in partem orationis loca -rent. CHART. Turic. 301 p. 184, 2 ut quoddam predium . . . quasi nemorosum et silvestre . . . in agriculturam -rem. **b** *(animo) inflectere – umstimmen (depon.: l.29; medial. i. q. inflecti – umschwenken):* WETT. Gall. 22 p. 268,19 ut -atur cor regis secundum voluntatem meam. CAPIT. reg. Franc. 254,2 si quis quemcumque contra nos . . . aliquid moliri . . . cognoverit, si eum -i nequiverit, aperte prodat. WIDUK. gest. 2,11 p. 75,12 Wichmannus . . . , qui se primum alienavit a rege, . . . -sus pacem fecit cum rege. THIETM. chron. 7,64 residui *(sc. Liutici)* . . . a servicio cesaris se . . . abalienare nituntur, sed . . . a prioribus suis -untur. *al.* **c** *excusare – rechtfertigen:* BERTH. RATISB. serm. exc. p. 3,26 si Deus prohibuit periurare, ubi licentiatum, . . . quod debes tot -ere, quot periuria facis? **d** *tollere – aufheben, beenden:* STATUT. ord. Teut. p. 23,19 captivitate innocentum -sa. **e** *declinare – abwenden, ablenken:* ADAM gest. 3,10 videri potest eorum *(praepositorum)* nequitia . . . voluntatem presulis a bono incepto sepe -sam. **f** *evenire – ausschlagen, ausgehen (usu medial.):* ANNAL. Fuld. II a. 870 p. 71,24 omnes . . . rogabant in bonum monstra -i. **g** *pro bono redire – zugute kommen (usu medial.):* STATUT. ord. Teut. p. 91,3 quidquid *(sc. orationis)* amplius impenditur ei *(sc. mortuo)*, non expenditur, sed in sinum -itur operantis. **3** *c. sensu conversandi (usu medial.):* **a** *morari, vivere – sich aufhalten, leben:* CONC. Merov. p. 107,7 illae *(sc. sacra relinquentes loca)*, quae in domibus propriis . . . conmutatis vestibus -untur, . . . ab ecclesiae communione priventur. VITA Greg. Porc. I 3 sicut trium venerabilium virorum . . . , Andreae . . . , Sabae . . . , Serii ⌞iam ab adolescentia apud eum -si⌟ (qui . . . sunt conversati *1 p. corr.*) . . . relatione comperimus. **b** *(in)esse – sich befinden, innewohnen:* ALFAN. premn. phys. 2,103 p. 48 quod non -atur (*PG 40,584B* μέτεστι . . . αὐτοῖς) in ipsis *(irrationabilibus animalibus)* rationalis anima.

B *eccl. i. q. (ad conversionem spiritualem) inclinare – bekehren (cf. p.1834,6sqq.):* **1** *spectat ad fidei catholicae amplexum (usu subst.: l.59):* LEG. Wisig. 12,2,18 p. 427,10 quod si quispiam de eisdem sancte fidei -sis *(sc. Iudaeis)* prevaricator exstiterit. LIBER diurn. 46 p. 36,10 fidelium corda corrobora, infidelium vero . . . -e. BREV. NOTIT. p. A2,29 dux . . . de paganitate ad christianitatem -sus. EIGIL Sturm. 23 p. 158,27 (cod. W) gentem illam *(sc. Saxonum)* ad fidem Christi -it *rex* (HINCM. coll. 3 p. 122,26. ADAM gest. 1,10. *saepe*). VITA Paulin. Trev. 11 ut, quos verbis -i nequisset, eos ad conditoris sui agnitionem per diversa miracula perduceret. HEINR. LETT. chron. 9,14 per bella plurima . . . -enda erat gentilitas. *persaepe. avertere – abbringen:* ALDH. virg. I 40 procum . . . a . . . delubrorum cultura -ens *(sc. Caecilia)*. ADAM gest. 2,49 qui *(fratres)* populum -rent ab errore ydolatriae. *al.* **2** *spectat ad paenitentiam, contritionem c. sensu emendandi (usu subst.: p. 1836,11):* CONC. Karol. A 3C,6 si . . . -sus divisusque fuerit copulatione, dignae paenitentiae submittatur *(sc. nefarie coniunctus)*. WALAHFR. Wett. 631 corrupta . . . se . . . -ens anima. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 286,14 regi . . . ad poenitentiam -so et reconciliato . . . servire. BERNOLD. CONST. libell. II 30 cum excommunicatis communicare prohibemur, nisi -antur. IDUNG. PRUF. dial. 1,462 si pro eodem *(impio)* non -so post mortem oratur. CARM. Bur. 43,2,3 o sedes apostolica, . . . -ere! -ere! *persaepe. desistere, reverti – ablassen (von), umkehren (usu medial.):* PASS. Afrae I 6 ex qua ora -sus fuerit peccator a suis iniquitatibus. BERNOLD. CONST. libell. X 24 quemlibet ex heresi vel scismate -sum sanctae ecclesiae . . . redintegrari. *al.* **3** *spectat ad vitae monasticae professionem eiusque praeparationem (usu subst.: l. 26; expressius i. q. conversorum habitu conversari – als Konverse leben, e. g. l.19):* IONAS BOB. Columb. 2,21 p. 276,14 quaedam puella . . . in supradicto coenubio -sa est. CAPIT. reg. Franc. 43,9 de laicis noviter -sis. CONSUET. Marb. 4 admonendus est noviter (novitius *var. l.*) -sus, ut *eqs.* DIPL. Conr. III. 65 p. 115,3 homo quidam . . . apud eos *(fratres)* -sus. CHART. Heinr. Leon. 106 p. 161,22 dominus Gebehardus ex comite -sus. CHART. Babenb. 65 p. 89,21 quicunque se -ere . . . disposuerit, in cl<a>ustris subter nominatis . . . facere poterit. *saepe. recedere – sich zurückziehen (usu medial.):* IONAS BOB. Columb. 2,25 p. 291,31 fuerat . . . his *(monachus)* a pueritia sub regularis disciplinae norma eruditus, sub beato Columbano e s a e c u l o -sus (DONAT. Ermenl. 4 [MGMer. V p. 693,16] multi e s. -si. *al.* PONTIF. Rom.-Germ. 23tit. a seculo). VITA Sadalb. 9 (MGMer. V p. 54,30) venerandus vir Romaricus ex palatio magnifice -sus.

C *publ. et iur.:* **1** *conferre, deferre, tradere, assignare – übertragen, übergeben, zuweisen (pass. i. q. cedere – übergehen [auf], zu-, anheimfallen):* ANNAL. Einh. a. 761 Karlus, ad quem post patris obitum totius imperii summa -sa est. TRAD. Frising. 733 p. 609,32 omnia ad domum sanctae Mariae -it *sacerdos*. LIBELL. de conv. Baiuv. 6 qualiter . . . illa pars Pannoniae ad diocesim Iuvavensem -sa est. DIPL. Arnulfi 167 p. 256, 13 ut . . . cappella . . . ad sanctum Philippum . . . -atur. DIPL. Ludow. Inf. 17 monetam . . . de comitatu ad episcopatum . . . -imus. CHART. scrin. Col. B 807 quod Hermanno . . . et uxori sue . . . cessit dimidietas domus . . . , ita quod eam -ere possint, quo volunt. *al.* **2** *redigere – bringen (in):* DIPL. Loth. II. 21 quod res quaslibet episcopatus . . . quorumdam hominum olim usurpasset improbitas inque sui iuris . . . ditionem cupida -isset antiquitas. GERH. AUGUST. Udalr. 1,6 l. 37 quae . . . ab eis *(ministris)* . . . in statum rectitudinis -i persensit, eorum regimini perficiendum . . . commendavit. CHART. Ror. 26 p. 176,28 ut plereque *(possessiones)* . . . tanquam in proprietatem possidentium -antur. **3** *advertere, impendere, traducere – ver-, auf-, zuwenden:* ANNAL. Xant. a. 865 ipse *(sc. Guntharius episcopus)*, qui . . . ad secularem pompam necnon et ad fratres et nepotes . . . ea *(sc. bona ecclesiae)* -it. DIPL. Karoli III. 64 p. 108, 27 ut nullus . . . fratres de supra fatis rebus inquietare presumat nec i n alios -at u s u s (DIPL. Heinr. II. 31. CHART. archiep. Magd. 236 p. 294,38 ad . . . usus suos. *al.*). DIPL. Otton. III. 229 ut . . . praedium i n u t i l i t a t e m monachorum . . . -atur (CHART. Brixin. 119 p. 126,18. *al.*). CHART. Friburg. 67 p. 56, 10 recepta . . . pecunia et in solutionem debiti nostri . . . -sa. CHART. civ. Spir. 78 ad melioracionem . . . virgulti decem libras . . . Hallensium -ere. *al.* **4** *(immutando) collocare – (im Tausch) anlegen:* CHART. Eichsf. 590 p. 358,15 (a. 1280) quandocunque . . . archiepiscopus aut ipsius successores bona . . . pro predicta pecunia duxerint redimenda, ego et filii mei ipsis reddere . . . tenebimur ipsam pecuniam pro viginti marcarum redditibus sitis apud munitiones Maguntine ecclesie -suri. **5** *refl. i. q. appellare, adire – vorstellig werden (bei):* LEX Saxon. 43 si tutor abnuerit, -at se ad proximos eius *(sc. qui viduam ducere velit)*.

D *natur., techn., alch.:* **1** *commutare – (um)wandeln (intrans. sensu refl.: p.1837,1):* ALFAN. premn. phys. 3,30 p. 57 eam *(substantiam)* quidem non -sam, -entem (*PG 40,604A* τρεπομένην, τρέπουσαν) vero illa, in quibus accedit, sua praesentia in actum suum. 7,11 p. 77 accedente rubeo aliquo . . . splendido luce praesente ab illato -itur (*PG 40,641B* ἀλλοιοῦ-

σθαι) aer. Ioh. sacerd. 4 pars quedam . . . in aurum -et. Albert. M. meteor. 2,1,3 p. 522a,9 vapor roridus -itur in aquam. *al. adde:* Theoph. sched. 2,8 si . . . perspexeris, quod se forte vas aliquod in fulvum colorem -at (vertat *H*). **2** *maturescere – (aus)reifen:* Albert. M. animal. 6,79 ova eorum *(piscium)*, quae tanguntur a multo spermate, -untur et crescunt in die uno. **3** *adaequare, assimilare – angleichen, ähnlich machen:* Geber. summ. 31 p. 341 est *argentum* . . . albedinis tinctura et indurat Iovem per artificium et -et (-it *var. l.*) ad se. 43 p. 398 est . . . vitri proprietas omnia vincere et ad se -ere.

E *theol. i. q. transmutare – (der Wesenheit nach) überführen (in), verwandeln:* Albert. M. sent. 4,11,5 p. 278b,13 hic panis -itur in id, quod prius erat secundum formam et esse, quia in corpus Christi. 4,11,7 p. 285a,13. *ibid. al. adde:* Hraban. inst. cler. 1,31 p. 62,13sqq. sicut . . . in nos id *(sacramentum)* -itur, cum id manducamus et bibimus, sic et nos in corpus Christi -imur, dum oboedienter pie vivimus.

F *gramm., rhet., mus., geom.:* **1** *demutare – ab-, verändern:* Aldh. ad Acirc. 140 p. 194,21 'ad' praepositio saepe finalem 'd' litteram in eandem -it litteram, a qua sequens orationis inchoat pars, ut 'cedo', 'accedo', non 'adcedo'. p. 195,18 'sub' . . . interdum 'b' litteram amittens in eam -it (-itur *codd.*), qua sequens oritur vocabulum. Godesc. Saxo gramm. 1,13 'n' . . . -itur, ut 'collocat'. 1,30 nisi 'u' -sum esset in 'o' *(de forma 'luxoria')*. **2** *transformare, permutare – umsetzen (in), umformen:* Aldh. ad Acirc. 115 p. 158,29 cum significationes verbi activi et neutralis in participia praesentis temporis -untur, 'doceo', 'docens'. Alfan. premn. phys. 5,26 p. 67 kybon . . . resolutum neque in aliquam aliarum trium figurarum *(sc. pyramida, octaedron, icosaedron)* posse -i (*PG 40,624A* μεταβάλλειν). Conr. Mur. summ. p. 79,7 quando duo verba concurrunt eiusdem persone, alterum illorum . . . est in participium -endum *eqs.* Anon. mus. Sowa 2 p. 238,15 qualiter aequipollentiae ibi repertae sunt in semibreves -endae. *al.* **3** *transvertere – übersetzen:* Notker. Balb. gest. 2,7 antiphonas in Latinum -sas (2,10 p. 66,18). **4** *interpretari, exponere – interpretieren, auslegen:* Anon. mus. Sowa 1 p. 96,32 'sensa' etc. -e sic: *eqs.* 3 p. 252,24. *ibid. al.*

adi. **conversus,** -a, -um. **1** *contrarius – umgekehrt, entgegengesetzt:* Theodulf. carm. 35,24 vice -a gaudia dant lacrimas. Berno epist. 13 p. 41,12 -o modo. Fortolf. rhythmimach. 162 dupli . . . -o ordine positi. Chart. civ. Halb. 119 sicut idem mansus de manu in manum descenderat obligatus, sic usque ad nos a manu ad manum per viam -am rediit resignatus. *al.* **2** *in contrarium versus, inflexus – einwärts gewendet, nach innen gekrümmt:* Albert. M. animal. 3,81 quando ad non fertilia *(sc. pascua)* mutatur *bos*, habebit pilos duros -os sive crispos et grossos. *de spinis uncinatis in nomine herbae cuiusdam (Agrimonia eupatoria L.):* Gloss. III 475,11 St.-S. lappa -a clhetto (*cf. Oribas. eup. 2,1 A34 La p. 439* argimonia, quam rustici lappa inversa vocant). **3** *paenitens – reuig:* Aldh. virg. II 2819 qui *(Dominus)* solet . . . -is . . . reis noxarum solvere vincla. **4** *expertus, versatus – beschlagen, 'versiert':* Epitaph. var. I 1,3 artibus omnigenis -us, pectore largus.

subst. **1. convertens,** -entis *m. paenitens, contritus – der Reuige:* Rhythm. 12,22,2 ymnum dicant penitentes, laudes canant -es. *spectat ad ingressum monasterii:* Caes. Heist. hom. exc. 29 timendum, ne Ihesus, qui -i positus fuerat in resurreccionem divini amoris, morienti propter apostasiam fuerit in ruinam eterne dampnacionis.

2. conversus, -i *m.* **1** *latius i. q. paenitens, contritus – der Reuige:* Arbeo Corb. 8 ad ignoscendum -is non piger. Hraban. hom. II 52 p. 246B qui propter inobedientiam perversorum descendit, propter obedientiam . . . -orum ascendit. Thietm. chron. 2,23 p. 66,17 -is quibusque paratus ad omnia Deus. Bernold. Const. libell. IV 4 cum -os non reordinarent *sancti patres. al.* **2** *strictius de vitam monasticam profitentibus vel sine regulari professione cum monachis cohabitantibus ('Konverse' [t. t. eccl.], de re v. LexMA. V. p. 1423sq.):* **a** *monachus – Mönch (de eis, qui adulta iam aetate saeculum reliquerunt):* Ioh. Canap. Adalb. A 29 cuidam -o Iohanni Canaparío talia Dominus per visum ostendit *eqs.* Thietm. chron. 7,52 p. 462,28 Gunterius -us causa Liuticios predicandi ivit. Amarc. serm. 1,131 quid de -is, quos recto et nomine vero appellare volens perversos dicere debet, . . . feram? *al.* **b** *frater laicus – Laienbruder:* **α** *def.:* Idung. Pruf. argum. 830 ille est laicus, qui nullum ordinem clericalem habet, quem consuetudo vocat -um. Epist. Hildeg. 84 de secularibus et idiotis ad spiritalem conversationem conversis, quos nos -os dicimus. Chron. Reinh. a. 1215 p. 585,39 duo illitterati, quos -os vocant. **β** *exempla:* Haimo (?) Wilh. 23 p. 219,34 religiosos monachos simul cum -is laicis. Chart. Wirt. I 302 aderant . . . de -is (conservis *cod.*): Adalbero *eqs. (item de testimonio:* Chart. Tirol. 923. Chart. Welt. 19. *saepe)*. Chart. Bund. 305 p. 226,26 servientes -i. Chart. Heinr. Leon. 31 rogatu Gelperadi fratris -i (Chart. Burgenl. II 157. *al.*). Chart. Mog. A II 671 p. 1095,4 que *(animalia)* per -os suos nutriunt *(sc. fratres)*. Chart. Bund. 508 p. 23,35 Danio -sso ecclesie sancti Remidii. Caes. Heist. hom. exc. 44 -us quidam simplex de grangia. Chart. Eberb. 472 p. 270,14 duos forestarios -os. *persaepe*.

3. conversa, -ae *f.* **1** *eccl. ('Konverse', cf. p.1837,70):* **a** *monialis – Nonne (de eis, quae adulta iam aetate saeculum reliquerunt):* Vita Liutg. III 1,748 condidit aliqua . . . claustricula, istic conversorum, illic -arum. **b** *soror laica – Laienschwester:* Gesta Lob. 23 p. 326,8 tantam . . . noviciorum tam laycorum et mulierum . . . quam etiam clericorum multitudinem adiuravit, ut exceptis conversis et, ut ita dicam, -abus de solis monachis pene ad centum claustrum impleverit. Chart. Solod. I 331 p. 185,9 II scopoze, quas contulit Iudenta -a ecclesie. Trad. Patav. 1345 Diemudis . . . et Gerdrudis videlicet -a sunt censuales sancti Stephani ad V denarios. *al.* **2** *log. (ellipt.) i. q. conversio, propositio inversa – Umkehrung, umgekehrte Aussage:* Albert. M. anal. pr. 2,3,5 p. 735a,36 omne C A, aliquod B non est A, ergo aliquod B non est C, quae non est opposita minori, sed -a eius. *ibid. al.*

4. conversum, -i *n.* **1** *locut. adv.* e -o (econverso) *i. q. ex contrario, econtra, vice versa, rursus – umgekehrt, auf der anderen Seite, dagegen:* **a** *gener.:* Alfan. premn. phys. 27,8 p. 108 creator . . . complexus est animalia naturalibus et e -o (*PG 40,708A* ἀνάπαλιν). Vita Norb. II 74 p. 1307A vir Dei e -o videns . . . principis cor nobile. Urso element. 4 p. 107,9 dum aliquid calidum et siccum fit frigidum et humidum . . . vel e -o (contra *R*). Burch. Ursb. chron. p. 84,4 recedentes quam plurimi a Philippo Ottoni adherentes, et e -o. Albert. M. veget. 1,187 'non . . . de facili fit, quod ex semine malo proveniat planta bona neque econverso (econtrario *V*)'. *saepe.* **b** *publ. et iur. de recompensatione:* Trad. Patav. 121 p. 97,39 (a. 1121/38) Manegoldus . . . predium . . . super altare sancti Stephani in proprium dedit; et e -o IIII hŏbas . . . in suam proprietatem recepit. Chart. Raithenh. 209 p. 176,2 quod . . . unam libram denariorum . . . reciperem annuatim et econverso . . . fratres . . . predictas curias . . . possiderent. Acta civ. Wism. A 107 Hinricus Niger . . . resignavit uxori sue bona sua . . . et ipsa econverso. *al.* **2** -o *(abl. pro adv.) i. q. ex contrario, econtra – umgekehrt, dagegen:* Herm. Carinth. essent. 1 p. 124,17 aut celum . . . stare terramque moveri aut -o aut utrumque . . . necesse est. p. 140,11 aiunt . . . ex motu celestium intervalla eorum deprehensa . . .; nos . . . -o et distantias intervallorum partim metiemur et inde motus ipsos longe inequales demonstrabimus. *ibid. al.*

adv. **conversim.** *per conversionem, e converso, convertibiliter – in der Umkehrung, umgekehrt, in umkehrbarer Weise:* **1** *gener.:* Heiric. Germ. I 6,553 verbum caro fit, carnem quod fecerat olim, ut caro -m fieret . . . verbum. Ysengrimus 1,1009 quod numerum serie -m diceret acta *rusticus. al. item (ex nostra parte) – ebenso (unsererseits):* Epist. Teg. 52 p. 62, 3 hęc -m volumus, sed non possumus. **2** *log.:* Carm. var. III C 3,58 risibile est hominis proprium, quapropter idipsum -m (conversum *var. l.*) dici valet *eqs.* Idung. Pruf. dial. 1,377 lex nichil aliud est quam omnia illa *(sc. decem)* precepta, et -m nichil sunt aliud omnia illa precepta quam lex. Albert. M. praedicab. 6,2 p. 115b,32 haec *(sc. praedicabilia)* . . . sic dicuntur proprie propria, quoniam etiam convertuntur et -m praedican-

[Antony]

tur de specie universaliter. herm. 2,2,3 p. 446a,28 sequuntur ista *(sc. modales enuntiationes)* -m, ita quod quaelibet earum et antecedit ad aliam et consequitur eam. *ibid. al.* **3** *math. et mus.:* SCHOL. enchir. 3,369 facies cordam ad cordam . . . sesculpo maiorem . . . ; rursus -m cordam ad cordam . . . metieris epitritam. MATHEM. var. Bubnov p. 254,4 si . . . multiplicatores et multiplicandos -m disponas *eqs. al. v. et p.1826,65.* *Antony*

***convesaticum** *v.* *conversaticum.

convescor, -i *vel rarius* **convesco,** -ere. *script.* cov- : GLOSS. I 88,33 St.-S. *partic. praes. usu subst.: l.16.*

(communiter) edere – (gemeinsam) speisen: **1** *in univ.:* VITA Filib. 30 (MGMer. V p. 600,5) cum . . . simul -rent (-rentur *var. l.*) *Filibertus et Ansoaldus*. HRABAN. hom. II 95 p. 325D qui *(paenitentes)* . . . non solum ad colloquendum, sed etiam ad -endum recepti sunt. PETR. DAM. epist. 55 p. 152,16 lucium dapifer attulit et in se -entium oculos et ora convertit. VITA Ger. Bron. 22 p. 672,54 amoenum . . . ac herbidum descendentes in locum protinus discumbunt ad -endum. VITA Annon. I 1,8 p. 470b,25 introducebantur ante eum ad -endum peregrini. ASINARIUS 205 hoc contentus ero, si -ar (converser *var. l.*) domicelle. *al. v. et p. 1633,25.* **2** *de Christo et discipulis eius (exempla spectant ad Vulg. act.1,4. al.):* RHYTHM. 42,19,4 videndum se ipsum prebuit apostolis . . . favumque mellis -ens. VITA Euch. Val. Mat. 12 per dies XL . . . apparuit *Christus* colloquens cum eis et -ens *(sim.* FLOR. LUGD. carm. 3,20. *al.)*.

convessur *v.* confessor.

***convestigium,** -i *n.* *vestigium – Fußspur:* ANNAL. Mell. Claustr. III a. 1178 p. 632,1 *dux Austriae* -a (*cf. Lucan. 2,652* vestigia) premens fugientis *(ducis Bohemiae)* per loca aspera . . . exercitum duxit.

convestio, -itum, -ire. **1** *vestire, induere – (be)kleiden (in imag.):* HRABAN. univ. 19,6 p. 514C cunctis . . . arboribus prior flore se -it *amygdala*. **2** *tegere – decken:* BREVIL. de inc. (MGScript. XX p. 620,23; c. 1187) flammae . . . monasterio incumbuere et tecta, quamvis -ta diligentissime plumbo, . . . deiecere.

convexatio, -onis *f.* *molestia, vexatio – Belästigung, Behelligung:* DIPL. Merov. I 18 ab<sque> lite . . . convexacion *(in loco corrupto)*.

[convexit *v.* conquinisco *p. 1483,44.***]**

convexitas, -atis *f.* *curvamen, curvatura – Krümmung, Wölbung:* **1** *gener.:* ADALBOLD. Boeth. 165 aeris puritatem caelestis sperae -i substrinxit *creator*. BERTH. ENGELB. assert. 23 (Angelomontana. 1914. p. 163) in opaca vallis -e (connexitate *ed., vix recte*) ad superiora evadere. ALBERT. M. cael. 2,2,1 p. 128,27 oportet, quod corpus locatum in concavo corporis rotundi sit -is rotundae necessario. caus. element. 1,2,6 p. 72,52 illa -s *litoris* potest esse duobus modis, versus mare . . . aut versus terram vel forte versus utrumque. *al.* *de declivitate:* ALBERT. M. veget. 7,54 agri . . . in -bus montium siti frequentissime patiuntur siccitatem. 7,55. **2** *spec.:* **a** *anat.:* ALBERT. M. animal. 1,214 quae *(pars)* interiacet inter oculum et aurem, vocatur gybosum sive -s genarum. 1,400 altera . . . pars *(sc. venae)* egreditur usque ad stomachi gybositatem sive -em. *ibid. al.* **b** *geom.:* ANON. circ. p. 537,3 circuli -es.

convexo, -avi, -atum, -are. *molestare, vexare – belästigen, behelligen, plagen:* **1** *gener.:* SIGEB. Desid. 22 quacumque fuerit quispiam egritudine -tus *eqs*. LUP. FERR. Wigb. 24 ne . . . populus . . . fratres . . . caeca seditione -ret (vexaret *var. l.*). **2** *publ. et iur.:* LEG. Wisig. 2,1,18 nullus . . . quemcumque presumat per iussionem aut saionem vel distringere vel in aliquo molestius -are, si nec fuerit iudex. 5,7,17 si . . . liberti . . . manumissores . . . extra iusta negotia . . . -verint aut leserint. *ibid. al.*

II *eccl.:* **A** *strictius:* **1** *cena Domini – Herren-, Abendmahl:* **a** *de cena Christi:* FLOR. LUGD. carm. 3,214 ultima discipulis iungens *Iesus* -a sacris. **b** *de eucharistia:* RATHER. cena Dom. 4,152 quisquis itaque odii in corde retinet venenum, non accedat ad istud charitatis -um. RUP. TUIT. trin. 41,12 l. 562 nisi inventus fuerit, qui perierat, ... non licet eum invitari vel admitti ad -um vituli saginati, id est ad participationem corporis et sanguinis Domini *(cf. Vulg. Luc. 15,23sq.)*. LIGURINUS 3,2 qua *(die)* Christus mistica caenae discipulis statuens -a *eqs. v. et p.1849,21.* **c** *de cena caelesti:* TRAD. Frising. 476 p. 408,6 (a. 822) erogate, ut celestibus -is et spiritalibus alimentis perfrui mereatis. IOH. CANAP. Adalb. A 29 cui *(Adalberto)* angelicus minister iam celestis mense -a (conviva *var. l.*) preparavit. PETR. DAM. epist. 28 p. 273,16 brevis afflictio carnis emit caeleste -um. SIMON sacram. p. 64,17 quartum -um *(sc. Christi)* erat, quod non in hoc seculo promittitur, sed in futuram vitam differtur. *al. v. et l.35.* **2** *de -o caritatis, agape:* ARBEO Corb. 24 p. 216,22 communem sumpserunt -um: tam corporis alimoniam quam animarum a viro Dei propinabantur sacramenta. DHUODA lib. man. 3,11,115 -a tua ... cum peregrinis victum egentibus ... sit frequens. RIMB. Anscar. 41 p. 75,38 praecepit et clero et pauperibus -um (convium *var. l.*) praeparari. VITA Pirmin. I 3 officio itaque divino rite peracto, epularum -a in Domino laeti celebraverunt. EKKEH. IV. cas. 59 p. 128,23 ducitur vas vinarium ... ad caritatis fratrum ... -um. CHART. Solod. I 7 p. 13,36 in festivitate sancti Michahelis per triduum publico -o omnes in Christi nomine advenientes pauperes et clericos pascat *heres. saepe.* **B** *latius de lectione divina (in imag.; cf. p.1850,47sqq.):* WALAHFR. Gall. 1,5 inter sancta doctrinae salutaris -a. HRABAN. univ. 22,1 p. 587B -um ... mystice sive sanctae scripturae meditationem significat, ubi refectio spiritalis sumitur; vel remunerationem futuram demonstrat, ubi plenitudo omnium bonorum sanctis et dignis hominibus praeparata esse creditur. IOH. CANAP. Adalb. A 9 surgit ad solite orationis -a (conviva *var. l.*). *al.*

III *publ.:* **A** *proprie:* **1** *de -o regis:* CARM. de Karolo et Leone 319 laeta parat Karolus sociis -a laetus. HRABAN. epist. 34 p. 468,24 -um fecit *Baltasar* obtimatibus suis. CHRON. Pol. 1,15 singulos *(familiares)* singulis civitatibus vel castellis deputabat *rex*, qui loco sui ... -a celebrarent. *al.* **2** *de -o pro remuneratione facto:* REGISTR. abb. Werd. 2,3 p. 18,30 (c. 900) census de singulis mansis: ... ad nativitatem sancti Martini octo denarios, et debetur eis -um. CHART. Rhen. med. II app. 10 p. 340,33 debent ... omnes predicte obe secundo semper anno, si eis dominus -um fecerit, solvere porcum valentem VI denarios *eqs.* **3** *de -o coniurationis, gildoniae sim.:* CHART. select. Keutgen (a. 1258) 147 p. 166,39 quando ad commune -um scabinatus vocantur *scabini*. REGISTR. Xant. p. 57,37 de quibus *(mansis)* XV integri porci solvuntur, de quibus annuatim cedit in dimidium ad -um hiemannorum sive familie, quod dicitur gildebier. *al. fort. huc spectat:* WIDUK. gest. 1,35 p. 49,5 concilia et omnes conventus atque -a in urbibus voluit celebrari *rex*. **B** *meton.:* **1** *servitium (regis) – (Königs-)Gastung:* FORM. Marculfi 2,1 l. 66 ut ... nulla funcciones vel exactacionis, neque exquesita et lauda -a ... de ipsa facultate penitus non requiratur. ADALB. MAGD. chron. a. 931 rex ... in Franciam vocatus singillatim ab unoquoque eorum *(comitum seu episcoporum)* in domibus suis vel ecclesiarum sedibus regem decentibus est -is et muneribus honoratus. CHRON. Ved. p. 697,25 (chart.) neque comes nec aliqua regia vel iudiciaria potestas presumat illorum ingredi monasterium sive castrum neque ibi -a extruere. DIPL. Frid. I. 903 p. 162,36 nullus ... ius albergarie vel -i vel cuiuscumque servitutis ... petere aut exigere ... praesumat. *saepius. de censu vice hospitii praestando:* CHART. Naumb. 391 p. 350,15 (a. 1196) senior eiusdem ville III sol<i-dos> dat pro -o et III solidos pro caballo et situlam mellis. *ibid. al.* **2** *coniuratio, gildonia – geschworene Einung, Gilde (de re v. p. 1462,68sqq.):* CHART. episc. Hild. I 517 p. 492,36 (a. 1195) cives in Luthingesen et Ochtersem ex communi -o suo solvunt ... annuatim II solidos. p. 492,39 que *(luminaria)* providere debent magistri -i, quos seniores viros vulgo appellant. p. 493,3. CHART. Westph. III 636 abbas ... petivit declarari, utrum conversi ecclesie sue ... ad ministranda -a, que vulgo geltscap dicuntur, et eisdem -is interesse teneantur.

1. convivo, -vixi, -ere. *pendet* ad: *l.19. partic. praes. usu subst.:* ALBERT. M. eth. II 2,2,7 p. 186b,1. 22.

1 *strictius i. q. (simul, una) vivere – (zugleich, zusammen) leben:* **a** *gener.:* RUOTG. Brun. 9 quibus -xerat (quibuscum vixerat *var. l.*) ..., satisfecit. SIGEB. GEMBL. Wigb. 19 Erluini testimonium accedat, qui ei *(viro Dei)* diutissime -xit, quem nichil illius latuit. gest. 23 p. 534,31. decenn. 1,106. GODESC. GEMBL. gest. 64 descriptor vitae domni abbatis Olberti de vita et actibus eius vera dixit ..., quia diu ei -xit. ALBERT. M. eth. I 308 p. 263,78 *magnanimus* de facili 'non potest ⌞-ere alii⌟ (*p. 1124b,31* πρὸς ἄλλον ... ζῆν) alii, sed vel', idest saltem, 'ad amicum' -it, si *eqs. ibid. al.* **b** *eccl. et theol. (exempla spectant ad Vulg. II Tim. 2,11sq.):* GESTA Rom. eccl. VII si compatimur, et conregnabimus; et si commorimur, et -emus. RUP. TUIT. trin. 1,8 l. 239 in quibus *(formis)* creatori iungeretur, -ret atque conregnaret creatura. CHART. civ. Spir. 34 p. 34,13 Conradus ... universis Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis eidem domino Ihesu Christo -ere et conregnare. **2** *latius (vi praeverbii evanida):* **a** *vivere, superstitem esse – (über)leben, am Leben bleiben:* CHART. Gelr. 271 p. 266,16 (a. 1138) quod si uxor praefati Theoderici diutius -ret et ... sobolem de ipso non haberet. **b** *versari, commorari – (ver)weilen:* ERCHEMB. CAS. hist. 48 honoratus ditatusque donis imperialibus Oeream urbem accepit ad -endum *Gaideris.* **c** *vitam gerere, degere – das Leben hinbringen:* CONC. Merov. p. 194a,4 ut monachi iuxta reco<lam> vivant nec sequestrati per cellas <h>abitent vel -ant. PETR. DAM. epist. 40 p. 473,21 iste *(Samuhel)* in Ofni et Finees pravitate -xit (coniunxit, convinxit, non consensit *var. l.*).

2. *convivo, -are. *(cf. francog. vet.* aviver [le feu]; *v. Wartburg, Frz. etym. Wb. XIV. p. 584) incendere inflammare – entzünden, entfachen:* CAPIT. reg. Franc. 168,3 si quaelibet persona in finibus regni nostri ignem in silvam -are ausa fuerit.

3. convivo *v.* combibo. **4. convivo** *v.* convivor.

[5. convivo *v.* coniungo. *adde ad p. 1455,48sqq.:* WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 94 quantum naturę vigili -iuxeris *(ci. Pez [cf. P. Vossen, Der Libellus Scolasticus des Walther von Speyer. 1962. p. 15sq.];* convixeris *ed.)* arte.**]**

convivor, -atus sum, -ari *vel* **convivo,** -are. *script.* -ib(or): *l. 58.*

1 *vi praeverbii vigente i. q. simul cenare, convivium facere, convivio interesse – gemeinsam tafeln, Mahl halten, am Mahl teilnehmen (usu subst.: l. 54. 58):* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* CONC. Karol. A 38,5 quamdiu -atur *episcopus*, potius sacra lectio ante mensam eius recitetur. WALAHFR. Gall. 1,11 p. 293,16 descendens ursus de monte, micas et fragmenta, quae -antibus (conviventibus *var. l.*) deciderunt, caute legebat. WANDALB. Goar. 2,1 p. 44,13 ipse *(archiepiscopus)* cum abbate et coepiscopis ad -andum abscessit. CYPR. CORD. carm. app. 3,5,2 (MGPoet. III p. 148) discurrat donum paterae sollemniter, mensas reviset, -bantes supplicet. RUODLIEB I 105 ad mensam comites superexaltans locupletes, dum -atur *rex*, nobiscum *(sc. venatoribus)* fando iocatur *(item de rege:* FUND. Consecr. Petri p. 135,7. *al.).* ALEX. MIN. apoc. 10 p. 214,18 optima et felix auditio, quae non solum -ari, immo convivere ... praestat ... cum Deo. *saepius. in imag.:* RUP. TUIT. Ioh. 2,2283 in cunctis Iudaeorum atque haereticorum conventiculis, quia mater Iesu ibi non est, id est non -atur dominicae incarnationis fides, istae aquae vertuntur illis in sanguinem. **β** *de confraternitate precum:* EKKEH. IV. cas. 16 p. 44,11 ut fratres nostri conscripti ... etiam in memoriam mei debeant -ari. TRAD. Monast. 67 <ut> in anniversario eiusdem Alt<manni> ... fratres inde simul -ren<t>. **γ** *expressius i. q. potare, comissari, helluari – zechen, feiern, prassen:* TRANSL. Dion. Ratisb. 28 p. 367a,27 circuit Gisilbertus, singulos inebri-

[Vitali]

are avidus, nomine quemquam vocans hortatur -are, laetum diem ducere. HILDEG. epist. 3 l. 14 nec permitte eas *(animas)* in lacum perditionis dimergi per potestatem -antium prelatorum. *al.* **b** *eccl. de mensa Domini:* SPEC. virg. 6,562 respice nunc, o filia, respice, fidelis anima, quibus vel quantis deliciis -buntur, qui ad cenam nuptiarum agni vocantur et admittuntur. HERM. IUD. conv. 21 p. 124,22 ad mensam regis *(i. Christi)* -turus accessi. WIGAND. Waldg. 12 nuptias carnales -turus in cena nuptiarum agni Dei pro Domino sprevit. **2** *vi praeverbii evanida i. q. vivere (de), vesci, ali – leben (von), sich (er)-nähren:* VITA Antonini Surr. 18 aqua vino modico condita -bat. REGISTR. Xant. p. 90,38 de ea *(carne)* in carniprivio -are solebant.

***convius,** -i *m. conviator – Begleiter:* VISIO Godesc. A 22,3 nocte quadam consilio eius *(Dasonidae)* previo et ductore ab eo destinato -o ecclesiam . . . irrepentes *Bakaridae*. *Vitali*

[convivus *v.* 1. convictus *p.1844,42.* conviva *p.1849,1.***]**

convocatio (-cio), -onis *f.* **1** *de actione congregandi:* **a** *strictius i. q. advocatio – das Herbeirufen, Versammeln:* WALAHFR. exord. 5 his vasis *(i. tubis)* utimur in -e fidelium. CONST. imp. II 106 p. 135,10 ne sono campane ad aliquam -em civium faciendam . . . cives utantur. *al.* **b** *latius i. q. evocatio – Aufforderung, Aufruf:* **α** *gener.:* HRABAN. epist. 40 p. 478, 23 -o adhuc foris positorum ad percipiendam fidem Christi. CHRON. Mont. Ser. a 1224 p. 211,47 quo *(clamore vulgari)* ad arma -cio fit. *al.* **β** *iur. et canon. i. q. citatio – Vorladung:* CHART. Worm. 294 p. 198,10 (a. 1261) ad -em iudicii . . . unum tantum nuncium . . . pro se transmitet *molendinator*. HEINR. TREV. gest. 35 p. 434,39 convenerunt *fratres* aduituri, quid sibi vellet hec -cio eorum tam repentina. *expressius de vocatione scripta:* CONST. imp. II 233,4 (a. 1240) formam huius -cionis attende, in qua nil . . . de . . . pacis tractatu describitur. **γ** *eccl. i. q. vocatio – Berufung:* AMALAR. cod. expos. I 5,1 cantavit unus Christus, . . . et illi *(apostoli)* responderunt; . . . ideo responsorium -i apostolorum convenit. **2** *de coetu convocato:* **a** *strictius i. q. conventus, contio – (beratende) Versammlung:* LEGENDA Bonif. 3 (ZNiedersachs. 1882. p. 24; s. XII.) facta . . . synodali -cione prelatorum et cleri. CHRON. Vill. 3 (MGScript. XXV p. 195,17) facta -e multorum abbatum Remis. CHART. episc. Halb. 1318 l. 13 quod prepositus ad -em . . . ab archidiacono factam venire minime teneatur. *al.* **b** *latius de conventu Christianorum i. q.* ἐκκλησία *– Kirche, Gemeinde (loci pendent ab Isid. orig. 8,1,1 sqq.):* PONTIF. Rom.-Germ. 35,4 aecclesia . . . -o interpretatur, sed . . . non propriae aecclesia vocatur domus, que convocari non potest. ALBERT. M. miss. 3,6,8 p. 102^{b},15 Graeco . . . nomine ecclesia, . . . Latino nomine dicitur -o. *al.*

***convociferor,** -ari. *una vociferari , communiter clamare – miteinander die Stimme erheben, einmütig schreien:* CHRON. rhythm. Austr. 442 concors cohors militum -atur.

***convocitatus,** -a, -um. *vulgo vocatus – allgemein genannt:* VITA Landel. Laub. 287 perveniunt Romam caput orbis -tam.

convoco, -avi, -atum, -are. *script.:* cun-: AGNELL. lib. pont. 122 p. 359,27. cumv-: CARM. de Bened. 108. CHART. Bund. 586 p. 79,21.

I *in unum locum vocare, cogere, congregare – zusammenrufen, einberufen, versammeln:* **A** *strictius (praevalente notione vocandi):* CONVERS. Afrae 2 -ans puellas . . . dixit eis: *'eqs.'* ARBEO Corb. 3 tintinnabulo ministros -ans. THIETM. chron. 5,34 alta voce per kirieleison sotios -antes *milites*. *al. per compar.:* HRABAN. carm. 40,13 signum ecclesiae -at omnes. **B** *latius (praevalente notione congregandi):* **1** *gener.:* **a** *de hominibus:* EIGIL Sturm. 15 p. 148,3 cum . . . ad suam doctrinam populum -asset *Bonifatius*. WIDUK. gest. 1,38 p. 55,3 -to omni populo tali oratione eos est affatus *rex: 'eqs.'* THIETM. chron. 5,40 -tis in unum confratribus universis . . . adventum regis . . . indixit *Waltherdus*. *saepe.* **b** *de rebus i. q. colligere – sammeln:* GESTA Bereng. 1,100 cui *(serpenti)* . . . longa sitis . . . -at in fauces . . . venenum. **2** *spec.:* **a** *publ. et eccl.:* CONC. Karol. A 39^{A} p. 312,19 cum . . . Hludowicus . . . Aquisgrani palatio generalem sanctumque -asset conventum. BERTH (?) annal. a. 1077 p. 293,32 -to . . . fratrum collegio capitulum . . . fecerunt *legati*. CHART. Tirol. notar. I 518 p. 252,5 in curia vassallorum . . . -ta. *persaepe*. *c. sensu constituendi:* DIPL. Loth. I 104 quod . . . forum publicumque construere et -are vellet mercatum *archiepiscopus*. **b** *milit.:* THIETM. chron. 6,97 -tis . . . militibus suis Arnulfus . . . remeavit. VITA Heinr. IV. 4 p. 18,13 cum rex ad propellendum hostem exercitum -asset. *al.*

II *advocare, arcessere – herbeirufen, (zu sich) rufen:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* RIMB. Anscar. 28 -to ad se rex domno episcopo, quae fuerant gesta, retulit. EBERW. Magner. 12 sacerdotem -ans . . . interrogat *episcopus eqs.* THANGM. Bernw. 19 domnum apostolicum . . . -vit in occursum. TRANSL. Conr. Const. 2 p. 444^{a},30 antistes . . . monachum . . . -vit eumque vitam . . . patris . . . conscribere postulavit. *persaepe*. **2** *c. colore quodam:* **a** *evocare – berufen:* HRABAN. epist. 10 p. 397,16 qui *(Iesus)* nos ad suam gratiam -verat. 13 p. 401,30 in regnum suum. *usu subst.:* HRABAN. epist. 40 p. 478,29 per praedicationis officium iam -tos catechumenos facere. **b** *invitare – einladen:* HINCM. ord. pal. 451 ut rarus quisque infra ebdomadam remaneret, qui non ab aliquo . . . -retur. CHRON. Ebersb. I p. 14,43 quae *(Riblinde)* . . . caesarem -at domum. *al.* **c** *conclamare – rufen (nach):* ALBERT. AQUENS. hist. 6,10 undique . . . aquam -ant (convehunt *var. l.*). **d** *invocare – anrufen:* CHART. Stir. IV 276 (a. 1267) -ta spiritus sancti gratia. **e** *in auxilium vocare – zu Hilfe rufen:* ALBERT. M. animal. 8,19 hyrundo non valens eicere passerem -vit . . . multas hyrundines. **B** *iur. et canon.:* **1** *in ius vocare, citare – vor Gericht laden, vorladen:* CAPIT. Saxon. 4 si . . . iterum pro ista causa ad palatium fuerit -tus et deiudicatus. TRAD. Frising. 192 clerici vel laici, qui ad testimonium ibidem -ti fuerunt. CHART. Raitenh. 371 partibus -tis et meritis cause visis ipsam fine canonico terminetis. *saepius.* **2** *provocare (ad) – appellieren (an):* CONC. Karol. A 39^{A},86 quod non oporteat clericos . . . episcopum relinquere et ad secularia iudicia -are.

III *impers. i. q. resonat – es ruft, schallt:* MODOIN. ecl. 2,57 it vastus fragor, undique 'pacem' -at.

***convocus,** -i *m. aequivocus – Namensvetter:* ANNAL. Xant. a. 835 Ludewicus imperator cum -o suo perrexit ad Burgundiam. a. 855. a. 873. *usu adi. i. q. eiusdem nominis – gleichnamig, namensgleich:* ANNAL. Xant. a. 856 Nordmanni . . . regem sibi constituunt, cognatum et -um priori.

***convolatio,** -onis *f.* *actio convertendi – Hinwendung:* ALBERT. M. sent. 4,28,6 p. 195^{a},20 societas coniugalis non impedit -em ad frugem melioris vitae.

convolatus, -us *m.* *de palpebratione i. q. concursus – das Zusammenschlagen, Schließen:* ALDH. virg. I 60 p. 321,7 si . . . ferreus leti somnus palpebrarum -us non tricaverit.

***convolito,** -are. *(gregatim) volare – (im Schwarm) fliegen:* ARNULF. delic. 784 -are (cum volitare *var. l. [Werner p. 422]*) grues suspeximus L simulantes. AMARC. serm. 1,520 suavia quando petunt thyma -antque gregatim ad cithisum *apes*.

1. convolo, -avi, -are. **1** *strictius:* **a** *concurrere, confluere – zusammeneilen, -fliegen, sich versammeln:* OTTO FRISING. gest. 2,40 p. 147,7 in hac arce . . . latrunculorum predandi causa -verat multitudo. ALBERT. M. metaph. 1,1,6 p. 9,37 sicut videmus aves fugere vel -are ad garritus . . . auditos. **b** *advolare, (celeriter) accedere (ad) – herbeieilen, -fliegen, sich (eilends) begeben (zu):* HROTSV. Gall. inscr. p. 109 qui *(Gallicanus)* . . . per Iohannem et Paulum . . . conversus ad b a p t i s m a -vit (HELM. chron. 108 p. 212,18). I 7,1 ut vocem . . . domnae hausimus, tibi ad obsequium -vimus. VITA Theog. 2,24 episcopus . . . fratribus . . . valedicens ad monasterium sancti Georgii . . . -vit. OTTO FRISING. gest. 2,22 nisi . . . oppidani excitati . . . ad arma -assent. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 198,25 ut falco -et desiderio comedendi *eqs. al. per compar. de mortuis:* FORM. Salisb. I 32 quatinus contempto desiderio terreno, ad aeternam -emus sedem. ANNAL. Plac. a. 1159 p. 459,38 ut . . . papa ad superos -vit. a. 1270 p. 547,35 ad eternam gloriam. **2** *latius:* **a** *confugere (ad), appellare – sich (hilfesuchend) wenden (an), Zuflucht suchen (c. dat.: l. 71):* EPIST. Lang. 20 p. 714,21 quod vos . . . episcopi . . . secularibus -antes auxiliis ab . . . episcopatus sede . . . recedere presumpsistis. HINCM. epist. I 160^{b},6 epi-

[Lenzinger]

scopus ad primatem alterius provintiae non habet licentiam appellandi vel -andi seu conquirendi. CONR. BRUNW. Wolfh. 30 p. 120,7 ad orationem -ans ... sanctorum ... implorat suffragia. OTTO FRISING. gest. 1,47 p. 66,26 ad equorum ... robur -amus. CHART. Rhen. med. II 184 p. 225,5 dum ... controversia ... inter nos seviret, ad iudices delegatos Maguntine sedis -vimus. *al. expressius i. q. intrare – eintreten:* CHART. Turic. 1021 (epist. papae a. 1257) que *(possessiones)* personas liberas fratrum vel sororum ... ad monasterium ... mundi relicta vanitate -antium ... contigissent. CHART. Basil. C I 423 p. 311,36. **b** *se conferre (ad), aggredi – sich zuwenden, schreiten (zu):* CHART. Westph. III 295 p. 162,31 a. (1231) si ad matrimonium -verit *puer* (*cf.* CHART. Nuremb. 278 ad secundas nuptias). ALBERT. M. sent. 4,38,3 p. 400[a],9quod videmus filiosfamilias ad religionem contra voluntatem parentum -are. *al.*

2. *convolo, -velle. *unanimiter velle, consentire – einmütig wollen, übereinstimmen:* ANNAL. Plac. a. 1271 p. 554,40 predicti arbitri ... presentibus -entibus omnibus cardinalibus ... eligerunt domnum Tedaldum ... in summum pontificem.

convolvo, -volvi, -volutum, -ere. **1** *proprie:* **a** *conglomerare, complicare – zusammenrollen, -ballen, einrollen (usu medial.: l.24):* **α** *in univ.:* SIGEH. Maxim. 10 (8) infra semet ipsum ... contrahitur et ... in spaeram ... vel globum pene informem -itur *dux*. RUP. TUIT. inc. 3 corporale ... -tum flammis ... iniecit. SUMM. Heinr. C p. 445 rotula -ta cartula id est rodel. *in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,180 ceruleam -it Cynthia pallam. *comprimere – zusammendrücken:* HERBORD. Ott. 1,35 patula retro haurimenta omnibus *(sagittis)* -i iussit *abbas*. **β** -ere casum *i. q. concidere – einstürzen:* EKKEH. IV. carm. var. II 5,13 somnia Parnasum faciant -ere casum. **γ** *refl. i. q. se congregare – sich versammeln:* CARM. de Iuda 2,287 primatus et seniores se -entes Ihesum dampnare volentes. **b** *(circulatim) movere, volvere – (kreisförmig) bewegen, rollen, wälzen (usu medial.: l.36.45):* **α** *corpor.:* CONC. Merov. p. 171,17 qui ... in merda ... sua ut sues teterrimi -untur. WALAHFR. hort. 267 qui *(carbunculus)* ructus ... -it amaros oris adusque fores. AUDRAD. carm. 3,4,335 picei ... bituminis amnes -ent *animam miseram*. ALBERT. M. veget. 6,254 ovum ... penetrat et emollit *acetum*, ita quod ... -tum prolongatur. *per compar. de tempore i. q. evolvere – entrollen, ablaufen lassen:* ALDH. ad Acirc. 17,2 tempora reciprocis -ens *luna* menstrua cyclis. **β** *spirit.:* THEODULF. carm. 28,621 suas ... solent -ere causas magni. VITA Galli II 6,159 mente ... languorem febris ... -ens *pater*. ALBERT. M. eth. I 928 p. 776,28 anima retrahitur ... in intima et in illis -itur (*cf. PG 3, 704[D]* κινεῖσθαι κυκλικῶς) in simplicitatem intellectualis luminis *eqs*. *c. sensu recedendi:* ALBERT. M. eth. II 6,4,3 p. 460[a],27 ratio ... ad se -ens. **c** *circumdare, involvere – umgeben, umwickeln, einwickeln:* VITA Galli II 6,1788 ne nos laqueis ... -at ... hostis tartareus. INVENT. Quint. I 148 (MG Poet. IV p. 995) linteolis ... suis -ens munia tanta. ALBERT. M. animal. 1,302 qui *(panniculus)* concludat eam *(carnem)* et -at. **2** *translate:* **a** *evenire, transire – eintreten, verlaufen:* ALBERT. METT. episc. Mett. 3 p. 112,25 omnia sub animi sui voluntate esse -ta. **b** *impellere, commovere – anregen, rege machen:* EUGEN. VULG. calend. 119 Iulius ... cantando Processum -it sensum deposcens Martinianum.

***convolutio,** -onis *f.* **1** *gener. i. q. involucrum, tegumentum – Hülle, Umhüllung:* SUMM. Heinr. C p. 122 involucrum -o vestium wollůch (*sim.* p. 333). **2** *zool. i. q. actio complectendi, comprehendendi – das Umfassen, Umschließen:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 86,28 quia amplius debeat brancare *medius digitus* quam alii, in circulari -e medium obtinebat. **3** *philos. i. q. consideratio collectiva, comprehensio – Zusammenschau, Zusammenfassung:* ALBERT. M. div. nom. 3,12 p. 109,34 'unitivas ... -es' (*PG 3,681[B]* συνελίξεις), idest sermones, in quibus multa implicantur quasi involuta.

conus, -i *m.* **1** κῶνος – *Kegel:* RICHARD. ANGL. anat. I 220 cor ... formam -i habens, superius latam, inferius angustam. ALBERT. M. probl. det. 40 p. 63,71sqq. cuius *(mercurii)*deferens ... -um umbre terre vix attingit, ita quod nil sui in -um immergitur. *al.* *in imag.:* ODILO SUESS. Seb. epil. (46) quorum *(insignium virtutum)* summa in -um redacta surgit in milibus quattuor centum septuaginta. **2** *de rebus -o, metae similibus:* **a** *strictius:* **α** *de uberibus i. q. mamma, papilla – Zitze, Brust(warze):* ALBERT. M. animal. 2,36 secundum numerum ... non habent *bruta animalia* nisi duas mamillas sive duos -os *eqs*. 9,79 habundant ... quaedam mulieres tantum in lacte, quod ... non habent ipsum solummodo in -is mamillarum, sed ... emittunt iuxta -os. *ibid. al.* **β** *de fructu i. q. baca – Beere:* GLOSS. II 695,75 St.-S. -us dicitur fructus beri. **b** *latius i. q. summa pars, apex, vertex – oberster Teil, Spitze, Gipfel:* **α** *in univ.:* METELL. exp. Hieros. 6,850 standarus aureolo -o capitatus ... nitet. YSENGRIMUS 5,775 sublimis scopulus -o petit ęthera. ALBERT. M. veget. 6,204 glans ... habet ... siliquam ... columnalis figurae, nisi quod -us eius ... est ... sicut hemisphaerium. *saepius*. **β** *de superiore parte nasi:* ALBERT. M. animal. 1,138 quando fuerint *supercilia* arcualia usquequo coiungantur ad -um nasi. 139 quorum *(angulorum ciliorum)* unus est aput -um nasi et alter aput gibum genae. *al.* *de acumine:* ALBERT. M. animal. 1,224 quae *(nares)* in extremitate inferiori in cartillagine nasi elevantur et linea recta descendendo pertingunt ad nasi -um. **γ** *de crista (avium):* THEOD. carm. (NArch. 39. 1914. p. 165; c. s. XII.) surgit honoratus plumis a vertice *(sc. avis Phoenicis)* -us. **δ** *de ornamento galeae i. q. iuba, cornu – (Helm-)Bügel, -Busch:* ALDH. ad Acirc. 124 'cristatus Achilles', id est crista et -o galeatus. EUPOLEMIUS 2, 262 caput hostis contudit ense infringens levem -o cedente galerum. ODO MAGDEB. Ern. 2,433 galee -o sub vertice scisso. *meton. i. q. galea – Helm:* ABBO SANGERM. bell. 2,521 pepulit -um (gloss.: helmum) de vertice regis in humeros lapsum. **ε** *de loco i. q. angulus (extremus) – (äußerster) Winkel:* CHART. scrin. Col. B 775 (c. 1265) in fabrica ... in -o vici, qui dicitur Kovergassen. *ibid. iterum*.

***conutilitas** *v.* *coutilitas.

convulnero, -avi, -atum, -are. **1** *proprie i. q. (ubique) vulnerare, violare – (überall) verwunden, verletzen:* RUP. TUIT. off. 12,13 l. 340 appropians *Samaritanus* homini a latronibus despoliato et -to. ALBERT. M. Iob 30,11 sagittas suas mittens in me ... -vit me *Deus*. **2** *translate i. q. affligere, contristare – bedrücken, betrüben:* RUP. TUIT. trin. 29,57 l. 1778 considera, quae fecisti, et videndo mente -tus ... reliquos consolaberis.

convulsio, -onis *f.* *imminutio, detractio – Beeinträchtigung, Schmälerung:* DIPL. Heinr. IV. 466 p. 630,43 liberam habeat *canonicus* potestatem allodium ... fratribus ... absque omni -e donandi *eqs.* (*inde* DIPL. Conr. III. 43 p. 71,34sqq.). *ibid. al.*

***convulsor,** -oris *m.* *contemptor, violator – Mißachter, Verletzer:* FORM. Marculfi 2,1 l. 105 si quis huic volontate mea ... -r ... aut tergiversatur exteterit, anathema sit. DIPL. Frid. I. 1037 p. 339,32 (spur.) quicumque -r, contradictor aut temerator huius pagine extiterit. CHART. Pomm. 61 p. 75,31 -es earum *(donationum)* et invasores anathemate perpetuo percussimus.

convulsus *v.* convello. **[conydes** *v.* cymindis.]

conyza (-iza, -isa), -ae *f.* (κόνυζα) *abl. sg.* -i: *l.59*.

1 *inula conyza – Dürrwurz (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 1009sqq.):* RECEPT. Bamb. 55 -iza incensa loci adspargatur. 56. PAUL. AEGIN. cur. 249 p. 192,1 clausas ... matrices aperire oportet ... calefacientem his, que ex malva ... et fortioribus artemisia et -isi (*3,74,9* κονύζη). DYASC. p. 71[a] -iza alia est maior, ... alia parva, ... alia est media ..., quorum prima appellata est ... -iza lata ... vel ... armentalis *eqs*. ALBERT. M. animal. 4,87 quae *(species medicinalis)* ... ab Aristotele ... vocatur kabara (*p. 534[b],28* κόνυζα). *al. v. et p. 921,26.* **2** *cicuta, conium – Schierling:* GLOSS. V 42,34 St.-S. cicuta -iza vel kanna scierlinc. ALPHITA I p. 284,13 cicunita (cicuta *var. l.*), -iza, conium idem. p. 285,43.

***conzatura** *v.* *conciatura.

***conzelivum** *sim. v.* *conciliv(i)us.

conzium, -us *v.* congius. **conzlarius** *v.* cancellarius.

***conzolus** *v.* *congiolus.

***coobses,** -idis *m.* *qui una cum aliis fideiussor est, socius obses – Mitbürge:* CHART. Turic. 921 p. 7,1 (a. 1255) sigillis

[Lenzinger]

dominorum dictorum et -um . . . utimur.

***coofficialis,** -is *m.* **1** *strictius i. q. collega – Amtsgenosse:* EPIST. Worm. I 47[tit.] summę religionis speculo E. -i suo A. Wormatiensis ęcclesię episcopus. **2** *latius i. q. consors – (Leidens-)Genosse:* EPIST. Worm. I 37 p. 71,32 illos septem -es meos, qui . . . mecum satisfacturi sunt, . . . ad te . . . perducere non sufficio.

coogniveo *v.* coniveo.

coomnipotens, -entis. *aeque omnipotens – in gleicher Weise allmächtig:* REGINO syn. caus. 1,455 p. 204,18 totam . . . in trinitate deitatem coessentialem et . . . -em praedicans. ORD. coron. imp. 14 p. 39,19 credis ipsum Dei filium . . . consubstancialem, -em et coequalem. GERHOH. glor. 11,4 p. 1111[B] volo, ut ostenderet se *Christus* . . . suo patri -em. *al.*

cooperarius, -i *m. socius operis, adiutor – (Mit-)Arbeiter, Gehilfe:* GESTA Camer. 1,8 vir sanctus senio gravis . . . beatum . . . Vedastum vicariae sollicitudinis -um direxit. EPIST. Ratisb. app. 1 p. 369,25 vobis . . . hanc potestatem contulit, quos secum -os in vineam . . . introduxit (VITA Meinw. 133; *loci spectant ad Vulg. Matth. 20,1*).

cooperatio (-cio), -onis *f. usu plur.: l.32.*

auxilium, adiuvamen, operis consociatio – Mitwirkung, Zusammenarbeit: **1** *gener.:* **a** *strictius:* CHART. episc. Hild. I 64 p. 60,8 (a. 1020) Bernwardus . . . antistes omnibus bonae -is fratribus patribusque . . . gaudia salutis et pacis. PETR. DAM. epist. 80 p. 416,13 faciat ipsa *(libido)* suis viribus contenta, . . . nam meae -is auxilium habere non potest. CONST. imp. II 53 p. 65,1 ut . . . ecclesia . . . ipsorum *(regum)* -e . . . semper pace letetur. CHART. Hall. 226 p. 216,3 oportet, ut . . . assit . . . -cio subsidii temporalis. *meton. i. q. collecta (communis) – (gemeinsamer) Beitrag:* GESTA Ern. duc. II 39 p. 248,7 episcopus . . . missarum solemnia populo quoque orationum -es inchoate inchoat. **b** *latius de interventione:* DIPL. Heinr. III. 325 ut res, . . . quas . . . in Bonnensi pago tenent *fratres,* . . . conscientia et -e (comparatione *B*) . . . episcopi . . . confirmaremus. ACTA imp. Winkelm. I 569 p. 456,30 dum sentimus . . . ecclesiasticos viros in secure pacis pulcritudine . . . mediante nostre -is industria respirare. *al.* **2** *natur. et philos.:* ALBERT. M. anim. 1,1,6 p. 13,17 quia semper exiget *anima* illius *(sc. corporis)* -em. anal. post. 1,2,10 p. 45[a],6 quidquid habet appetitum contrarii doloris, habet circa cor accensionem sanguinis ex -e fellis. **3** *theol.:* **a** *de trinitate:* AUDRAD. carm. suppl. 2 explicit de aeterna Filii Dei et hominis cum Deo Patre -e liber secundus. HROTSV. Sap. 9,6 qui . . . es forma sine materia ex Patris voluntate et spiritus sancti -e. MANEG. c. Wolfh. 14 p. 74,13 accipe bonam Patris voluntatem et piam Filii obediențiam, completam per consubstancialis spiritus -em. **b** *de homine (de re v. A. M. Landgraf, Dogmengesch. der Frühscholastik. III/1. 1953. p. 207):* ALBERT. M. cael. hier. 3 p. 51,73 quod non omnes existentes in hierarchia sint cooperatores Dei; haec . . . -o consistit in reducendo ad Deum.

cooperativus, -a, -um. *cooperans – (hilfreich) mitwirkend:* ALBERT. M. top. 3,1,7 p. 345[b],20 alterum illi appositum . . . est -um (*cf. p. 118[b],13* συνεργόν) illi et quasi adminiculans *eqs.* eth. II 1,6,10 p. 97[a],41 in tempore . . . genus inventivum et -um est ad cognitionem principiorum artis per experientiam.

cooperator, -oris *m. (f.: l.60) script.* coho-: *l.68.*

auxiliator, cooperarius, socius operis – (Mit-)Helfer, Gehilfe, Mitarbeiter: **1** *gener.:* **a** *in univ.:* HUGEB. Wynneb. 7 p. 112,3 die noctuque certando contra indefessas diaboli -es conflictum habebat. CONC. Karol. B I 45,9 si se promiserit *rex* adiutorem et -em Dei . . . futurum (VITA Meinw. 12 p. 21, 5. *al.*). PETR. DAM. epist. 39 p. 381,23 qui *(clerici)* . . . sacramentorum caelestium Deo -es et dispensatores existunt. EPIST. Hann. 82 p. 133,33 quod . . . regię sublimitati perpendendum est et omnibus eius in administrationem rei publice -bus. CHART. Hagenow. 418 p. 312,18 dominus Rupertus miles . . . bonus coho-r existens . . . dedit . . . abbati septuaginta marcas. ALBERT. M. summ. theol. II 10,37,1 p. 409[a],38 dicit *(sc. Dionysius)* . . .: 'est unicuique hierarchiam sortientium perfectio . . . Dei -em (*PG 3,173*[C] συνεργόν) fieri' *eqs. persaepe.* **b** *c. colore quodam:* **α** *de scelerum complice:* CONST. imp. I 42 (a. 1027) sunt anathematizati pro sacrilegio et homicidio . . . cum fautoribus et -bus et etiam communicatoribus eorum. RUD. TRUD. gest. 3,4 p. 242,44 horum omnium malorum non tam incentores quam etiam -es existebant *fratres*. PETR. CAS. (?) chron. 4,91 si eorum *(civium)* in tam nefando negotio -r pro suo posse existeret *prior*. HESSO rel. (MG Lib. Lit. III p. 28,11) qui *(spiritus adversarius)* . . . ad perturbandam . . . concordiam -es maliciae suae quaesivit et invenit. *al.* **β** *fautor, adiutor – Förderer, Unterstützer:* ADSO Frodob. 36 (MGMer. V p. 88,6; s. X.[2]) horum omnium *(sc. factorum Frodoberti)* auctore, auspice et -e (cooperante *var. l.*) immortali Deo. DIPL. Heinr. IV. 88 p. 114,37 eorum *(antecessorum)* benefactis -es esse decrevimus, ut eorum . . . retributionis fructum metamus. *al.* **2** *particeps, socius – Teilnehmer, Beteiligter, Mitwirkender:* **a** *gener.:* CHART. episc. Halb. 202 (a. 1142) coram . . . idoneis viris, qui -es et testes commercii aderant (CHART. episc. Wirz. II 14 p. 29,6. *al.*). VITA Hildeg. Schon. 24 (ASBoll.[3] Apr. II p. 785[D]) quod ipse *(Eberardus)* fuerat -r meae conversionis. *al. remissius (pro titulo dignitatis):* CHRON. Pol. 1,6 p. 20,1 imperator eum *(sc. Bolezlavum)* fratrem et -em imperii constituit et populi Romani amicum et socium appellavit *(cf. Vulg. Phil. 2,25).* **b** *eccl.:* **α** *de concelebrantibus sacra:* PONTIF. Rom.-Germ. 63,19 his ita peractis duo episcopi -es ordinis sacri reducant ipsum electum in sacrarium. BEBO ad Heinr. II. p. 494,1 ad benedicenda crismatis oleique sacramenta duodenos -es pontificalis ordinis habuit *vicarius sancti Petri* (*sim.* CHART. Salem. 13 p. 23,14). **β** *de capellano, vicario:* VITA Vulfr. 5 (MGMer. V p. 664,25) Wando, tunc temporis diaconus et -r eiusdem praesulis . . ., postea . . . praesbiter et succedenti tempore abbas. GESTA Halb. p. 88,43 Hiddonem, prefati antistitis fidelissimum -em in pontificem elegerunt. CHART. Stir. II 205 p. 295,32 ut sacerdoti et -i suo de proventibus eiusdem ęcclesię . . . assignetur stipendium. *al.* **γ** *de chorepiscopo, episcopo auxiliari:* HRABAN. epist. 25 p. 433,6 ut dispectis -bus suis ipsi *(sc. episcopi)* soli potentes ac sanctificatione pollentes videri appetant. CHART. Traiect. III 1234 Theodericus episcopus Vironensis, -r . . . electi Traiectensis.

cooperatrix, -icis *f. script.:* coho-: *l.55.* -ore-: *l.42. usu adi.: l.53.55.*

adiutrix, particeps, socia operis – Helferin, Unterstützerin, Mitarbeiterin: **1** *in univ.:* DIPL. Loth. II. 34 p. 441,34 (interp.) sedula coore-x (cooratrix *B. D*). CHART. Mog. A I 346 (epist. papae) studeat . . . fraternitas tua sic se in his rebus nobis -em exhibere, . . . quatinus *eqs.* TRACT. Ebor. IV (MG Lib. Lit. III p. 676,6) quę *(imperatoris potestas)* -x est gratię Dei. EPIST. Hildeg. 51,6 lux vivens, omnis boni operatrix, cui omnis anima vitalis et . . . preelecta sit -x. CHART. Lux. VIII 139,3 quam *(Virginem)* nostre salutis -em . . . esse cupimus. *al.* **2** *usu attrib.:* EPIST. Worm. I 63 p. 107,17 -x Dei Sapientia. CHART.Mekl. 125 p. 122,2 ut . . . per Dei gratiam, studioso labori nostro -em, . . . inquietudo a servis Dei propellatur. *expressius i. q. auxiliaris, cooperarius - hilfreich, mitwirkend:* MIRAC. Ursm. 1,22 p. 834,46 cum . . . iam fugatis -bus tenebris noctis dies adesset. ACTA imp. Böhmer 1067 p. 764,5 fuit *Federicus* quasi causa inductiva et coho-x ad inducendum ministeriales.

cooperculum, -i *n. vel raro* **coopercula,** -ae *f. et* **cooperculus,** -i *m. script.:* cup-: *l.60.* copercol-: *l.61sq.*

1 *strictius i. q. operculum, tegimen – Deckel:* CAPIT. reg. Franc. 128,2 bustam cum cup-o argenteam ad timiama portandum. TRACT. de caus. mul. 37 cacabus copercolum habeat gipsatum et ipse copercolus suspirium habeat fistolam. IOH. WIRZ. descr. 16 p. 165 martyris corpus . . . in quadam lignea arcellula reconditum elevato -o peregrinis advenientibus ostenditur. Ps. GERH. CREM. sal. I 55 pone eas *(laminas)* in olla vitreata et -o vitreato cooperi. ALBERT. M. animal. 7,155 a -o reflexus convertitur *fumus elevatus* in aquam et recurrit in ollam. *al. superpositum – Aufsatz:* GEBER. forn. 3 p. 739 in sublimatione sulphuris debes -um sublimatorii facere . . . ad modum alembici sine naso. **2** *latius i. q. velamentum, involucrum – (schützende) Bedeckung, Hülle:* **a** *gener.:* WILH. HIRS. const. 2,65 p. 1137[C] defuncto in illud *(feretrum)* posito

[Lenzinger]

asperso et incensato -um superponitur. **b** *natur.:* **α** *in univ.:* ALBERT. M. veget. 1,177 in quibusdam fructibus statim formatur semen cum suo -o, quo operiuntur semina *eqs.* animal. 1,531 qui *(sc. panniculus)* cerebrum cooperit usque ad postremam eius partem, ubi -o non indiget. animal. quaest. 12, 20 p. 237,58 natura provida ... providit illis partibus coopertoria, sicut oculo palpebras et olfactui -um intra nares. *ibid. al.* **β** *de penna in cauda avium sita i. q. penna cooperiens – Deckfeder:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 104,16sq. que decem *(pennae)*, quoniam cooperiuntur a duabus coopertoriis (-is *var. l.*), quando cauda non est extensa, dicuntur -e (cooperte *var. l.*), hee dextere, ille sinistre. 2 p. 167,4 que due *(pennae)* vocantur -a. **γ** *de cancro i. q. testa, cutis dura – Schale, Panzer:* ALBERT. M. animal. 4,21 omnes ... isti modi cancrorum ... sunt duri corii ... et sunt asperi in tactu, licet -um omnium eorum nascatur ex membrana molli.

cooperimentum, -i *n.* **1** *de operimento:* **a** *tegimentum, stragulum – Decke, Teppich:* **α** *in univ.:* CATAL. thes. Germ. I 46,6 (s. XI.ex.) -a altarium VI auro parata et V pallia super altaria auro parata (*sim.* 51,4). HERBORD. Ott. 1,34capit. de -o (nobili operimento *var. l.*) valde precioso, quod super leprosum poni precepit. *praesidium – Schutz:* ALBERT. M. metaph. 8,1,5 p. 395,42 alii ... diffinientes domum dicunt, quod est 'vas', quod est '-um pecuniarum'. **β** *de nive:* ALBERT. M. veget. 4,59 quod vis terrae evaporans reflectitur saepius ad terram propter nivis -um. **b** *velamen, involucrum – Hülle, Umhüllung:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,15 p. 8bv membra interiora pectoris duobus sunt operta panniculis preter illum, qui costarum est -um. ALBERT. M. veget. 2,2capit. p. 142,6 quare quaedam folia habent quaedam -a et quaedam non. animal. 17, 47 propter quod etiam vulgariter ovum vocatur aborsus eiectus in -o suo et corruptus. *al.* **c** *tectum, tecti basis – Dach(stuhl):* ALBERT. M. eth. I 44 p. 44,3 'inquantum est utile' sibi *(tectori)* ad mensurandum -a domus. **2** *de effectu operiendi:* **a** *proprie i. q. opertio – Bedeckung:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 94,3 quod plumagium necessarium est avibus ad melius esse, scilicet ad -um cutis. ALBERT. M. veget. 2,91 finalis ... intentio foliorum est ad fructuum -um. *ibid. al.* **b** *translate i. q. occultatio – das Verdecken, Verbergen:* THEOD. AMORB. Mart. 6 studuit *episcopus* ad -um proprii erroris quibusdam subreptionibus, ut *eqs.*

cooperio, -rui, -rtum, -ire. *script.:* cop-: *p.1860,60. al.* cohop-: *p.1860,51. al. form. perf. coni.* -ierit: *p.1860,22.*

1 *proprie:* **a** *contegere, (ad)operire – be-, überdecken:* **α** *in univ.:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 116,5 cum ... illi *(sc. episcopus et alii)* foderunt, ... nares suas -ire temptaverunt. LIBELL. de conv. Baiuv. 1 p. 5,13 aedificia ... tunc paene dilapsa silvisque -ta. ANNAL. Xant. a. 873 p. 33,14 nix totam superficiem terrae -uit. BRUNUS LONG. chirurg. 1,5 p. 108B valet *sulphur* ad vulnera nervorum, scilicet -torum (cooperatorum *ed.; sed cf.* WILH. SALIC. chirurg. 2,23 p. 339A utrum medicina, quae ponitur super nervo discooperto, magis laedat, quam quae ponitur super -to). *saepe.* **β** *c. sensu ornandi (de rebus cultui divino constitutis):* BERTH. (?) annal. a. 1070 p. 274,47 tabulas altaris argento -tas furtive dilaminavit *invasor.* RUD. TRUD. gest. 1,3 p. 230,40 repperimus ... pallas lineas serico -tas. OTTO FRISING. chron. 5,11 p. 243,18 Constans ... beato Petro mirae magnitudinis evangelia auro -ta, gemmis ornata misit. *al.* **γ** *de aedificiis i. q. tegere – (ein-)decken:* DIPL. Ludow. Germ. 69 p. 97,45 decreverunt *imperatores* ..., ut ... abbates ... ecclesiam sancti Stephani ... proprio sumptu -rent. GERH. AUGUST. Udalr. 1,28 l. 175 matricem aecclesiam novo tecto -ire praecepit *episcopus.* RUD. TRUD. (?) gest. 9,22 reditus ad plumbum emendum constitui, ut inde -retur monasterium. ACTA imp. Winkelm. I 1005 p. 774,27 debent *homines subscripti* reparare girum in facie et cohoperire cannas septem. *al.* **δ** *de equis i. q. insternere, instruere – satteln, (zu)rüsten:* CHART. Advoc. 81 p. 41,26 (a. 1244) de hiis bonis uno homine servietur domui nostre armato ad integrum in dextrario -to. ANNAL. Otak. a. 1260 p. 183,47 contra inimicos ... galeati et nonnulli in -tis equis properarunt *milites et clientes. al.* **b** *vestire, amicire, circumdare – bekleiden, umhüllen, umgeben:* **α** *de corpore anim.:* LIUTG. Greg. 13 p. 78,14 nudus fui, et -uistis (*cf. Vulg. Matth. 25,36* operuistis) me. TRACT. de caus. mul. 37 mulier coperta esse debet de sagu. OTLOH. Wolfk. 33 cum ... praesul videret eum in choro sedentem -to capite, sicut mos est aegrotantium in oculis. ANON. coit. 1,4,23 in stratis mollibus -ti dormiant *senes et debiles.* CONSUET. Marb. 317 sola verenda *(sc. mortui)* veteri panno sint -ta. TRACT. de chirurg. 921 -atur (coperiatur *I*), ut a frigore non ledatur. *saepius.* *usu subst.:* ALBERT. M. animal. 1,23 attenditur haec comparatio in -entibus a nocumento exteriori, sicut *eqs.* **β** *de rebus:* AMALAR. off. 1,12,31 ampulla -itur, ut a nemine nuda videatur. THEOPH. sched. 3,17 ut fortiores sint *limae*, ... exterius ... -untur calibe. STATUT. ord. Teut. p. 47,1 lanceas politas, ut hostem acrius vulnerent, poterunt -ire *milites. al.* *obducere – überziehen:* DIPL. Karoli M. 87 p. 126, 36 ex quorum *(cervorum capreolorum)* coriis libros ... -endos ordinamus. **c** *obtegere, concludere – zudecken, verschließen:* COMPOS. Luc. R 9 repositum in vaso -is utiliter. MAPPAE CLAVIC. p. 187,13 quando videris fumum exire ex ore ampullae blavum, -i. THEOPH. sched. 3,21 sequenti nocte -i eum *(hircum)* in dolio inferius perforato. *al.* *c. sensu abscondendi:* EDICT. Roth. 305 si eum *(fossatum)* occulte -ierit (-uerit, -uit *var. l.*) et damnum si factum fuerit, conponatur ab ipso, qui occulte fecit. LEX Ribv. 16 (15) si ... eum *(sc. interfectum)* ⌞cum rama aut callis⌟ (cum ramo -uerit *B*) vel in puteo seu in aqua ... celare voluerit. LEX Alam. 57,27 si ... aliqua plaga in facie alicuius facta fuerit, ut capilli vel barba non -ant. *al.* **d** *superfluere – überströmen:* OTTO FRISING. gest. 1,47 p. 66, 23 amniculus ... tantum ... preter morem inundaverat, ut totum -ret exercitum. **e** *(super)tendere – (darüber)spannen:* ANTIDOT. Sangall. p. 96,39 ligas *ampullam* diligenter lineo et desuper pellem -is propter pluviam aut solem. **2** *translate:* **a** *celare, occultare – verheimlichen, verbergen:* HUGEB. Wynneb. 6 p. 110,39 illam *(abstinentiae tolerantiam)* sic in operatione conplevit -tam, ut nullo ... nota claruerat. OLIV. hist. Dam. 64 qui *(Neoforitae)* legem habent -tam, quam filiis suis ... non exponunt nisi anno tricesimo. BERTH. RATISB. serm. exc. p. 10,17 qui *(haeretici)* ... ad primum impetum fidem suam negant verbis expressis vel -tis. *al.* **b** *investire, dotare – ausstatten:* DIPL. Richenzae 3 p. 231,9 de Domnino Carapeza ... lamentata est ecclesia, qui ... tenet terram in Canarole, unde eadem ecclesia -batur (*postea:* investiri).

subst. **1. cooperta,** -ae *f.* *stratum – (Pferde-)Decke:* CHART. Tirol. notar. II 47 (a. 1242) quomodo ipse *(Engelmarius)* debeat observare I -am de ferro equi.

2. coopertum, -i *n.* **1** *stragulum, textile – Decke, Tuch:* WILH. HIRS. const. 1,16 p. 947C pro signo -orum ... hoc adde, ut manum in brachio deorsum trahas rursum, quasi qui coopertorio se contegit. ANNAL. Ianuens. IV p. 5,26 fecerunt *cives* ... civitatem ornari et vias et vicos, per quas transitum habere debebat *papa*, sericis cohopertis. **2** *membrana continens intestina, peritonaeum – (Bauch-, Darm-)Fell:* MARIAN. chron. a. Chr. 1087 p. 559,10 supertectum ventris intra duo latera et -a viscerum ab imo ventris usque gutur super faciem eius *(militis)* proicientes *Arabitae.* **3** *constratum – (Ver-)Deck:* ANNAL. Ianuens. III p. 116, 28 fugierunt *inimici* eicientes in mari, quecumque in cohopertis galearum habebant. **4** *?tectum – ?Dach, Überdachung:* REGISTR. Trident. III 10 p. 234,35 mediet<as> ... II molendinorum cum omnibus suis sarcinis iac<entium> super aquam sub uno coperto in loco Murii.

cooperor, -atus sum, -ari. *script.* quo-: *p.1861,42. trans.: p.1861,49. cf. p.1861,23.*

1 *simul, una facere, adiuvare, conferre (ad) – (unterstützend) mitwirken, zusammenarbeiten, beitragen (zu):* **a** *gener.:* GODESC. SAXO theol. 7 p. 183,2 ipse *(Dominus)* solus operatus est ... praedestinando, solus ... operatur inspirando et de suo iam nobis volentibus -atur adiuvando. ALFAN. premn. phys. 2,51 p. 36 corpus ... organum, id est instrumentum, existens animae, si ... congrue adaptetur, -atur (*PG 40,560A* συνεργεῖ) animae ipsumque convenienter habet. 3,28 p. 56 manet *modus mixturae* ... incommixtus ..., non compatiens, sed -ans solum (*PG 40,601B* συμπράττων). ARIBO mus. p. 15,16

[Lenzinger]

principaliter dico, quia aliae chordae -antur, istae . . . principantur. CHART. Heist. 82 p. 177,10 nos . . . , qui consecracioni predicte ecclesie -ti sumus manum imponendo. ALBERT. M. phys. 5,3,7 p. 441,30 ad talem actum nihil . . . -atur id, quod 'violentiam' patitur, sicut motus lapidis sursum. *saepius.* **b** *theol. (de re v. A. M. Landgraf, Dogmengesch. d. Frühscholastik. I/1. 1952. p. 51. 55sqq.):* HUMB. Sim. praef. p. 100,41 unam eandemque catholicis et hereticis contendit *daemoniosus argumentator* inesse et -ari gratiam. ALBERT. M. summ. theol. II 16,101 p. 253a,14 diversi sunt actus gratiae praevenientis et subsequentis, operantis et -antis. *al.* **2** *auxiliari, assistere, prodesse – helfen, zur Seite stehen, förderlich sein:* **a** *gener.:* **α** *de hominibus (usu subst.: l.17.):* DIPL. Arnulfi 165 p. 252,24 nostris patefecit auribus *praesul* . . . episcopum . . . c o n s e n t i e n t e atque -ante fratrum collegio . . . basilicam . . . construxisse (RUD. TRUD. gest. 3,4 p. 242,28. *al.*). CHART. Welt. 2 p. 103,13 omni . . . cooptanti et -anti nobis in bonum . . . sit gaudium et pax in spiritu sancto. VITA Meinw. 12 p. 20,5 quo *(clavo)* . . . facto -urus operantibus apponitur *vir incognitus*. CHART. march. Misn. III 403 ut . . . vos, qui negociorum meorum estis executores, . . . eis assistatis et -emini; predia eorum . . . volo, ut sint libera *(inde* 420 ut . . . eis assistatis et predia eorum -emini *eqs. [struct. per confusionem])*. CHART. Basil. C II 315 p. 178,29 cui *(priori)* villicus fideliter et efficaciter -bitur. *saepius.* *c. sensu assentiendi:* ARNOLD. LUB. chron. 2,2 p. 128,39 -antes verbis imperatoris omni honore eum privandum iudicabant *principes*. CHART. Aquens. 101 notum facio . . . , quod . . . Domino inspirante et prudentium consilio -ante sic ordinavi. *al.* **β** *de rebus:* PAUL. AEGIN. cur. 178 oportet . . . digestioni empiimatos -ari cum spongiis. ALBERT. M. veget. 2,107 cui *(humori)* -atur vicinitas trium venarum talis folii. 4,133 -atur . . . porositas radicum. eth. II 1,3,9 p. 42a,14 essentialiter . . . -atur virtus, organice autem apotelesma. *usu subst.:* ALBERT. M. eth. II 1,3,9 p. 42a,12 si . . . debeat *operatio felicitatis* esse non impedita, oportet quod -antia habeat. **b** *eccl.:* LIBER diurn. 60 p. 51,22 Deo -ante (OTTO FRISING. gest 2,2 p. 104,4. *al.*). WILLIB. Bonif. 9 p. 56,11 Domino -ante (DIPL. Loth. I. 136 p. 306,13. *al.*). HUGEB. Wynneb. 11 Christo -ante (HROTSV. Pafn. 7,4. *al.*). ALCUIN. Willibr. 32 (MG Mer. VII p. 140,11) divina -ante gratia (TRAD. Ratisb. 259. *cf.* RATHER. ascens. I 1,10 -ante gratia Dei. *al.*). DHUODA lib. man. 4,4,144 ita agendo sancto quooperante (gloss.: adiuvante) donationum S p i r i t u ad regnum valebis pertingere supernum (DIPL. Frid. I. 75 p. 126,30. *al.*). **3** *(item) operari, laborare – (ebenfalls) arbeiten:* ARS med. 2 invenit *Hippocrates* . . . fabros ferrarios et multos alios, quotquot ab igne -bantur, sana habentes corpora. **4** *per confusionem i. q. comparare – beschaffen*: CHART. Mog. A I 256 (spur. s. XII.med.) pro vestimentis sororum -andis terciam partem redituum . . . adiecit *comes Adelhardus*.

coopertio, -onis *f.* *de passione palpebrarum i. q. facultas (defectiva) operiendi – das (mangelhafte) Schließvermögen:* CONSTANT. AFRIC. theor. 9,15 p. 43bv,21 passiones in palpebris nascentes sunt . . . accubitas (ambitas *ed.*), -o *eqs.*; p. 43bv, 43 -is tres sunt species; una est altitudo superioris palpebre, cum oculum non possit cooperire *eqs*.

***coopertionalis,** -e. *cooperiens, contegens – bedeckend: v. p.1862,62.*

***coopertor,** -oris *m.* *qui operit, qui vestem dat – Bekleider, einer der Kleidung gibt:* VITA Hildulfi 5 omni petenti se libentissime tribuebat *Hildulfus*, . . . consolatorem moestis, nudis -em.

***coopertorialis,** -e. *cooperiens, contegens – bedeckend (t. t. anat. de cartilagine cymbalari q. d. 'Gießbeckenknorpel'; de re v. J. Hyrtl, Das Arab. u. Hebr. in d. Anatomie. 1879. p. 160):* ALBERT. M. animal. 1,244 superior haec *(sc. cartilago epiglossidis)* vocatur -is pelta a quibusdam, ab aliis . . . cimbalaris appellatur.

***coopertoriolum,** -i *n.* *opertorium parvum – kleine Decke:* CATAL. thes. Germ. I 77,10 (c. 1000) heę sunt res ęcclesię . . .: panchilia XVIII, -a IIII.

coopertorium, -i *n.* *script.:* coap-: WILH. SALIC. chirurg. 4,1 p. 23,29. cop-: *l. 5. 43. adde* CAPIT. reg. Franc. 128,36.

criticus (cret-), -a, -um. (κριτικός; *per reinterpr. a* cerno, cretum, *cf.* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 484,6 non '-i' sed 'cretici' a 'cernendo' *eqs.*) *metr.* crēt-: *l. 32.*

I *adi. (t. t. medic.):* **A** *discrimen inducens, decretorius – entscheidend, 'kritisch':* **1** *in univ.:* AURELIUS 2 p. 492,7 cre-us (*antea:* salutaris) est sudor . . . , cui credo nomen ex iudicio infirmitatis impositum *(cf. Isid. orig. 4,9,13).* 492,20 quam salutariosin <vocant>, id est cre-us *(sc. sudor)*, facile est calefactionibus provocare. PAUL. AEGIN. cur. 214 p. 154,6 si . . . in febri subito factus icter febrem requiescere facit, cre-us (*3,50,1* κριτικός) est. ALBERT. M. eth. II 2,1,5 p. 157^{b},12 intendendum . . . est ad . . . qualitates horarum -arum, in quibus humores moventur, digeruntur et maturantur. *al.* **2** dies -a (-us) *sim. (de die crisis, qua de salute vel morte decernitur):* **a** *def.:* GLOSS. med. p. 22,11 cre-is diebus: id est iudicialibus vel determinativis. ALBERT. M. animal. 1,220 cre-a dies dicitur, quando natura a celestibus adiuvatur. **b** *exempla:* ANTIDOT. Berol. 8 febricitantibus . . . ad sudore provocandum in die -um dabis *antidotum*. RICHER. REM. hist. 1,49 qui *(rex)* cum die cre-a convaluisset, vi recidiva rursus opprimitur. 4,24 cum metropolitanus . . . nulla . . . crisi omnes dies cre-os . . . commodos praeteriret. YSENGRIMUS 3,114 mox video, . . . quis debuerit cre-us esse dies. 3,122 lux . . . cre-a. ALBERT. M. phys. 5,3,7 p. 442,17 tales alterationes sive crises, quae sunt 'in diebus cre-is' (*p. 230^{b},5* κρισίμοις), sunt bonae. *saepius; v. et p. 2022, 53. expressius de morbo in die -a accidente:* WALTH. AGIL. med. 140 p. 222,37sq. yctericia quedam est cre-a, quedam accidentalis; cre-a est illa, que accidit die cre-o et per quam solvitur egritudo ad bonum vel ad malum. **B** *?tempore certo recurrens, periodicus – ?regelmäßig wiederkehrend, periodisch:* AESCULAPIUS 20 p. 26,3 invenitur . . . genus anhelitus in aegrotis, in accessionibus multis vel in febribus cre-is. 21 p. 31,40 fastidium . . . utile quammaxime in cre-is (*Gariopont. pass. 2,23* chronicis) passionibus. 35 p. 55,3 in cre-a febre (*antea:* in febribus peryodicis).

II *subst. masc. i. q. censor, iudex – (strenger) Beurteiler, 'Kritiker':* GOZECH. epist. 9 quia in me subtili -orum lance uteris.

***critis** (cret-), -is *m.* (κριτής) *de administratione Byzantina i. q. iudex – Richter:* LUP. PROT. chron. a. 989 occidit *Ioannes* . . . Nicolaum C-is (cre- *var. l.*). a. 1023 venit Rayca cum Iaffari -i. a. 1040 conterati occiderunt Chirisfactira -tiri (-im *var. l.; cf.* ANNAL. Bar. a. 1040 [MGScript. V p. 54^{a}] occisus est Michael C-i [cati, de Cato *codd.*], qui vocatur Kirosfacti). *cf. ThLL. s. v.* critae.

critmon *v.* crethmon. **[crito** *v.* cestros.**]**

[critonion *v.* crethmon.**]** **crivello** *v.* cribello.

[crivosus *v.* herniosus: MAURUS progn. 23 p. 37^{b},42.**]**

***croada** *v.* *corrogata.

***croadalis,** -e. (*cf.* *corrogata) *ad operam servilem pertinens – frondienstlich, Fron-:* CHART. Rhen. med. II app. 16 p. 456,5 (s. XIII.$^{in.}$) quelibet *curtilla* operatur nobis XII dies dominicales, . . . sex dies -es et unum diem ante festum s. Quiriaci ad quodlibet opus (*sim.* p. 457,26. p. 457,36).

***cro(a)xo,** -are. (*vox onomatopoetica, cf. francog.* croasser) *de voce corvi i. q. crocitare – schreien, krächzen (translate de poeta inculto):* CARM. var. I 33,2,1 tempus certe -axare, de metro . . . nunc nitimur narrare. EPIST. Mog. 15 p. 344,4 non mage croxemus, linguam sermone premamus *(ni leg.* craxemus [*pro* charaxemus]; *cf. F. Lotter, Der Brief des Priesters Gerhard. 1975. p. 128). cf.* crocio, crocito, 1. croco.

crocatus (-oga-) -a, -um. *croceus, flavus – safranfarben, gelb:* ALDH. virg. I 4 p. 231,19 flavescentes saliculas et -a (croceata *corr. m²*) genestarum cacumina circumvallantes *apes*. CARM. lyr. 3,2 (NArch. 50. 1935. p. 582) dorso -gato et cauda galluca *(de aureolo). cf.* *croceatus.

***crocca** *v.* *crocia. **crocces** *v.* crux.

croccido, croccito *v.* crocito.

[croccus *v.* croceus: *l. 48.***]** ***crocea** *v.* *crocia.

***croceatus** (-cia-) -a, -um. (*cf.* croceus, crocatus) *croco tinctus, croceus – mit Safran gefärbt, safranfarben:* HUGO TRIMB. sols. 6 p. 32,5 dum . . . campos sola peragraret *peccatrix* facie colorata, veste -iata (-a *var. l.*) . . . , ut corda iuvenum . . . ad opus venereum facilius inclinaret. *cf.* crocatus.

***croceitas,** -atis *f.* (croceus) *color croceus, crocinum – (safran)gelbe Farbe, das (Safran-)Gelb:* MAURUS urin. II p. 39,13 flegma colore afficitur, melancolia nigra, colera vero -e sua formam sumit melancolie. ALBERT. M. veget. 4,84 in colore declinant *folia* aliquantulum ad -em citrinam (6,77). 6,418 habet *pes corvi* florem croceum lucentis -is. animal. 23,41 vergit *quartum genus carduelis* in pectore ad -em cineream. *ibid. saepius.*

crocenus *v.* crocinus.

***crocerus** (gr-, cruc-, -cir- *sim.*), -a, -um. (κροκηρός) *c. croco confectus – mit Safran zubereitet (de medicamine):* ANTIDOT. Sangall. p. 86,10 oxira crucira: emplastrum, qui facit epaticis, spleneticis *eqs.* (ANTIDOT. Bamb. app. p. 38,13 grogira. ANTIDOT. Augiens. p. 58,35 -ira. ANTIDOT. Glasg. p. 116,35 -cisa).

***crocesco,** -ere. *croceum, flavum fieri – safranfarben, gelb werden:* URSO element. 4 p. 107,18 que *(grana frumenti)* in origine mollia et alba post indurata -unt (cinicrescunt, citronescunt *var. l.*). p. 114,17 aloes . . . inspissatione subnigrum rarefactione -it (crocressit *var. l.*).

croceus (-ius), -a, -um. *script.:* chr-: *l. 46.* cruc-: *l. 41.* *?*cotereses: *l. 39.*

I *adi.:* **A** *de materia i. q. c. croco confectus – mit Safran zubereitet:* TRACT. de aegr. cur. p. 308,34 apponantur . . . super splenem . . . ceronium vel oxira -ium. Ps. OTHO med. 352 oxyro-o vis fracto subvenit ossi. *fort. add.:* FRAGM. mul. I 1 aliut pessus, qui vocatur splendidus, alter balanus, alter est, qui vocatur cotereses *(leg.* -us, *ut vid.; cf. notam ed.).* **B** *de colore:* **1** *strictius i. q. crocinus, flavus – safranfarben, gelb:* **a** *in univ.:* Ps. GALEN. urin. p. 34,4 hurina crucium abens colore sanguinem habundancie significat (p. 34,6 -ium. *al.*). ANNAL. Elnon. a. 1033 apparuit . . . circulus eius *(solis)* primum viridis, postea -us; . . . et inde vestimenta hominum et vultus videbantur quasi -a. EBO BAMB. Ott. prol. p. 5,6 casulam bonam ch-i coloris (CASUS Petrish. 2,20. *al.*). HERACLIUS II 7 p. 57,21 -um . . . vitrum (THEOPH. sched. 2,12. *al.*). CATAL. thes. Germ. I 91,35 panniculum -um (croccum *ed.*) de nigro virgulatum. ALBERT. M. animal. 2,52 dentes senum *(sc. canum)* sunt fusci vel -i. 19,9 qui *(falcones)* sunt -orum oculorum. *saepe. v. et l. 17.* **b** *in nomine morbi:* MAURUS urin. II p. 39,43 cuius *(icteritiae)* tres sunt species: I. -a ycteritia, regius morbus; *eqs.* **c** *in nomine ficticio (usu alch.): v. p. 474,72.* **2** *latius i. q. rubens – rot, rötlich:* ALCUIN. carm. 14,11 -o rutilet verecunda modestia vultu. GLOSS. II 399,41 St.-S. -o rotun. 677,21 -um cubile rotiz pette.

II *subst. masc. vel neutr.:* **A** *strictius i. q. color croceus, crocinum – (safran)gelbe Farbe, das (Safran-)Gelb:* ALBERT. M. phys. 5,3,2 p. 429,12 nigrum venit ad album multis viis: . . . aliquando per vinosum et rubeum et -um. veget. 2,143 -us (cerulius, ceruleus *cod.*) . . . causatur ex humido terminato lucido, . . . et ideo accedit ad auri splendorem. animal. 23,67 -us *indicat* . . . corrumpentem coleram. *v. et vol. I. p. 702,39.* **B** *latius:* **1** *crocum – Safran:* GLOSS. III 577,13 St.-S. -um crŏgo. *v. et p. 64,58.* **2** *vitellum – Eidotter:* ALBERT. M. animal. 6,119 testea *(sc. ova)* . . . albumen habent et -um.

[crocharos *v.* *crauros.**]**

[crochilos, crochylos *v.* trochilus: ALBERT. M. animal. 23,42. 24,24.**]**

***crocia** (cruc-, -cea) *vel* ***crocca** (crucca), -ae *f.* (*germ.* *krukjō, *cf. ital.* croccia, gruccia, *francog.* crosse, *theod.* Krücke) *usu attrib.: vol. I. p. 1309,41.*

[Vitali]

baculum (curvum) – (Krumm-)Stab, Stock: **1** *de sustentaculo infirmorum ('Krücke'):* VITA Arnulfi 29 hic *(contractus)* cum -iis (-eis, crŏccis *var. l.*) suis ad ornam sancti viri semet ipsum sanandum in oracione prostravit. TRANSL. Eug. Tolet. 32,3 trahebatur *pauperculus* pandis fustibus, quos rustice -ias (-tias *var. l.*) vocamus. GERLAC. annal. a. 1184 p. 702,26 duos baculos, quos cruccas vocant, exhibuit *sanctus Bernardus*, quibus suffultus secutus est *Godscalcus. al. v. et vol. I. p. 1306, 64.* **2** *de baculo pastorali (episcoporum):* TRANSL. Eug. Tolet. 6 adest ei *(Weremberto)* per visum sanctus Venantius . . . ac de -ia, quam manu gestabat, terribiliter pectus eius percutiens . . . illum affatus est. HARIULF. chron. 4,28 poposcit *aegrota*, ut eius *(Gervini)* virga pastoralis, quam vulgus -iam vocat, et quae pro more summotenus curvabatur, dilueretur aqua. CATAL. thes. Germ. I 91,22 invenimus . . . duas -cas episcopales et crucem capellani. *al.*

***crociatus** *v.* *croceatus.

***crocicolor,** -oris. (crocus; *cf.* auricolor *sim.*) *croceus, flavus – safranfarben, gelb:* ANNAL. Bes. a. 1033 (MGScript. II p. 249,37; c. s. XII.) res quecumque sub celo -r humanis visibus apparebat *(sc. in eclipsi solis)*.

***crocicula,** -ae *f.* (*cf.* *crocia) *(parvum) baculum – (kleiner) Stock, Krücke:* LAMB. TUIT. Herib. 2,21 tendit *claudus* ad destinatum alterum pede regente -a. *v. et p. 620,35.*

***crocidi** *v.* *crocys. **crocidismus** *v.* crocydismus.

***?*crocido** *subst. ?herba quaedam (medicinalis) – ?eine (Heil-)Pflanze:* ANTIDOT. Glasg. p. 140,8 piratri dr. I S, -o dr. I S, gingiber dr. III S. *cf. ThLL. s. v.* crocis (*acc.* crocida).

***crocineus** (-con-), -a, -um. (crocus, crocinus; *cf.* coccineus) *croceus, flavus – safranfarben, gelb:* AESCULAPIUS 35 p. 54,37 aliquoties inmutantur *icterici* in duos colores, aut -coneum (*Gariopont. pass. 5,13* -um) vel medii ovorum, infusione fellis.

crocinus (-cen-), -a, -um. (κρόκινος) *ex, c. croco confectus – aus, mit Safran zubereitet:* ANTIDOT. Glasg. p. 117, 17 oleo laurinum, -cenus, amigdalinus, piper, nitrum. *usu subst. per ellipsim (sc. olei sim.):* AESCULAPIUS 41 p. 66,13 cooperiantur veretrum et coxae aut infusionibus oleorum amaracini . . . aut ex -o in lana limpida. PAUL. AEGIN. cur. 239 p. 177,28 appone vitella ovorum assatorum cum roseo aut milino aut -o (*3,64,2* κροκίνῳ) et fac cataplasma.

crocio, -ire. *de voce corvi i. q. crocitare – schreien, krächzen:* ALDH. ad Acirc. 131 p. 180,3 corvi -unt (erociunt, crocitant *var. l.*) vel crocant. *cf.* *cro(a)xo, crocito, 1. croco.

***crocirus, *crocisus** *v.* *crocerus.

***crocitatio,** -onis *f.* (crocito) *de voce corvi i. q. crocitus – das Schreien, das Krächzen:* CONR. EBERB. exord. 5,11 p. 299,14 coepit . . . fur *(i. corvus)* . . . cibum fastidire, ludicras -es ceterasque irrationabilis creaturae ineptias . . . segnius exercere. *translate de cantu pravo:* NOTKER. BALB. gest. 1,8 p. 11,1 gestum coctionis (-is, cantationis *var. l.*).

***crocitatus,** -us *m.* (crocitare) *de voce corvi i. q. crocitus – das Schreien, das Krächzen:* HERM. AUGIENS. mus. p. 65,7 in facticiis bovis, equi, . . . corvi quoque vocem mugitum, hinnitum, . . . -um solemus proprie nominare.

crocito (gr-, crac-, crocc- *sim.*), -are. *script.:* grati-: GLOSS. II 260,33 St.-S. doc-: *p. 2030,13.* -id(o): FROUM. carm. 19,37. -in(o): *p. 2030,2. metr. fere* crŏc-, *e. g. l. 61.63.*

I *usu originario de voce corvi i. q. crocire – schreien, krächzen:* **A** *strictius:* **1** *proprie:* CARM. de philom. 28 ⌞et -at⌟ (et croccitat, egrocitat *var. l.*) corvus (*inde* GERHOH. psalm. 37,4 p. 609,4 gr-at. CARM. Bur. 132,2[b],4 -ccitat). EGBERT. fec. rat. 1,74 corvus non -ando cadaver solus haberet. PETR. DAM. epist. 72 p. 335,8 ecce magnus ad instar vulturis corvus post . . . aviculas incipit concavo gutture graviter -are. HONOR. AUGUST. spec. p. 901[C] corvus . . . panem *(sc. venenatum)* gr-ando circumvolat, tandem levans in silvas portat. *al. adde:* CHRON. Albr. a. 1241 p. 950,6 auditi sunt demones et visi in similitudine vulturum et corvorum -antes. **2** *in imag. vel per compar. de acriter iudicantibus:* MILO carm. 3,2,29 Milo, poeta tuus, rex illustrissime regum, corvus ego -ans (cracitans *var. l.*) humili te voce saluto. HUGO TRIMB. sols. epil. 109 qui morsibus caninis lacerare scripta solent, que per se nescirent emendare, sed nisi ceu corvi consueverunt -are (crocinare *cod.*). **3** *translate de poeta inculto vel odioso:* EPIST. Mog. 15 p. 344,1 haec, -ans (crotitans *cod.*) rogo, sancte pater, reminiscere semper: *eqs.* CONR. HIRS. dial. 1334 quis eum *(Ovidium)* de amore -ccitantem, in diversis epistulis turpiter evagantem, si sanum sapiat, toleret? *v. et p. 572,56.* **B** *de qualibet voce rauca et dissona:* **1** *intrans.:* ACTA imp. Winkelm. I 693 p. 551,36 (a. 1243) balistae . . . , dum in emissione sagittarum simul crocantes -ant, deterrent adversarios. *de voce cervi (per pravam traditionem, ut vid.):* CARM. de philom. 53 cervi -ant (mugilant, croccitant, clo[c]citant, glocitant *var. l.; inde, ut vid.* CARM. Bur. 132,3[a],3 cervus docitat). **2** *trans.:* **a** *rauca voce canere – krächzend singen:* GESTA Ern. duc. II p. 293,2 mime, balatrones et hoc genus omne omnigenum ludi cantus genus ore gruino gr-at. **b** *rauca voce poscere – krächzend fordern:* EPIST. Hann. 24 p. 58,22 ille *(Chuno)* meę solutioni aut . . . cadaveri inhians sedem meam promeriti curialis stipendii pretium sibi -ccitabat *(cf. Macr. sat. 7,5,11).*

II *per confusionem:* **A** *glocitare – gackern, trällern:* AMARC. serm. 4,13 ymnum quisque canat -antis dulcia galli *(cf. notam ed.).* **B** *gluttire – (hinunter)schlucken* (*cf. ThLL. VI. p. 2058,10sqq. de confusione verborum* glocire *et* gluttire) : BERNH. GEIST. palp. 2,253 fastidita dapum -are (gloss. : gulositare) vorago laborat : cuncta tamen tentat, decerpit, gustat, odorat. *cf.* *cro(a)xo, crocio, 1. croco.

crocius *v.* croceus.

1. croco (crocc-), -are. *de voce corvi i. q. crocitare – schreien, krächzen:* ALDH. ad Acirc. 131 p. 180,4 corvi crociunt vel -ant (-ccant *var. l.*). *cf.* *cro(a)xo, crocio, crocito.

2. *croco, -are. (*vox onomatopoetica; cf. ital.* croccare, *francog.* croquer) *fragorem dare, crepitare – krachen, knallen: v. l. 10.*

crocodes (-cud-, -is), -is. (κροκώδης) *form. acc. pl.:* -os: *l. 39.*

de medicamento (t. t. pharm.) i. q. ex croco confectus – aus Safran hergestellt (*cf.* GLOSS. Salern. p. 11[b],41 -udes de croco): AESCULAPIUS 21 p. 33,3 si tardaverit *singultus*, trociscos -udos (crudos *ed., sed cf. Gariopont. pass. 2,42* -es) accipiant *(sc. patientes).* 34 p. 53,32 trociscos -udes . . . potui dato. ANTIDOT. Augiens. p. 55,1 trociscos -es[es], qui facit ad febrem. PAUL. AEGIN. cur. 28 superinungendum . . . frontem aut -codi (*3,4,5* κροκώδει) trocisco . . . aut aliquo similium. 117 p. 72,14 -is (*3,23,1* κροκώδης) . . . trociscus et aster . . . sepius adiuvit. *al. v. et p. 2031,46.*

1. *crocodilla (coc-, corc-, -dri-), -ae *f. (n.* -um: *l. 48) dracontium – Drachen-, Schlangenwurz:* RECEPT. Lauresh. 1,45 ad vermes: radicem maritimum, bladonam nigram, corcodrillo (corcodrillum *ed.*) hoc est cromellam ana. GLOSS. Salern. p. 5[a],27 corc-a, serpentina. p. 10[a],14 serpentaria, columbaria, draguntea, cocodrilla, basiliscus. *al. cf. ThLL. s. v.* crocodileon.

2. crocodilla *v.* crocodil(l)us.

crocodil(l)us (coc-, corc-, -dri- *sim.*), -i *m. (f.* -a: GLOSS. p. 32,2 M. GLOSS. II 733,20 St.-S.) (κροκόδιλος *sim.*) *form. gen. pl. decl. III.* curcodrillium: AETHICUS p. 118,13.

1 *de reptilibus:* **a** κροκόδιλος – *Krokodil:* ANTIDOT. Sangall. p. 84,14 emplastrum facit . . . ad cani morsum sive corcodilli. ALFAN. premn. phys. 2,26 p. 30 corcodillus (corcodrillus, cocodrillus *var. l.; PG 40,548[A]* κροκόδειλος) . . . superiores genas movet *(sim.* ALBERT. M. animal. 1,227. *al.; cf. Plin. nat. 8,89).* RUODLIEB VIII 56 piscibus ut citius vorer aut diris cocodrillis. SALIMB. chron. p. 15,14 septenginti viri ad bella fortissimi cum . . . omni genere armorum . . . et serpentibus et cocodrillis interemtioni nequiter deputatis (*inde* ALBERT. MIL. chron. 170 p. 651,14). *al. (abundat in gloss.). alleg.:* HONOR. AUGUST. spec. p. 938[B] per corcodrillum diabolus declaratur, quia *eqs.* **b** -us terrestris (terrenus) *i. q. Agama stellio (L.) – Gemeine Dornechse, Schleuderschwanz, Hardun (cf. RE XI. p. 1965,46sqq.):* PAUL. AEGIN. cur. 103 -dili terrestris (*3,22,24* κροκοδείλου χερσαίου) stercus aqua solvens inunge colliria faciens. DYASC. p. 93[b] -dilli terreni fimus. *adde de quadam lacerta:* ALBERT. M. animal. 2,65 hardon, quod

[Vitali]

est . . . quaedam species cocodrilli squamosi corii et corrugati. 7,165 talia *(sc. animalia, quae pellem abiciunt)* sunt serpentes et lacertae et cocodrilli et stellionum genera. *ibid. al.* **2** *per errorem de avibus:* **a** *de ardeae specie i. q. Botaurus stellaris (L.) – Rohrdommel:* GLOSS. 6,2 K. corcodrillus, rori dūbil (*fort. spectat ad Vulg. Soph. 2,14* onocrotalus, *ubi Vet. Lat.* chamaeleontes). **b** *luscinia – Nachtigall: v. vol. I. p. 291,5.* **c** *de ave incerta vel fabulosa: v. p. 520,35.*

crocomagma (gr-, -cum-, -maug-, -ma(u)m- *sim.*), -atos *n.* (-a, -ae *f.*: *l.17.19*) (κροκόμαγμα) *gen.* grocis magmatos: *l. 19.*

1 *faex croci – Rückstand nach dem Pressen von Safran (usu medic.):* PAUL. AEGIN. cur. 38 galle et -os (-macmatos *var. l.; 3,5,6* κροκομάγματος) tantundem vino resolvens inunge. *ibid. al.* **2** *unguentum, pilula ex croco confectum – aus Safran hergestellte Salbe, Pille:* RECEPT. Lauresh. 4,78 p. 308 confectio -maugme: croco ~ III, mirra ~ II . . .; conficis apud vino, ut trociscus facias: hoc est -maugma (ANTIDOT. Bamb. app. p. 37,13 grocis magmatos. p. 38,7 grocomagme). ANTIDOT. Sangall. p. 89,33 -mauma conficitur ita: *eqs.* p. 89,36 alia <c>rocumauma: *eqs.* ANTIDOT. Glasg. p. 138,21 assaro dr. S, -mama dr. S, sisellius dr. S. *al.*

***croconeus** *v.* *crocineus.

crocotula, -ae *f.* *crocei coloris vestis (parva) – (kurzes) safranfarbenes Gewand:* ALDH. ad Acirc. 125 p. 173,18 haec sunt nomina ad proceleumaticum pertinentia . . . : -a (crotocula *var. l.*), animula, miseria.

crocudes, crocudis *v.* crocodes. **crocum** *v.* crocus.

crocu magma, crocumauma *v.* crocomagma.

crocus (gr-, -occ-, -og-), -i *m. vel* **-um,** -i *n.* (κρόκος) *form.:* *nom.* -os: *l.52.* *gen.* -u: *l.48.*

1 *proprie:* **a** *de -o orientali q. d. i. q. Crocus sativus (L.) – Safran (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1248; sed v. l. 71):* **α** *gener.:* AETHICUS p. 219,5 invenitur . . . -um et tymum machanitum, unde pelles rubricatas variantur atque tinguntur. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 383F per -um intelligitur hic -us orientalis seu communis, qui a vulgo saffren dicitur *eqs.* ARCHIPOETA 9,25,2 obsidetur locus, donec ita venditur esca sicut -us. ALBERT. M. anim. 2,3,24 p. 134,46 'dulcis' . . . sapor est in 'melle et' in '-o' (*p. 421b,2* κρόκου). IUSTIN. Lippifl. 105 piper atque -us . . . faciunt arte placere cibos. *saepe.* *alleg.:* HONOR. AUGUST. cant. 4,14 p. 425D ibi *(sc. in paradiso)* crescit . . . -us, flos rubicundus, id est aurei coloris, quod sunt sapientes divina sapientia fulgentes. *al.* **β** *medic.:* AESCULAPIUS 11 p. 15,18 curato ex trochisco andronio . . . aut -um des (*per pravam traditionem, ut vid.; cf. Gariopont. 1,16* crocode). RECEPT. Lauresh. 3,36 confectio eius *(antidoti)* talis: . . . agarici primi ~ I, crocilicia (*cf.* 5,3 -u Ciliciu) dr. VII. TRACT. de caus. mul. 9 pissarium ad omnia . . .: crogo, medulla cervuna, medulla vitulina. RECEPT. Bamb. 5 si sanguis fuerit in oculis, grocum teris cum sale. PAUL. AEGIN. cur. 84 convenienter . . . facit . . . glaucium et -os (*3,22,11* κρόκος). CONSTANT. AFRIC. coit. 14,9 zinziber venerem movet . . . et -us (-um *var. l.*) orientalis. PETR. MUSAND. summ. p. 266,32 accipe duo vel tres folia -i orientalis. *saepe.* **γ** *techn. (interdum fort. de compositionibus metallicis; cf. M. Berthelot, La chimie au moyen âge. I. 1893. p. 31. n. 6):* COMPOS. Luc. N 17 scriptio similis auri: . . . adicies . . . groci Cilicensis d. VII (*inde* COMPOS. Matr. 22,3 crocicilicensi). T 35 addito grogum, quod sufficit, tingue . . . aquam. MAPPAE CLAVIC. 8 accipies . . . elidrii ÷ I, ⌞-i Licii⌟ (-i Cilicii *S*) ÷ I et facis potionem ferream. THEOPH. sched. 1,30capit. quomodo decoretur pictura librorum stagno et -o (croceo, cupro *var. l.*). COMPOS. Matr. 83,2 confectio luce: . . . -um primotica uncias II (*cf.* COMPOS. Luc. L 2 -um orientale). *al.* **δ** *alch. (in nomine ficticio):* ALLEG. super turb. p. 495a,27 philosophorum -us taliter praeparatus: sumatur radix eius cum stipite *eqs.* **b** *de -o hortensi q. d. i. q. Carthamus tinctorius (L.) – Saflor:* CIRCA INSTANS p. 13bv -i due sunt species, hortensis ab horto dictus, in quo nascitur, et orientalis. *al. v. et p. 313,58. 735,68sqq.* *aliter:* ALBERT. M. veget. 6, 297 -us est duorum modorum: unus est olus altum habens aculeos et folia lata . . .; alius est hortensis . . ., et hoc est, quo utuntur homines in cibis. **2** *meton. i. q. color croceus, crocinum – (safran)gelbe Farbe, das (Safran-)Gelb (alleg.: l. 8. 9):* **a** *in univ.:* MAPPAE CLAVIC. praef. p. 188,22 colores in pargameno spissi et clari hii sunt: . . . brunum, -us, minium rubeum. p. 189,8 -um incides de vermiculo, matizabis de albo plumbo. THIETM. chron. 4,26 natus est infans . . . habens dentes -o similes. HILDEG. scivias 2,7 l. 248 in rubore fallacem gloriam, in -o mordacem detractionem . . . ostendunt *varietates.* l. 432 detractionem proximorum velut tepidum -um (croccum *var. l.*) . . . inducit *antiquus hostis.* ANON. tab. p. 193,31 assimilaverunt *tincturam* floribus spinarum et nominaverunt eam -um et esfer. *al.* **b** *in notatione sonorum:* GUIDO ARET. reg. rhythm. 184 ut proprietas sonorum discernatur clarius, quasdam lineas signamus variis coloribus: . . . ordine tertiae vocis splendens -us (gloss.: i. colorum) radiat. IOH. AFFLIG. mus. 21,58 quod F unaquaeque minio et C unaquaeque -o signatur. *al.* **3** *translate (usu alch.):* **a** -us ferri *vel* -us Martis *(q. d.) i. q. cinis ferri, ferrum ustum – Eisenoxid (arab.* zaʿfarān al-adīd *'Eisensafran'; de re v. D. Goltz, Stud. z. Gesch. d. Mineralnamen. 1972. p. 58sq. 253):* PS. GERH. CREM. sal. II 13 moles ipsum *(sc. argentum vivum)* cum atramento et -o ferri (*cf.* sal. I 23 zafrani de ferro). ANON. secret. p. 44,29 incorporea *(sc. generata)* dividuntur in X, sc. azimar, zeinefre, -us ♏, aclemia *eqs.* GEBER. investig. 4 p. 483 -us ferri dissolvendus est in aceto distillato. **b** *de variis substantiis coloris crocei:* TURBA phil. 21 p. 130,31 terite . . . ipsum *(lapidem)* cum suis confectionibus, quae sunt haec: . . . ex unguento una et ex -o una et ex alumine fixo una *(v. notam ed. p. 206 n. 5).* ALLEG. sapient. 9 p. 473b,31 -us est aqua sulphuris et est Ethel sulfuris. GEBER. forn. 30 p. 766 solve ipsum zyniar et -um nostrum praeparatum cum mercurii sublimatione. *ibid. al.* *cf.* *cothum.

crocydismus (-cid-), -i *m.* (κροκυδισμός) *de morbo i. q. evulsio floccorum – das Ausklauben von Wollflocken, Flokkenlesen, 'Krozidismus':* AESCULAPIUS 29 p. 44,20 quomodo phreneticum ex lumbricis appraehendimus: . . . ex lumbricis . . . debilitantur neque croci-us (troci- *ed.*) sequitur neque . . . febris. AURELIUS 8 p. 693,9 cum croci-o (croridis mox *cod.*) illos *(sc. phreneticos)* et cum carfalogia seu perviga quaerit *alienatio mentis (cf. Cael. Aur. acut. 1,42* alienatio sine . . . croci-o vel carphologia *[sc. apud furentes atque melancholicos]).*

***crocys,** *dat.* -idi *subst.* (κροκύς) *script.* crotes: *l.47.* *floccus, cataplasma – Wollflocke, Wickel, Umschlag:* PAUL. AEGIN. cur. 241 p. 181,5 crocus . . . solvitur cum muliebri lacte, deinde confectus . . . cum anserino adipe inungetur -cidi (*3, 66,2* κροκύδι). *expressius de surae ligamento ('Wadenwickel'):* GLOSS. III 496,12 St.-S. -tes beneduoh.

***crodion** *adi.* *(orig. gall.; cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 1358)* *durus – hart:* ALPHITA I p. 286,31 -n interpretatur durum.

croema *v.* chroma.

***croerola,** -ae *f.* *(francog.* crécerelle, *luxemb.* Krechel; *cf. DuC. II. p. 624c)* *tinnunculus – Turmfalke:* PACTUS Alam. 26,3 (rec. B) cornicla, columba et -a (horocralu, caetchroela, querola *var. l.*) et cauha, ut alia similia requirantur.

***croesus** (chr-), -i *m.* (Κροῖσος) *de pede quodam metrico per pravam interpr. (subest* trochaeus, *ut vid.):* REMIG. ALTISS. mus. 526,15 ch-us, qui constat ex trocheo et ditrocheo; ch-us vocatur, quia placuit Croeso regi Lidorum; si autem trocheus fuerit dictus, ut plurimi codices habent, *eqs.* (*cf. Mart. Cap. 9,985* trochaeus [troesus, trochesus *sim. var. l.*]).

crogatus *v.* crocatus.

***crogo,** -onis *m.* *(theod. inf. vet.* krôch, *cf. Mittelniederdt. Handwb. II. p. 677)* *caupona – Schenke, 'Krug':* CHART. Mekl. 871 (a. 1260) omnes proventus et redditus, qui . . . de -e in Alden Bukowe et -e in Theghentyn haberi possunt.

crogum, crogus *v.* crocus.

***crollo** *subst.* (*theod. vet.* krollo) *coriandrum – Koriander* (*per confusionem c. herba lathyridi; cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1160sqq. et* GLOSS. III 596,28 St.-S.): GLOSS. III 559,36 St.-S. -o (krolla *var. l.*) sprincwrcz.

croma *v.* chroma. **[cromator** *v.* crematorem.**]**

[Vitali]

cromella (-mil-), -ae *f.* **1** *dracontium – Drachen-, Schlangenwurz:* RECEPT. Lauresh. 1,45 ad vermes in homine aut in caballo: herbam -illam (-am *ed.*), quę simulat pisum aut viciam, quando nascitur. *v. et p. 2030,49.* **2** *per confusionem i. q. amarella – Weichsel(kirsche): v. vol. I. p. 534,34.*

[cromilla *v.* *fromilla: GLOSS. III 517,7 St.-S.**]**

***crom(m)yon** (kr-, car-, cronm-, -mion, -mios *sim.*) *subst. (fem.: l.10)* (κρόμ(μ)υον) **1** *de planta:* **a** *cepa – Zwiebel:* DYASC. p. 105[b] kromios nimium calidam et extenuatoriam habet substantiam, unde emorroidas aperit imposita (*inde* ALPHITA II p. 88,17 kromios vel caromios). **b** -n agrion *fort. i. q. allium agreste – viell.: Kohllauch (Allium oleraceum L. vel sim., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 201. 216):* GLOSS. med. p. 22,15 cronmion agrion: id est coepa canina (*item* GLOSS. med. cod. Trev. p. 174,14). *v. et p. 471,11.* **2** *per confusionem i. q. cremium – Grummet, Heu vom zweiten Grasschnitt:* GLOSS. III 539,26 St.-S. crominum amacht.

***crona** *v.* *crusina. **crone-, croni-** *v.* chroni-.

cronica *v.* draconteus.

***cronna** *subst.* (Κρόνος) *Cronium mare – Eismeer:* GLOSS. III 607,28 St.-S. -a totmeri. *ibid. al.*

crono- *v.* chrono-. ***cropa** *v.* *crupa.

[cropolus *v.* rhopalon: EKKEH. IV. bened. I 7,53.**]**

***crosa,** -ae *f. (prov. vet.* croza; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 1363[a])* **1** *gener. i. q. caverna, specus – Höhle, Grotte:* CHART. Helv. arb. 95 p. 153,37 (a. 1266) intra terminos infra scriptos, videlicet a fontana Moreta . . . usque ad -as Arve. **2** *medic. i. q. alvus – Bauch(höhle):* ARNOLD. SAXO fin. 4,8 p. 87,3 lapis spume, id est spuma maris, si ligatur super -am mulieris, accelerat partum.

*?****croscum** *subst.* (*orig. inc., ni subest* crustum) *putamen (ovi) – (Eier-)Schale:* IOH. sacerd. 191 si vis aliquod metallum dulce facere, accipe -a (gloss.: cortices) ovi (*cf.* 91 si ovorum testas super addideris, es mollescit).

*?****crosentella** (croxe-) *subst. (orig. inc.) herba quaedam (medicinalis) – eine (Heil-)Pflanze:* DYNAMID. Hippocr. 2, 41 ancesta, id est crox-a, hoc est sclataollas, radix eius . . . prodest dysenteriae *(cf. ALMA 22. 1951-52. p. 114).*

***crosina** *v.* *crusina. **[crosis** *v.* scirrhosis.**]**

***crosna** *v.* *crusina. **cross-** *v.* gross-.

***crota,** -ae *f. (francog.* crotte; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. XVI. p. 407[b])* *globulus stercoris (ovis vel caprae) – Kotkügelchen (von Schaf oder Ziege):* TRACT. de aegr. cur. p. 380,46 -as hirci, si est vir, qui patitur, cum aceto coque et pone per octo dies, si sit mulier, crotulas capre.

crotalum, -i *n.* (κρόταλον) *crepitaculum – Klapper:* WALAHFR. (?) carm. 50,1,33 cum -is tinnitibus atque lyrarum Treicium superans. VITA Serv. 32 p. 104,11 inter bibendum et ludendum . . . et crepitus timpanorum tinnitusque -orum.

crotaphion (tritasion) *subst. n.* (κρόταφος) *dolor temporum – Schläfenkopfschmerz:* AESCULAPIUS 1 p. 1,11 extat dolor capitis cum temporibus et fronte, quam Graeci tritasion (*Gariopont. pass. 1,2* -n) vocant (*per contam. c.* τριταΐζω). GLOSS. Salern. p. 11[b],37 -n, diuturna passio.

[crotes *v.* *crocys.**]**

croton, *gen.* -onos *(m.)* (κροτών) *pediculus (canum) – (Hunde-)laus:* PAUL. AEGIN. cur. 96 -os (*3,22,19* κρότωνος) a cane sanguis valde facit *ad trichiasin palpebrarum.*

***crotta** *v.* *rotta.

***crotula,** -ae *f.* (*crota) *globulus stercoris (ovis vel caprae) – Kotkügelchen (von Schaf oder Ziege): v. l.45.*

crox *v.* crux. ***croxatus** *v.* 2. *cruciatus.

***croxentella** *v.* *crosentella. ***croxo** *v.* *cro(a)xo.

***crozola,** -ae *f.* (*venet.* crózola; *cf. Battisti-Alessio, Diz. etim. ital. II. p. 1178 s. v.* cròzzola) *(parvum) baculum – (kleine) Krücke (in descriptione fonticuli anterioris ['Stirnfontanelle'], ut vid.):* WILH. SALIC. chirurg. 4,1 p. 16,43 continuantur *(sc. ossa coronalia)* . . . duobus ossibus magnis, quae verrualia vocantur, ad modum (admodum *ed.*) serae, et fit ibi figura admodum -ae seu crucis (cruris *ed.*), cuius linea superior sit remota (*item* p. 16,37). *cf.* *crocia, *crocicula.

[crua *v.* crus.**]** ***cruada** *v.* *corrogata.

cruander *v.* coriandrum. ***crucca, *crucea** *v.* *crocia.

crucefer *v.* crucifer. ***cruceola** *v.* *cruciola.

***crucesignatio,** -onis *f.* (*crucesignare) *ad sacram crucis militiam evocatio – Aufruf zum Kreuzzug:* THOM. TUSC. gest. p. 503,20 causa . . . -is huius, que fuit tempore Eugenii, quam predicavit Bernardus, illa fuisse dicitur, que *eqs.*

***crucesigno,** -avi, -atum, -are. (crux *et* signare) *script.:* cruce signo: *passim.* -sing-: CHART. Laus. 763.

cruce insignire – mit dem Kreuz bezeichnen: **1** *de sociis sacrae crucis militiae (saepius partic. usu attr., e. g. l.14.15):* **a** *in univ.:* ANNAL. Blas. a. 1147 (MGScript. XXX p. 19,8) rex Conradus Spire . . . cruce signatur a sancto Bernardo. CHART. Brixin. 50 qualiter controversia . . . inter Ernestum . . . et Heinricum cruce signatum . . . est terminata. CHART. Stir. II add. 22 (epist. papae) viro eius *(ducissae)* -to in Terre Sancte subsidio laborante. SALIMB. chron. p. 320,10 Lodoycus rex Francie cum . . . vulgo innumerabili . . . -tus iter agressus est et transfretavit. *saepius. medial. i. q. crucem assumere, socium esse sacrae crucis militiae – das Kreuz nehmen, am Kreuzzug teilnehmen:* CAES. HEIST. hom. exc. 82 tales hodie pro Christi amore in remissione tantorum peccatorum cruce signantur. 276 audivimus . . . aliquando ad predicacionem unius hominis multa milia hominum cruce signari. MART. OPP. chron. p. 442,39 rex Romanorum et rex Francorum cum multis baronibus pro subsidio Terre Sancte cruce signati sunt. *al.* **b** *ad sacram crucis militiam evocare, conquirere – zum Kreuzzug aufrufen, sammeln:* ANNAL. Erf. Praed. a. 1234 p. 84,1 episcopus accepta a . . . papa licentia super illos *(Stetingos)* multum p o p u l u m cruce signavit (CHRON. Erf. mod. II a. 1233 p. 230,13). SALIMB. chron. p. 218,13 circuivi episcopatum . . . egrediendo semel cum quodam fratre, qui p r e d i c a b a t et -bat homines pro passagio regis Francie (p. 433,35). p. 395,6 quod volebat *archiepiscopus* -are exercitum ad recuperandam civitatem Paduanam. *al.* **2** *de chartis sim. confirmandis, corroborandis:* CHART. Salisb. III 41 p. 41,25 (a. 1257) renuntiavit . . . archiepiscopus . . . omni iuris auxilio . . . , omnibus apostolicis litteris et indulgentiis impetratis et impetrandis et -tis et -andis, concessis et concedendis. *cf.* crux *et* signo.

subst. **1. crucesignatus,** -i *m. qui sacrae crucis militiae socius est, miles cruce insignitus – Kreuzfahrer, -ritter:* CHRON. reg. cont. III a. 1217 p. 242,22 universus exercitus -orum reversus est Ulixibonam, tota hyeme ibidem bonam ducens vitam. CHART. Babenb. 237 p. 65,15 quando . . . populi cruce signatorum Damiatam civitatem . . . Soldano . . . restituerunt. CONST. imp. II 278 p. 392,7 secundum indulgentiam -is (cruce signatā *cod.*) a Romana sede concessam (*sim.* p. 392,10 -orum privilegium). ANNAL. Erf. Praed. a. 1236 p. 92,2 in Fulda Iudei utriusque sexus XXXIIII a cruce signatis christianis sunt perempti. *saepius. v. et l.56. in nomine congregationis:* SALIMB. chron. p. 375,27 ut societatis istius, que dicitur C-orum *(antea:* Cruxatorum*; cf. p. 2036,15sqq.),* capitaneus esset *Karolus rex* et primicerius, princeps et dux.

2. crucesignandus, -i *m. qui sacram crucis militiam professurus est – einer der den Kreuzzug geloben will, künftiger Kreuzfahrer:* HONOR. III. registr. 146 p. 105,1 expedit, ut crucesignati et -i ad transfretandum sine omni mora festinent.

[crucialicus *v.* *titillicus: Ps. HIPPOCR. phleb. 182.**]**

***crucialis** (cruti-), -is. (crux) **1** *formam crucis exhibens – kreuzförmig:* WILH.SALIC. chirurg. 1,5 p. 305[G] maturato apostemate incidatur secundum longitudinem . . . aut secundum formam triangularem et non -em, ut quidam fatui agunt: nam incisio -is multum impedit lacertos capitis in motu suo. **2** *cruciabilis, gravis – qualvoll, heftig, schlimm:* EGBERT. fec. rat. 1,354 naribus obstrusis odi -tiale catarrum.

cruciamen, -inis *n. script.* cruti-: HERIG. Ursm. 1,728.

1 *strictius i. q. tormentum, cruciatus – Marter, Qual, Pein:* **a** *gener.:* VITA Ger. Bron. 13 p. 663,23 pervasit eum *(episcopum)* . . . dolor ilium; . . . torquebatur itaque gravissimo -e. CARM. anon. (SBMünch. 1873. p. 705) commisceris plumbo, quod purificeris; . . . post haec et ab igne cremaris; . . . post haec -a centum cupro misceris *(de nummo).* CAES. HEIST. hom. exc. p. 15,35 claustralis . . . inclusio, regularis districtio, . . . hec

hiis similia sunt maxima corporis -a. *al. de tormentis martyrum:* WALAHFR. Mamm. 24,4 celsa . . . voce virum vir hortatur, . . . e medio . . . magum saevo -e tollant *(sc. populus)*. THEOPH. sched. 3 praef. p. 64,3 si, quanta sancti pertulerunt in suis corporibus -a, . . . conspicit *anima*. *al.* **b** *eccl.:* **α** *de passione Christi:* CARM. imag. 1,4,7 testatur *Iohannes* . . . hunc ipsum -a corpore passum ac cruce suspensum. TRANSL. sang. Dom. in Aug. 1 tu pie sicut ovis passus -a mitis. COD. Udalr. 275,4 tercia *(sc. hora)* cum canitur, tunc est -a passus. *al.* **β** *de supplicio aeterno:* RAHEW. Theoph. 649 me . . . , crimina pessima plurima quem male fedant, fac, genitrix pia, ne -a flammea ledant. **2** *latius:* **a** *labor, miseria – Mühsal, Not:* METELL. buc. 6,45 -e plena superveniebat egena *(i. vidua)*. **b** *poena – Strafe:* WALTHARIUS 820 equum cum virgine et auro reddes: tum demum scelerum -a pendes.

cruciamentum, -i *n. tormentum, cruciatus – Marter, Qual, Pein:* PETR. DAM. epist. 106 p. 175,18 si . . . carnem nostram per inediae -a mactemus. COD. Udalr. 32 p. 62,2 qui *(episcopus)* . . . Decianae persecutionis -a expertus. HILDEG. scivias 1,2 l. 403 non confringat illos *(iustos)* -um perditionis. *ibid. al.*

cruciatio (cruti-), -onis *f. tormentum, cruciatus – Marter, Qual, Pein:* RADBERT. part. 1,326 (CC Cont. Mediaev. LVI^{C}. 1988. p. 57) sanguis et fons pudoris . . . non credo quod corrumpi debuerit in nativitate, quod -em matris . . . habuerit. RIMB. Anscar. 40 p. 74,19 vita eius fere martyrium fuit . . . -e propria, quam sibi ipse in corpore . . . numquam cessavit inducere. FLOD. hist. 1,25 p. 446,20 cui *(viro)* nulla dabatur requies de -e nec spes erat de visus recuperatione. *al. de supplicio aeterno:* GODESC. SAXO theol. 7,7 digna denuntiatur desolatio, grandis inrogatur tribulatio, maior . . . inferetur . . . -o (-tiatio *var. l.*). HINCM. divort. app. 7 p. 251,34 tanto est culpa gravior et erit -o durior, quanto *eqs. al.*

1. cruciatus, -us *m. (f.: l. 46). script.* cruti-: BAUDON. Radeg. 11 (MGMer. II p. 385,23). *form. decl. II.: abl. sg.* -o: *l. 59. acc. pl.* -os: *l. 47. adde* ARBEO Emm. 9. 18.

I *strictius i. q. dolor asper, vehemens, cruciamentum – heftiger Schmerz, Marter, Qual:* **A** *in univ.:* **1** *gener.:* **a** *de dolore corporis:* VITA Galli II 383 quam *(filiam)* valido vexat -u daemon iniquus. VITA Liutg. I 27 nescio quid mihi pendenti subposuit *vir*, super quod firmiter stans -um non sentiebam. LAMB. TUIT. Herib. 2,38 fuit . . . femina cum inedicibili -u gestans ubera turgida. HIST. de exp. Frid. imp. p. 92,27 cum post tantos labores ac tantam inediam et famis -um requiescere . . . vellent. *saepius. expressius i. q. tormenta – Folter:* LEX Sal. Merov. 98,2 servus . . . pessima -u (poena, truciatu *var. l.*) ponatur, hoc est, in rota mittatur. ARBEO Emm. 15 non quod -os (-us *var. l.*) tuos pertimescam, sed *eqs.* WALTH. SPIR. Christoph. I 16 inremediabili vos -u usque ad consummationem mortis affligam. *saepius.* **b** *de dolore animi:* IOH. SCOT. praedest. 6,2 l. 55 -u rei amissae, quae diligebatur. RATHER. prael. 2,11 l. 367 zelotis . . . vir est, qui cum cura et c o r d i s -u castitatem custodit uxoris (HROTSV. Bas. 40. gest. 400. *al.*). *adde:* VITA Theod. 17 p. 46,51 mores malos, in quibus inoleverant, mutare -us illis *(sc. monachis)* erat. **2** *eccl.:* **a** *de compassione Christi:* BERNH. CONST. can. 43 p. 513,21 nihil . . . pro te, Christe Iesu, exhorrebimus, cum te et in nobis et nobiscum omnes subiturum -us certificati simus. **b** *de supplicio aeterno:* IONAS BOB. Ioh. 18 p. 341,4 ne . . . eterno -o damnerentur. AGOB. 17,17 l. 32 de . . . -u malignorum angelorum et hominum. HERM. IUD. conv. 7 a penis temporalibus ad eternos gehenne -us infeliciter transivit *aemulus*. DIPL. Constantiae 32 p. 102,35 quisquis . . . doni destructor extiterit, . . . -us eternos sustineat. *al.* **B** *c. colore quodam:* **1** *vexatio, afflictio – Plage, Quälerei:* OTTO FRISING. chron. 7,31 p. 359,10 cottidianis -bus *(sc. civium Romanorum)* ac tedio vitae affectus infra anni spacium pontificatus sui diem obiit *Lucius*. **2** *exercitatio, mortificatio – Askese, Kasteiung:* WETT. Gall. 34 innumeris -bus se sanctum Dei diu adflixisse.

II *latiusi. q. labor, miseria – Mühsal, Not:* NOTKER. BALB. gest. 1,31 p. 42,11 tantas pecunias . . . praepositus de miserorum illorum *(sc. opificum)* -bus aggregavit, ut *eqs.*

2. *cruciatus (cruxa-, croxa-), -a, -um. (crux; *cf. ital.* crociato, *francog.* croisé).

1 *adi. i. q. cruce insignitus – mit einem Kreuz bezeichnet, gekennzeichnet:* COD. Wang. Trident. 33 p. 86,15 (a. 1189) pro . . . duo mille libris denariorum Veronensium -orum. CHART. ord. Teut. 46 p. 38,13 extenditur *casale* . . . usque ad laccum . . . et viam -am, ubi est crux de petra. CHART. Stir. II 389 latitudo . . . donacionis per lapides -os . . . evidenter appareat distincta. **2** *subst.:* **a** *masc. i. qui sacrae crucis militiae socius est, crucesignatus – Kreuzfahrer, -ritter:* ANNAL. Ianuens. II p. 124,16 rex Aragonensis cum maxima multitudine militum et peditum et cum multis croxatis . . . Yspaniam intraverunt. ANNAL. Crem. a. 1256 (MGScript. XXXI p. 18,33) capta fuit civitas Padue per quosdam croxatos (corxatos *cod.*), qui ibi venerant cum uno legato eclesie Romane. *in nomine congregationis:* SALIMB. chron. p. 375,25 fecerunt Parmenses istam societatem, et appellatur societas Cruxatorum *(postea:* Crucesignatorum; *cf. p.2034,49sqq.)*. **b** *fem. i. q. sacra crucis militia, expeditio contra inimicos ecclesiae – Kreuzzug:* ANNAL. Plac. a. 1270 p. 549,41 facta pactione cum rege Tunicano et gente Saracena et vendita -xata pro peccunia. a. 1284 p. 579, 19 ordinavit et statuit *papa* magnam -xatam per christianos, ita quod generaliter predicatur . . . ubique magna -xata contra eum *(sc. regem Aragonensem)*.

3. cruciatus *v.* crucio.

***crucibulum** (-usi, -bol-), -i *n. (cf. francog. vet.* croisel, *hisp.* crisol, *theod. vet.* krusul; *de orig. [dubia] v. Corominas, Dicc. etim. castell. II. p. 246sqq.) script.* -bil(l)-: *l. 33. 34.*

1 *de genere quodam vasorum i. q. catinus – Schmelztiegel (fere usu alch.):* HILDEG. phys. 3,26 p. 1235^{B} vinum . . . in patella vel -o calefac. IOH. sacerd. 193 mitte super es terciam partem *(sc. pistati)* in -olum. PS. GERH. CREM. sal. I 39 line cum eo *(oleo)* fundum -illi, deinde accipe limaturam auro et expande ⌞in fundo -ili⌟ (in albot II 29). GEBER. investig. 8 p. 491 ponatur stratum de sale communi . . . in crus-o. *saepius. adde:* PS. CALID. (?) alleg. p. 191^{b},46sqq. posuerunt *medici* eum *(regem)* in camera una, facta ad modum (admodum *ed.*) -i inferius perforati; . . . deinde cooperuerunt eum cum igne insufflantes, donec fuit penitus liquefactum, in aliud -um descendens inferius per foramen. **2** *de genere quodam lucernarum i. q. lanterna, lampas – (Nacht-)Licht, Lampe:* NOTAE Hild. (MGScript. XXX p. 763,32; s. XIII.^{1}) ab obedienciario . . . -a et matte pariter ministrantur. CHART. Col. II 513 p. 563,29 post completorium incendentur crus-a et ardebunt . . . per totam noctem. ALBERT. M. animal. 22,94 equa, si sentiat fumum candelae vel -i exstincti, aborciet. *al. cf.* *cruseolus, *crusillinum.

crucicola, -ae (-us, -i *m.: l. 49. 56*) *m. (f. [?per attractionem]: l. 51) de christiano i. q. cultor crucis – Kreuzesverehrer:* HUGEB. Willib. praef. p. 87,34 inclitus -us (-a *var. l.*), multorum magne magister Willibaldus. EPIST. Bonif. 148 p. 287,3 have, care -a *(sc. Baldhardus)*, salutata *(sic)* a sorore. *al. (post s. VIII. in schedulis nostris non invenitur). per enallagen* (*pro* cultor crucis Christi): ALDH. virg. I$^{tit.}$ p. 229,5 Aldhelmus, segnis ⌞Christi -a⌟ (christicola cruci, Christi cola crucis *var. l.*). HUGEB. Willib. 4 p. 92,18 inluster clarusque Christi -us (-a *var. l.*). *Vitali*

***crucicula,** -ae *f. script.* -uti- : *l. 62. (parva) crux – (kleines) Kreuz, Kreuzchen:* **1** *in opere plastico:* **a** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 12,7 constituemus, ut illae -ae, quas Adalbertus . . . plantaverat, omnes igne consumantur. PASS. Desid. Alseg. 10 (MGMer. VI p. 63,20) retorsit virgulam vir sanctus in -am (cruti- *var. l.*). BENZO ad Heinr. IV. 1,8 antecedit eum *(regulellum)* ferrea -a. CHRON. Bened. II 2 columbe . . . quasi ex rationali industria -as composuerunt. *al.* **b** *spectat ad monile:* VITA Magni Fauc. I 20 p. 160,4 habebat . . . Magnus diaconus pendentem in collo -am. CATAL. thes. Germ. I 135 auream -am cum catenula. *saepius.* BERTH. ZWIF. chron. 40 p. 264,17 X -ae, quae inter philacteria computantur. *al.* **c** *spectat ad ornamentum:* NOTKER. BALB. gest. 1,34 p. 46,26 quae spata . . . ita cingebatur, ut per medium -is eminentibus . . . duraretur. HARIULF. chron. 3,3 p. 87,9 coronae . . . ex auro . . . paratae cum aureis -is aliisque . . . ornamentis. **d** *spectat*

[Konstanciak]

ad ornatum, apparatum sim. ecclesiae: CATAL. thes. Germ. I 82,19 (a. 870) item -as aureas III, argenteas VI *eqs.* TRAD. Welt. 23 Herrandus obtulit . . . -am auream, casulam *eqs. al. expressius de receptaculo reliquiarum:* TRANSL. sang. Dom. in Aug. 9 -a una . . . continens cruorem Christi. *saepius.* SIGEH. Maxim. 9 -a satis referta reliquiis. CATAL. thes. Germ. I 115,6 in superiore -a et in media continetur de ligno dominicę crucis. 115,83 in -a ossea auro circumdata. *saepius.* **2** *de signo:* SIGEB. GEMBL. chron. a. 748 in vestibus hominum et in velis aecclesiarum apparent -ae quasi oleo designatae. WILH. RUBRUQU. itin. 24,1 inveni quemdam, qui habebat -am de atramento super manum suam. *adde:* RUP. TUIT. off. 6,31 frustula quoque portantur incensi, ut -ae, quae cereo insculpta est, offerendo infigat *diaconus. v. et p.2040,31.* *Konstanciak*

crucifer, -era, -erum. *script.:* -cef-: ANNAL. Otak. a. 1278 p. 193,9. -ciff-: CHART. Ital. Ficker 316 p. 347,8. *subst. usu attrib.: l.59.*

1 *adi.:* **a** *cruce instructus – mit einem Kreuz versehen:* ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p. 1049B praecedente sancta et -a imperiali lancea exivit *augustus* de civitate . . . petiturus Italiam *(de re v. J. Deér, Vortr. u. Forsch. XXI. 1977. p. 63sq.).* **b** *crucem ferens, christianus – das Kreuz tragend, christlich (per compar.; spectat ad imitationem Christi, cf. Vulg. Matth. 10,38. al.):* EKKEH. URAUG. chron. p. 138,6 (ed. Schmale) crucis signaculum in vestibus idem vere -r exercitus ob mortificationis preferebat commonitorium. **c** *signum crucis producens, ad benedicendum idoneus – das Kreuz schlagend, zum Segnen gebraucht (de digitis):* WALTH. MARCHT. hist. 26 invenerunt . . . manum eius *(praepositi)* dexteram . . . quasi in benedictione tribus digitis -is (*ni subest* *crucificus) extensis, duobus vero aliis ad manum recurvatis. **2** *subst. masc.:* **a** *qui crucem fert – Kreuzträger:* **α** *in univ. (spectat ad processiones):* TRANSL. Mod. 34 p. 305,12 ut . . . -i corrigeretur incuria et signum nostrae redemptionis . . . non violaretur immunditia. 44 p. 309,13 ecce . . . monachorum concio, praecedentibus in capite -is. LIBER ordin. Patav. 4,8 p. 986,15 cessantibus campanis fit . . . processio per claustrum: praecedit -r, sequitur conventus *eqs. al.* **β** *de Christo:* GODESC. AQUENS. sequ. 1,7b,5 quem *(Adam)* disseminatum . . . suis in filiis ad te revocas, bone -r *(cf. Prud. cath. 3,1).* **γ** *de Christi aemulis (per compar.):* EKKEH. IV. bened. I 43,19 Otmarus -r hodie sit ad omnia prosper. HERIB. hymn. 6,11,3 nostros, superne claviger . . . omnisque Christi -r, actus mundate pariter. CARM. Bur. 49,9,4 in die iudicii . . . ab hoste -r (*opp.:* peccatoribus) tunc omnis liberatur. WIGAND. Waldg. 21 secundum ewangelicam ammonitionem nudus, bonus -r, Christum Christi emulator investigavit. *al.* **b** *qui sacrae crucis militiae socius est, miles cruce insignitus – Kreuzfahrer, -ritter:* **α** *in univ.:* ANNAL. Hild. a. 1098 p. 59 afflicti fame nimis et siti in tantum, ut multi ex ipsis -is equos et asinos comederent. FRAGM. chron. Fuld. 13a,10 (ArchDipl. Beih. 1. 1976) ecce omnes -i, qui in comitatu imperatoris ire volebant *eqs.* **β** *de militibus (vel fratribus) cuiusdam ordinis militaris ('Ordensritter'):* GERLAC. annal. a. 1179 p. 690,43 *Elisabeth* fundavit, dotavit et ditavit et ita -is tradidit *ecclesiam.* CHART. Ital. Ficker 316 p. 347,2 (dipl. Frid. II.) Bartholomeus . . . procurator hospitalis ordinis C-orum *('Kreuzherren')*, quod iuxta Bononiam . . . situm est. CHRON. Erf. min. cont. I p. 673,14 expugnavit *soldanus* castrum munitissimum Templariorum . . . , in quo fratres -os *('Templer')* et alios christianos . . . constrinxit. ANNAL. Otak. a. 1255 p. 182,9 commissa terra et populo in manus -orum de domo Teutonica *('Deutschherren'). saepius.*

***crucciferarius** (curci-), -i *m.* (crucifer) *qui crucem fert – Kreuzträger:* CHART. Osn. I 379 p. 299,33 (a. 1190/1205) de Bunne dantur abbati V solidi, curc-is VII solidi et VI denarii ad emendam fabam.

***crucificus,** -a, -um. (crux *et* facere) *signum crucis producens, ad benedicendum idoneus – das Kreuz schlagend, zum Segnen gebraucht (de digitis):* ANNAL. Ratisb. a. 894 abscisis tribus digitis -is, quem *(Formosum)* vivum voluit, mortuum degradavit *Sergius papa. v. et l.30.*

crucifigo, -fixi, -fixum, -ere. *script.* -fi(o): *p.2038,13. metr.* crucī-: ALDH. carm. eccl. 2,31. *partic. perf. usu adi.: l.15*

l<ia> -um *(item de agasone, magistro stabuli:* Ecbasis capt. 84 ut -s stabuli solvat . . . vincula colli. *al.).* Gisleb. Mont. chron. 228 ius . . . de ursis pascendis et ipsorum ursorum -bus. Frid. II. Imp. art. ven. 2 p. 135,10 cum manus -is eis *(falconibus)* porrigitur *eqs.* Mirac. Gunth. erem. 7 quidam -s apum monasterii (*item de apiario:* Albert. M. animal. 8,173 venit -s examinum et interfecit apes extraneas praedatrices). *al.* **β** *pastor – Hirte:* Froum. carm. 11,18 -s pecudis. *al. in imag.:* Regino chron. a. 885 p. 125,9 eram . . . in eodem loco dominici ovilis, quamvis non idoneus, tamen -s. *al.* **b** *de -e ecclesiae, altaris:* **α** *in univ.:* Chart. Worm. 37 (c. 1000) que omnia . . . ad altare sancti Petri . . . et eiusdem altaris -i . . . restituimus. Chart. Aquens. 26 Conradus -s ecclesie . . . ceterique canonici in capitulo. Chart. Alsat. B 662 (spur.) -s altaris et procurator. *al.* **β** *de mansionario, sacrista ('Mesner', 'Küster'):* Ord. Rom. 10,3 processionem . . . acturis a -e . . . in sacrario ornamenta praebenda sunt. Pontif. Rom.-Germ. 99,197 dantur a -bus palmae. 99,220. Consuet. Trev. 10 abbate in medio stante offertur candela, stola et liber a -e. Chart. Eichst. 3 p. 12,2 ęcclesię -bus *(sc. pars praebendae tribuatur),* quatenus . . . pavimenta purgentur et mundentur. Registr. abb. Werd. 8,6 cellerarius accipiet a -e quinquaginta et I candelam integram. Chart. Traiect. 493 p. 439,43 -s matricis ęcclesię, quem vulgo campanarium dicunt. Chart. Merseb. 367 p. 299,18 carbones sufficientes conparet -s noster. *saepe. expressius de vigile sepulcrali:* Mirac. Martial. 2,2 (MGScript. XV p. 280,35; s. VIII./IX.) ut mathorarium *(i.* martyrarium, *ut vid.),* qui et -s sepulture eiusdem erat, ipsum ad regem dirigerent *concives.* **c** *de thesaurario (-a):* Pass. Leod. 21 (MGMer. V p. 303,4) iussit -i discos argenteos . . . foras eiecere. Waltharius 113 -s thesauris provida cunctis efficitur *virgo.* 261. Catal. thes. Germ. 87,1 thesaurus ecclesiae tempore, quo Eberhardus -s adeptus est custodiam. 29,1 sub custodia domine Gertrudis . . . , que fuit decana et -s. Albert. Stad. quadr. 62 thesauri -s et depositarius. *al.* **d** *de praefecto (-a) bibliothecae, tabulario:* Conc. Merov. p. 143, 14 -es cartarum. Wala brev. memor. (Corp. Consuet. Monast. I. 1963. p. 421,38) -s cartarum omnia prevideat monasterii monimenta. Hist. mart. Trev. 16 p. 377^{E} quae *(soror)* -s erat librarii. Acta imp. Winkelm. I 994 p. 748,27 habebunt secum racionales . . . -em unum archivi, cursores duos. *al.* **e** *de officiali sigillum asservante:* Lamb. Wat. annal. a. 1167 p. 541, 23 domnus Alardus sigilli -s erat. Acta imp. Winkelm. I 988,3 p. 738,38 -es sigillorum iurabunt omnia . . . supradicta. *al. adde:* Chart. Brixin. 171 (a. 1273) quod sigillum capituli actenus reservatum per -em contra consuetudinem ecclesie *eqs.* **f** *usu vario:* Leg. Burgund. const. I 27,8 vineae. Wilh. Hirs. const. 2,45$^{capit.}$ vini. 2,51 p. 1111^{C} hospitii. Chart. Hans. add. 601 p. 388,5 ponderis. Chart. Stir. II 55 p. 94,9 ne -es f o d i n e habeant facultatem libere intrandi (119 p. 180,8. 142 p. 214,14). Chart. Alsat. A 5 p. 9,11 -s agrorum . . . , qui vocatur b a n w a r t (Chart. Bern. III 250). Hist. Augiens. III p. 658,24 -bus . . . silvae, qui vulgo dicuntur v o r s t a r e (Chart. Turg. III 307. Chart. Turic. 1023 p. 107,18). Chart. Hans. 663 p. 231,18 -s, qui dicitur biriz. Registr. Xant. p. 59,33 -s granarii sive spikerambt. Chart. Eberb. 437 p. 218,17 -es, qui s c u z e n dicuntur (505 p. 322,20). *persaepe. adde:* Const. imp. I 299 (a. 1184) quod episcopus offitiatum suum et -em rerum suarum pro sua voluntate removere potest.

II *translate:* **A** *de hominibus:* **1** *in univ.:* Walahfr. Blaithm. 58 linguae -s *(item de cautione:* Vita Mathild. II 11 p. 168,3 *Mathildis* -s oris sui, ne *eqs.; cf. Vulg. psalm. 140,3).* **2** *qui (quae) observat, obtemperat – Wahrer(in), Befolger(in):* Rud. Fuld. Leob. 11 p. 126,47 pedes omnibus manibus suis lavit dominicae institutionis -s et ministra. Chart. Sangall. A 733 p. 336,29 qui . . . verus -s et o b s e r v a t o r *(sc. privilegii)* extiterit (Chart. archiep. Magd. 142 p. 202,34 [epist. papae]. *al.*). Ioh. Canap. Adalb. A 1 fidus -s divinę legis. *al.* **3** *qui (quae) conservat, sustentat – Bewahrer(in), Erhalter(in):* Arbeo Corb. 1 suae continentiae . . . -s. 16 p. 206,13 vir sanctissimus, suae p a t i e n t i a e gustus *(m. al. corr.* -s *2,* gustas *1) eqs.* (Berth. [?] annal. praef. p. 267,19). Hraban. carm. 84,7 iustitiae -s *(sc. Haistulfus)* rectus patiensque, benignus. Walahfr. Wett. 159 virtutum -s. *al.* **4** *defensor – Verteidiger:* Syll. Elnon. 1,9 nobilitatis apex . . . , amatur iustitiae, -s fidei *eqs.* Statut. ord. Teut. p. 25,10 quod . . . caput ecclesie, Christus, -es foret habiturus. *iron. i. q. patronus - Schirmer:* Paul. Bernr. Greg. 45 p. 498,19 fuit . . . vir . . . perditionis filius . . . , galea homicidarum et scutum traditionis, . . . -s susurrationis. **B** *de herba* -s horti *i. q. quinquefolium, pentadactylos – Fünffingerkraut (Euphorbia helioscopia L., ut vid.; cf. André, Plantes. p. 191):* Gloss. Salern. p. 5^{b},45 custosarci *(leg.* -s orti, *ut vid.),* miracler. Bernh. Prov. comm. 3,2 p. 281,41 pentadactilus, -s orti, gira solis idem est. Alphita I p. 286,41 -s hortorum, pentadactylos idem. Alphita II p. 47,3 *(cf. R. Creutz, QuellStudGesch-Nat. 7. 1940. p. 461. 492).* **C** *de sidere:* Arnold. Saxo fin. 1,2,2 p. 17,39 Ykaros, id est -s palustris *(leg.* plaustri, *ut vid.; cf. Mythogr. Vatic. 2,79,20).*

[custosarci *v.* custos *l.11.]*

***custria** *v.* *custoria.

***custrix** (constris), -icis *f.* (*custor) **1** *custos – Küsterin:* Wolfhard. Waldb. 3,6 p. 272,24 a Diothilda, -e ecclesiae, . . . aliquid operis accipe *(sc. muliercula).* Chart. Gelr. 806 p. 787,13 in quolibet anniversario predictorum habeat . . . -x XII denarios . . . ad candelas. *al.* **2** *de abbatissa i. q. praeposita – Vorsteherin, Leiterin:* Form. Senon. I 31 Deo sacrata illa abbatissa . . . -x preesse videtur. 32 inluster abbatissa illa inhibi constris preesse videtur. *Konstanciak*

custrus *v.* costrus. **custudia** *v.* custodia.

custudio *v.* custodio. ***custum(i)a** *v.* *costum(i)a.

***custura,** ae *f.* (*francog. vet.* costure) *actio (con)suendi, opus (con)sutum – Näherei, Näharbeit:* Registr. Prum. 10 -am faciunt ad cameram. 23 p. 180,10 -am faciunt ad cameram he femine, qui linum solvunt. *Konstanciak*

1. custus *v.* gustus. **2. custus** *v.* custos.

3. *custus *v.* 2. *costus.

cutanus *v.* cydonius.

1. *cutel(l)a, -ae *f.* (cutis) *pellicula – Häutchen:* Gloss. IV 51,61 St.-S. -ela pellicula hutili a cute.

[2. cutella *v.* scutella: Chart. Laus. 47 p. 91,27 (a. 1238).**]**

cutellarius, cutellus *v.* cult-. **cuter** *sim. v.* caut-.

***cuterus** (ku-), -i *m. (theod. inf. vet.* kutere; *v. T. Erb, Philologus 130. 1986. p. 264) lanius, macellarius – Metzger:* Chart. Lub. I 269^{a} p. 250,21 (a. 1262) domus k-orum super Wokenitz solvit annuatim X marcas denariorum. Acta civ. Wism. B 528 in . . . platea k-orum.

***cutica,** -ae *f.* (cutis; *cf. Meyer - Lübke, REW^{3} nr. 2429) cutis – Haut:* Edict. Roth. 46 si quis alii plagam in caput fecerit, ut -a (-am, co-am, co-a, codica *var. l.*) tantum rumpatur, quod *eqs.* 103.

cuticellus *v.* codicillus.

cuticula, -ae *f.* **1** *cutis, membranula – Haut, Häutchen:* Walth. Spir. Christoph. II 5,201 ne peste rogali exhilaret tristem contracta -a regem. Epist. Hann. 27 p. 62,7 moverent te ad miserationem . . . costę interlucentes . . . , tenuis uteri -a dorso adiacens. Hildeg. phys. 5,6 (ed. pr.) si homo . . . in oculis caligat, . . . -am fellis piscis huius *(i. welcae)* . . . ad solem exsiccet. Roger. Salern. chirurg. 2,84 potest . . . -a, que supra nervum est, sui. Notulae Wilh. Cong. 797 cum -a *(sc. pustulae)* remota fuerit, superponatur corrosivum. *al.* **2** *pellicula, pellis – Pelzchen, Fell:* Chart. Sil. D I 281 p. 207,35 (a. 1227) de Zagan . . . nomine decime melle . . . contenta erit ecclesia, de Wlen -is asperiolinis.

***cutina** *v.* *cudina.

***cutineus,** -a, -um. (cutis) *ex corio factus – ledern:* Vita Galli I 7 habuit vir Dei capsellam unam -am sub suam custo<diam>.

cutinus *v.* cydonius.

1. cutis, -is *f. form. acc. sg.* -im: *p. 2177,30. 44. adde* Maurus progn. 10 p. 28^{b},23. *al. metr.* cūt-: Aldh. carm. eccl. 4,7,8.

I *strictius i. q. pellis – Haut:* **A** *spectat ad homines:* **1** *proprie (in imag.: p. 2177,6):* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* Leg.

[Pörnbacher]

Wisig. 6,4,1 si ingenuus ingenuum . . . in capite percusserit, . . . det . . . pro -e rupta solidos X *(item de -e capitis:* Hrotsv. Pel. 397. Maurus (?) anat. II p. 11,10. *saepius. v. et l. 23. p. 1240,12).* Walahfr. carm. 75,4,3 pedibus retracta stat -is. Godesc. Saxo theol. 3 p. 96,28 o misella potentiola, inflata vesica, -is tumida turgida elata, pellis morticina. Lamb. Hersf. annal. a. 1074 p. 185,10 qui *(dolor)* necdum in cicatricem -em obduxisset. Fund. Consecr. Petri p. 180,11 Christus . . . sanguineis guttis -em rubricavit. *persaepe. adde:* Nicol. Biber. carm. 2368 Bartholomee, -is tua det michi dona salutis. **β** *proverb.:* Otloh. prov. N 40 nitens -is sordidum demonstrat animum *(cf. Ps. Hier. ad mon. [PL 30 p. 315^{A}]).* Carm. in Sim. 1,1,45 (MG Lib. Lit. III p. 698) presul procurande -i plus intendit quam saluti *(cf. Hor. epist. 1,2,29. v. et p. 2122,57).* **b** *iur. (spectat ad poenam; de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 489sqq.; HRG II. p. 1788):* Dipl. Heinr. II. 501^{a} p. 640,46 eius *(invasionis ducis)* sequaces -e et capillis priventur. Lex fam. Worm. 20 advocato XX solidos tribuat aut -em et capillos amittat (*sim.* Chart. Babenb. 183 p. 251,24 crines et -em). Herm. Sangall. Wibor. 1,26 p. 176,4 plebs fidelium . . . decrevit eam *(moecham)* ad stipitem ligatam -e privari. Chart. Bern. II 281 p. 299,13 si . . . advena aliquem civium percusserit, ligatur ad truncum abstracta sibi -e capitis. *al. v. et p. 214,3sq. 901,48. 2046,21.* **2** *meton. de ventre:* Carm. Bur. 197,5,6 simplex erit gaudium, si -is non sit plena. 211,3,1 -is eius *(Epicuri)* semper plena velut uter et lagena. **B** *spectat ad animalia:* **1** *in univ.:* Alfan. premn. phys. 4,10 p. 60 homiomera *(sc. membra in animalibus)* . . . sunt ut cerebrum, . . . axungia, -is (*PG 40,609^{B}* δέρμα; *sim.* Frid. II. Imp. art. ven. 1 p. 63,30). Urso element. 6 p. 207,6 -im animalis humoribus emundat *vis attractiva* ut aloes. Albert. M. animal. 3,2 in animalibus inveniuntur . . . membra similia -is et tela; -is . . . totum involvit corpus exterius. *al.* **2** *exuviae – Balg, Fell:* Carm. Paul. Diac. app. I 6,1,60 a sociis propriis detrahitur . . . -is *(sc. ursi).* Carm. Cantabr. A 15,3^{a},8 caput avulsum *lepusculi* cum -e cedo. Ruodlieb 2,40 abstrahendo -em *caprae.* Herbord. Ott. 1,27 cetera pars *(sc. pellicii)* -e leporina constabat. **3** *corium (depstum) – (gegerbte) Haut:* Mappae Clavic. 95 accipias . . . de -e tonsuram (*sim.* Cymbala VIII 1). Fund. Mur. 27 p. 81,4 educat *praepositus* res, quae dantur . . . , id est . . . filtros, -es, coria. Trad. Salisb. I 479^{a} p. 512,27 que *(curiae)* servicium plenum dant, id est . . . duo modii rapule, -em pro oleo (*sim.* Registr. Salisb. 1,2). Registr. Eins. 1 p. 40,23sqq. de Stege -im; de Banholz I; . . .: viginti et IIII -es. Registr. Baiuv. A p. 264,3 de qualibet swaiga solvuntur XXXVI denarii vel -is bovina *eqs. saepius. membrana – Pergament:* Aethicus p. 152,2 testis est ignavia meae cogitationi fuisse conscientiae, unde corruptibilibus ictibus propria -is capessit.

II *latius de tegumento vel superficie fructuum vel aliarum rerum:* **A** *putamen – Schale:* Recept. Lauresh. 4,76 -e rugosa et horrida habet *piper.* Rhythm. 146,47,1 aspera, dum nascor *(sc. castanea),* -e producor. *al. v. et p. 601,61.* **B** *pellicula, tunica – Überzug, Film, 'Haut':* Theoph. sched. 1,38 coque, donec videas, quod in supremo quasi -em trahat *aqua.* 3,45 p. 96,2 in percutiendo ab igne et malleo -em ex se trahit *argentum spissum.* 3,74 p. 135,11.

2. cutis *v.* cos. ***cutum** *v.* *cotum.

cuturnus *v.* cothurnus. **cuva** *v.* cupa.

cuvella *v.* cupella. **cuvrum** *v.* cuprum.

***cuza(ba)**, -ae *f. (arab.* kūz*; v. Siggel, Arab.-dt. Wb. d. Stoffe. p. 99) cantharus collo angusto praeditus – Krug mit engem Hals:* Ps. Gerh. Crem. sal. I 30 solutio roritatis *est,* ut facias foveam et ponas in eam cuzam (*cf.* II 20 vitreatum). 37. sept. p. 324,34 mitte eam *(terram)* in -bas. *ibid. al. cf.* *alcuza.

***cuzunbrum** *v.* *cozumbrum.

***cyaminus** (cia-), -a, -um (-on). (κυάμινος) *fabaceus – aus Bohnen, Bohnen-:* Paul. Aegin. cur. 164 purgatoria . . . , ut est ⌞ci-on etnos⌟ (*3,28,3* κυάμινον ἔτνος). 266 ⌞lecitos ci-a⌟ (*3,80* λέκιθος κυαμίνη) cum aceto cocta.

cyamus (kymi, coia-), -i *m.* (κύαμος) *faba – Bohne:* Recept. Lauresh. 5,1,11 dabis *antidotum* ad magnitudinem coiami Egyptii maioris (*sim.* 5,1,23 p. 336). Gloss. III 559,33 St.-S. kymi (kinu *var. l.*) bone.

cyaneus (ky-, kia-, chia-, cia-, -nos), -a, -um *vel* ***zan(n)us,** -a, -um. (κυάνεος) *?indecl.: l. 17. 19.* **1** *(sub)caeruleus, glaucus, viridis – (dunkel-, grau-, grün)blau, bläulich:* Aethicus p. 176,19 chi-us lapis *(ex Isid. orig. 14,3,32).* Gloss. II 441,14 St.-S. c-us (latex), viridis vel glasa, blauaruer. 484,51 c-us (latex) grŏnaz. Gloss. 5,87 K. ci-us glas faruer. Summ. Heinr. C p. 243 ci-us blavaruwer, blaualwer. *al.* **2** *purpureus, fuscus, lividus – (braun)violett, bräunlich, schwarzgelb:* Albert. M. animal. 1,147 in glaucis occulis guttae quaedam rubeae aut coloris k-i, hoc est corrupti sanguinis fetulenti, . . . circa pupillam ordinatae videntur. Moses Panorm. infirm. 16 p. 116,1 refrica locum, donec exierit sanguis vel aqua zanna. marisc. 1 p. 146,7 dentes eius *(equi)* . . . per aliquos annos stabunt zanos. Maurus urin. II p. 6,19 kianos est *(sc. color urinae)* sicut color pulvere, qui fit ex albo et nigro colore. Walth. Agil. med. 35 p. 136,13 regula: urina . . . kianos in colore, spissa in substantia *eqs.* 131. *al.*

***cyanica** (cia-), -ae *f.* (cyanus) *de planta quadam fort. i. q. cyanus – viell.: Kornblume:* Antidot. Glasg. p. 101,18 recipit hec: ci-e dr. XXVIII, appii semen dr. XVIII.

cyanus (quia-, cia-, -os), -i *m. vel* ***cyanum** (ky-, quia-, -on), -i *n.* (κύανος) **1** *caeruleum – (Kupfer-)Blau:* Compos. Luc. H 8 cianus compositum (compositus *var. l.*). O 25 quianus nascitur sic: *eqs. al.* Mappae Clavic. 151 alia *(pandii compositio):* . . . quiani partem I, lulacin partem I. 152 quianon. 192 p. 224,41 quianus compositus est. *al.* Compos. Matr. 62,3 succendes . . . quianis et restringe sanguine anseris. Albert. M. animal. 23,27 p. 1443,34 alciones sunt aves . . . colore k-i purpureis pennis. *al. meton. i. q. vitrum – Glas:* Gloss. 5,86 K. cianum glas. **2** *purpura violacea – Purpur-, Braunviolett:* Albert. M. animal. 1,163 nigredo . . . oculi . . . declinabit ad rubedinem non veram, sed ad colorem, qui vocatur k-on (*cf. p. 492^{a},3* αἰγωπόν), qui est inter rufum et indicum. *meton. sensu plur.:* Albert. M. animal. 8,205 qui *(homines)* a colore corporis dicuntur k-on, eo quod iuxta Ethyopiam habitant.

***cyat(h)iscus** (quia-, cia-, -astic-, -os), -i *m.* (κυαθίσκος) *cyathus parvus, cucurbitula – kleiner Becher, Schröpfkopf:* Ars med. 6 p. 31 necesse est . . . ferramentorum nomina dicere ita: . . . quiatiscos (ciasticos *K*; ciatiscos *G*; κυαθίσκος *B*) *eqs.*

cyathus (scia-, quia-, sia-, chy-, cia-, -tus, -os), -i *m.* (κύαθος) *script.* cicothus: *l. 53. form.: acc. sg.* -on: *l. 72. decl. IV.: l.69.p.2179,8.*

scyphus (parvus) – (kleiner) Becher: **1** *de poculo:* **a** *proprie:* Vita Desid. Cad. 19 p. 577,24 cum . . . aqua fuisset allata, . . . ciato (ciatum, -um *var. l.*) praeripiens glutivit *homo.* Consuet. Trev. 31 qui *(pueri)* accipientes ab eo *(cellerario)* perlucidos -tos vitri . . . veniunt in medium refectorii *eqs.* Wilh. Hirs. const. 1,15 p. 946^{B} de signis loquendi: . . . pro signo cicothi (-i *cod. Vat. Pal. lat. 564, f. 17^{r}*) *eqs. al.* **b** *alleg. de scientia (cf. Vulg. exod. 25,29; loci fere pendent de Greg. M. in euang. 6,6):* Donat. Trud. 1 (MGMer. VI p. 275,30) quod in domo Domini ch-i (-i, ci-i, -ti *var. l.*) mensura . . . fabricata est; cuius . . . vasculi normam intra sanctam aecclesiam minime contingisse me fateor *eqs.* Theod. Amorb. Bened. I praef. p. 23,9 quatenus . . . pro modulo -ti (ingenii *Mabillon*) mei palificare . . . non differam. *al.* **c** *meton.:* **α** *de potu:* Conc. Karol. A 50^{D},51 p. 644,12 ut ex vineolis suis . . . nihil residui sibi *(sc. miseris)* . . . nec ciatus nec uva . . . remaneat. Chart. Sangall. A III app. 86 p. 824,8 in II feria in nona abbas ciatum et oblatas *(sc. debet fratribus).* **β** *de mensura (fere rerum liquidarum, rarius solidarum, e. g. l. 68): def.:* Catal. mensur. 4 ciatus habet dragmas X. Alphita I p. 284,9 ci-us est pondus unciae duae et semis. *al. exempla:* Mappae Clavic. 11 sumes argenti ciatos III. Botan. Sangall. 27,1 aceto ciatus II . . . in panno inlinis. Recept. Sangall. I 23 croco cum mel quiatum vinum temperas. Paul. Aegin. cur. 214 p. 155,15 sucus cicorie ciati (siati *B; 3,50,2* κύαθοι) II. 252 p. 196,14 cacrios ci-on (ciaton *A*) I. Odo Magd. herb. 237

[Pörnbacher]

iungito ... vini tres -os (ciatos, sciatos *codd.*). CHART. Bund. 705 p. 181,20 dabuntur presentibus ... II ciati de bono vino ad hanc mensuram estimati, ut *eqs. al.* **2** *de parte lychnuchi pensilis:* ARDO Bened. 17 p. 206,19 in choro dependunt lampade ... in modum coronae, quae in se insertis circulis -tos recipiunt per girum, morisque est ... oleo repleto (repletos *var. l.*) accendi. LIBER tram. 13,1 sint accense omnes coronae cum -tibus. 18 sustollant ... -tos. *cf.* *cratus.

[cyaticus *v.* ischiadicus.**]**

cybarius, *cyboriolum, cyborium *v.* cib-.

***cybrio** *v.* *chibrio. **cyburium** *v.* 1. ciborium.

1. cybus *v.* 1. cibus. **2. cybus** *v.* cubus.

cycada *sim. v.* cicada. **cycatrix** *v.* cicatrix.

***cycellus,** -i *m.* (*theod. vet.* zisel, zitzel) *Citellus citellus – Ziesel(maus):* ALBERT. M. animal. 22,47 de antro ... non extrahitur *cricetus* ... nisi aqua ferventi ... in antrum infusa, et in hoc convenit cum cuniculo et -o.

cyceon (cic-), -onis *n.* (κυκεών) *cinnus – Mischtrank:* GLOSS. med. p. 67,18 -n (ciceon *var. l.*), de quo Circe dicitur fecisse panem cum polentis *eqs. (inde* DYNAMID. Hippocr. 1,5 ciccon *[ed., vix recte]).*

cycer *v.* cicer.

cychramus (-craunius), -i *m.* (κύχραμος, -νος) *de ave peregrina fort. i. q. Emberiza hortulana – viell.: Ortolan:* ALBERT. M. animal. 23,115 est ... alia *avis*, quam cycraunium vocant, ita ad recedendum sollicita, quod *eqs. (ex Thom. Cantimpr.; cf. Plin. nat. 10,66sqq.).*

cyclada, cycladis *v.* cyclas.

***cyclamaticos** (cic-) *adi.* (cyclaminus) aristolochia -os *i. q. aristolochia (rotunda) – (Rundblätterige) Osterluzei (cf. Hegi, Flora III. p. 164):* ANTIDOT. Bamb. 23 aristologia ci-os (clematicis *ci. J. André, ALMA 23. 1953. p. 105, vix recte*) – unu, amigdolas amaras – IIII.

cyclaminus (cic-), -i *f. vel m. et* **cyclamen** (sic-, cic-), -inis *n.* (κυκλάμινος, -ον, κυκλαμίς) *nom. sg.* -midis: *l. 45. gen. sg.* -e: *l. 40.* -os: *l. 39.*

tuber terrae – Alpenveilchen (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1282sq.): AESCULAPIUS 2 p. 4,3 naribus infundi iubemus mentę succum ... aut -os. TRACT. de caus. mul. 65 ex cortice ci-e. ANTIDOT. Glasg. p. 158,16 purgatorium recipit elaterium – I S, ci-us (cidarcinus *ed., vix recte*) – III. PAUL. AEGIN. cur. 33 ci-is (*3,5,1* τῆς κυκλαμίνου) sucus. *al.* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 379,30 -us calidus et siccus. GLOSS. III 527,21 St.-S. ci-n cassamus, malum terre, panis porcinus, erdphil. IV 183,63 -dis nux, que crescit in terra idest ertnuz. GLOSS. Roger. II 543 ad pustulas faciei ... accipe radicem ... si-is. *saepe. v. et p.2185,11.*

cyclas (cic-), -adis *f.* (κυκλάς) *form.: nom. sg.* -dis: *l. 56. 61. nom. pl.* -dę: *l. 64. metr.* -clād-: *l. 56.*

1 *vestis, vestimentum, amiculum – Kleid, Gewand, Überrock:* VITA Sadalb. 26 (MGMer. V p. 65,4) vidit ... infantum agmina ... niveis ci-bus et laureatis capitibus ovantes. NOTA de unct. Pipp. (MGScript. XV p. 1,30) Berteradam, ... regis coniugem, ... pontifex regalibus indutam ci-bus ... benedixit *(inde* REGINO chron. a. 753 p. 45,26. *al.).* CARM. cod. Paris. (8812) 1,42 quos *(sacerdotes)* operit depicta ci-is murice tincta. GOZECH. epist. 15 l. 362 cum ... fulgeat *nutrix Legia* ... auro textis insignium gestorum ci-bus et tota sit desiderabilis *(sim.* GESTA Ern. duc. II p. 291,6. *al.).* GLOSS. III 175,5 St.-S. de feminalibus vestimentis: ci-es vezstuchelen vel ciclat. 660,5 ci-es mantil. 693,37 ci-is churzebolt. *al. tunica – Hemd:* GLOSS. II 724,31 St.-S. ci-um untarwanth liuroch. IV 113,14 ci-e chemis. *v. et l. 64.* **2** *textile (pretiosum) – (kostbares) Gewebe:* SUMM. Heinr. C p. 207 -es, -ę goteweppe, hemade. CHRON. Ottenb. p. 627,6 de ci-e auro texta casulam unam et dalmaticam emit *custos* (HIST. Augiens. III p. 657,41. *al.*). *al. v. et l. 60.*

1. cyclicus (cic-), -a, -um. (κυκλικός) **1** *adi.:* **a** *strictius i. q. circularis, rotundus – kreisförmig, rund:* SEDUL. SCOT. carm. II 13,1 sum *(sc. cingulum)* cingens castos -o (ci-o *B*) moderamine lumbos. GERB. geom. 4,2 hae *(figurae planae)* ... aut rectis ... aut curvis seu circumferentibus lineis, quas Graeci -as ... vocant, includuntur *(cf. Mart. Cap. 6,709).* **b** *latius:* **α** *de tempore i. q. regulariter rediens – regelmäßig wiederkehrend, 'zyklisch':* SEDUL. SCOT. carm. II 54,10 vivens valeto -is (ci-is *B*) per aeva giris. 76,33. 81,1. *adde:* SEDUL. SCOT. carm. II 70,1 tempora iam volitant -is (ci-is *B*) fugientia pennis, ceu scit plaustrigeri concava sphaera poli. **β** *de numero i. q. quadratus – Quadrat- (cf. Boeth. arithm. 2,30):* HECEL. Clem. 2,10 (MGScript. XXX p. 907,37; s. XI.ex.) ci-a species numeri appellatur, que ... non solum a senario, verum etiam a quinario proficiscitur. **γ** *de disciplina i. q. encyclios – enzyklopädisch (cf. Mart. Cap. 9, 998):* GUNZO epist. 17 p. 55,4 ci-ę ... dicuntur *artes* atque ita in se recurrunt, ut modo trium sonorum nexę reperiantur. *v. et p. 596,16.* **2** *subst. masc. i. q. poeta -us – zyklischer Dichter (cf. Hor. ars 136):* VITA Mahum. 7 hoc, quod stili offitio commendare ... disposui, quasi unus de curiosis -is collegi.

[2. cyclicus *(leg.* Cilicius *[de Normannis]):* TRANSL. Gudw. et Bert. 29 (Sacris erudiri 24. 1980. p. 92; c. 1132/8) gens totius Britannie a ci-is (Ciliciis *ci.*), qui et pirate, undecumque infestata. *cf. ThLL. Onomasticon. II. p. 435,30sqq.***]**

cyclon *v.* cyclus.

cyclopeus, -a, -um. *giganteus – Riesen-:* CONR. EBERB. exord. 5,13 p. 312,15 cuius *(Iudae proditoris)* instinctu -am voracitatem sectari non timuit *frater.*

cyclops (cic-), -opis *m. (f.: l. 34)* (κύκλωψ) **1** *gygas – Riese:* GLOSS. II 364,22 St.-S. ci-s risi. 695,52 -um duriso. *al.* TRACT. Garsiae 387 Iohannes ... vidit eum *(archiepiscopum)* pinguem, ... rigidum -em corpore giganteo. *v. et vol. I. p. 190,69. expressius de Goliath (spectat ad Vulg. I reg. 17, 40sqq.):* RADBOD. Bonif. 10 p. 70,2 fortissimum ... prelium cum spurio -e committens et gladio verbi triumphans castra Israelitica a depredatione Phylistinorum ... eripuit. **2** *per confusionem i. q. cyclas – Gewand:* GODEFR. VIT. (?) Heinr. 144 cruces et turibula massa sunt confracta, pallia samita, ci-s auro facta.

cyclus (cic-), -i *m.* (-um, -i *n.: l. 60*) (κύκλος) *script.* -cul-: *p. 2181,1. form. nom. sg.:* -on: *l. 53.* -os: *l. 59.*

1 *circulus – Kreis, Ring:* **a** *strictius i. q. gyrus, linea circularis – Kreis(linie, -bahn):* **α** *gener.:* RADBERT. Matth. 9,1895 quae *(corona)* quasi -us in gyro volvitur. CARM. libr. II 18,9 geminos ... libellos picturis, numeris, titulis ciclisque rotundis egregia forma discentibus ipse *(Cassiodorus)* reliquid. METELL. buc. 10,31 quę *(pars templi)* medio compar -o circumtegit altar. SUMM. Heinr. C p. 108 circus vel -us rinc. *al.* **β** *astron.:* CARM. Aldh. 1,84 zodiacus ... -us. *circulus tropicus – Wendekreis:* BENZO ad Heinr. IV. 5 praef. quos *(sacerdotes et levitas)* episcopos faciens elevat ultra -um senis Abderitę *(cf. notam ed.).* **b** *latius de rebus rotundis:* **α** *discus, rota – Scheibe, Rad:* ALDH. virg. II 228 quamquam ... pavonis ... teretes rutilent plus rubro murice -i (cicli *var. l.;* PAUL. ALBAR. carm. 4,8. 9,86). **β** *exedra, apsis – Rundbau, Apsis:* WALAHFR. exord. 6 p. 480,11 exedra est absida quaedam separata ... a templo vel palatio ..., grece ... -on vocatur. **γ** *corona, diadema – (Kron-)Reif, Diadem:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,28 nostro nitidos figamus vertice ciclos. LIGURINUS 3,203 fulva ... gemmatis incincte timpora ciclis ... dominum ... salutent *puellae.* **δ** *convexio, arcus – Wölbung, Gewölbe, Bogen (fere de caelo):* ALDH. virg. II 1658 post mundum, cum cesset -os (-us, ciclus *var. l.*) Olimpi. HRABAN. carm. 6,19 ante solum terrae caelique volubile -um praetereant, ... quam *eqs. adde de sphaeris caelestibus:* IOH. SCOT. carm. 2,3,15 aetherios -os ambibat stelliger orbis (THIOFR. Willibr. II 1,29). *al.* **2** *cursus per vicissitudines rediens, periodus – zyklisch wiederkehrende Abfolge, Kreislauf, 'Zyklus':* **a** *proprie:* **α** *comput.:* BEDA temp. 11 -um decemnovenalem propter XIIII lunas paschales Nicaena synodus instituit (ALCUIN. epist. 126 p. 186,30. *al.*). temp. rat. 56,1 de -o (circulo *var. l.*) lunari *(sim.* AGIUS comput. 4,3. *saepius. cf.* 8,11 solares ciclos. *al.).* SEDUL. SCOT. carm. II 6,55 suasit amor Domini tam longos volvere -os (ciclos *B;* 30,95). *al.* AGIUS comput.tit. (MittellatJb. 14. 1979. p. 70) versus de ciclo pasche magno (comput. 8capit. *al. v.*

[Pörnbacher]

et p. 1133,21. sim. MARIAN. chron. a. Chr. 22 -ulus magnus pascalis. *al.).* EKKEH. IV. pict. Mog. 376 sol stetit . . . sub Esaia vate secundo; quęritur his damnis -orum quid cadat annis *(cf. notam ed.).* SALIMB. chron. p. 38,18 que tria lustra complent -um indictionum. *saepe. in designatione temporis:* LEG. Wisig. chron. p. 460,15 obiit *Reccesvintus* . . . anni -i d e c e m n o v a l i s octavo (THEOD. TREV. mirac. Celsi 15 p. 410,3. CHART. Raitenh. 142. *al.*). TRAD. Frising. 91 indictione I in anno ciclo inchoante. ANNALISTA Saxo a. 1071 p. 698,29 anno cicli lunaris V. *al.* **β** *t. t. medic.* -o curare *i. q.* περιοδεύειν – *zyklisch behandeln:* AESCULAPIUS 4 p. 8,7 curentur *maniaci* -i cursu . . . , ita ut bis ordine innovent tempus curę. **b** *meton.:* **α** *tabula calculatoria, kalendarium – Tabelle, Schema, Kalender:* REGINO chron. a. 655 p. 40,12 nec antistitum numerus annorum ciclis Dionisii concordat. HONOR. AUGUST. imag. 3,26 p. 143[54] hic *(Caesar)* bissextum . . . -um magnum composuit *(sim.* ALBERT. STAD. chron. p. 292,20. *al.).* **β** *ars computandi – Komputistik:* COMPUT. cod. Bern. praef. apud Ebreus conpotus mina vocatur, apud Grecus ciclus dicitur. *v. et p. 1133,44.* *Pörnbacher*

cycna *v.* cycnus.

cycnarium (cignor-), -i *n.* (κυκνάριον) *unguentum oculorum, collyrium – Augensalbe:* PAUL. AEGIN. cur. 88 colliriis . . . utendum, eo, quod de vino . . . , et armation cum pauco cignorio (*3,22,12* κυκναρίου) aut diacrocu.

cycneus (cic-, cign-, cygn-), -a, -um. (κύκνειος) **1** *strictius i. qui oloris est, oloris proprius – zum Schwan gehörig, dem Schwan eigen, Schwanen-:* EPIST. Ratisb. 7 p. 300,16 hęc nostra verba minus rhetoricis coloribus colorata cum legatis, pavonis pulchritudinem, cignei cantus dulcedinem . . . non expectetis. **2** *latius i. q. olori similis – schwanenähnlich, -artig (spectat ad albedinem):* **a** *in univ.:* ALDH. virg. I 23 p. 255,10 in castitate florens usque cicneam vetulae senectutis c a n i t i e m . . . permansit *Iohannes* (LAMB. HERSF. Lull. 25 p. 338,30). HIST. Walc. cont. 11 erat vir iste . . . procere magnitudinis statura valde decorus cigneoque decorus candore. **b** *c. colore quodam:* **α** *canus – weißhaarig:* IOH. NEAP. Sever. 2 (1) inter quos *(homines latitantes)* etiam cygneo c a p i t e ipsum episcopum rubore decorum . . . abduxerunt *hostes* (ITIN. Petr. Dam. 5. ORTL. chron. 1,14 p. 66,23. *al.*). **β** *candidus, splendidus – (weiß) glänzend, strahlend:* TIT. metr. I 1,4,22 Columba, tuus . . . , domina, servus, cignea, mauxillum Barionas marmore stravi. AUDRAD. carm. 1,56 cignea . . . sibi cortinis atria girat *iuvenis*. SEDUL. SCOT. carm. II 7,8 indoluit . . . nefas . . . Camena et cygneos vultus abdidit . . . suos. 25,11 cygnea turba stetit Francorum belligerantum, contra corvigenas cygnea turba stetit. *ibid. al.* NOTKER. BALB. hymn. p. 20 in octava Domini: Cignea *(pro epitheto Mariae, cf. notam ed.).*

***cycnifer** (cign-), -era, -erum. (cycnus) *qui olores fert – Schwäne tragend:* PAUL. DIAC. carm. 26,18 cum . . . vir armipotens sceptris iunxisset avitis cigniferumque (civiferumque, liniferumque *edd. priores*) Padum Romuleumque Tibrim.

cycnus (ci(n)c-, ci(n)gn-, cin(n)-, cy(n)gn-), -i *m.* (-a, -ae *f.: p. 2182, 1*) *vel* **cicinus** (-cen-, -con- *sim.*), -i *m.* (κύκνος) *script.* cizn-: GLOSS. I 220,36 St.-S. *form. nom. sg.* cignos: *p. 2182,14.*

1 *olor – Schwan:* **a** *de ave:* **α** *proprie:* LEX Sal. Merov. 7,7 si quis grugem aut cicenum d o m e s t i c u m furaverit (EDICT. Roth. 317 cicino [cicono, cecinum, acenum, cygnum *var. l.*]. LEX Sal. Karol. 7,6 cignum [cicenum, cicinum *var. l.*]. ALBERT. M. animal. 5,43). ALDH. ad Acirc. 57 in summis cicnos (cincnos *var. l.*) agitabo *(sc. aquila)* fugaces. HILDEG. phys. 6,5 cyngnus . . . frigidus est et humidus. ABSAL. serm. 21 p. 129[B] quandoquidem haec *(patientia)* rara avis est . . . nigroque simillima cycno. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 74,6 aves aquatice natantes . . . habent longum collum, ut modi cinnorum et pellicani. *persaepe. in nom. propr. vel pro cognomine:* CHART. Udalr. August. I 8 p. 180,7 (a. 1169) hii . . . testes sunt: . . . Kuonrat Coppia, Oddo Cingnus. CHART. scrin. Col. A II 1 p. 189,13 suprema pars domus et aree, que fuit Theoderici Cingni. p. 194,7 Thomas et uxor eius . . . dimiserunt Godescalco . . . et Gerdrudi Cigne murum in domo sua totum. ACTA civ. Rost. C 828 p. 172 que *(hereditas)* dicitur ad Cignum. CHRON. Reinh. a. 1074 qui *(runcinus)* Cignus, id est swane, dicebatur. **β** *per compar. vel alleg. (in lusu verborum: l. 6):* ALCUIN. epist. 59[tit.] p. 102,23 Aquilae antistiti transmarinus cignus in sanctae caritatis pennis perpetuam salutem. THEODULF. carm. 27,1 quid cycni faciunt, resonant dum talia corvi? TRACT. Garsiae 299 ecce Urbanus . . . corvos in candorem vertit, ecce cignos in Ethiopas mutat. BERTH. RATISB. serm. 12 p. 64,10 immunda erat aquila, quae signat superbos in religione, immundus . . . cygnus, qui hypocritas. CARM. Bur. 91,12,3 dum amoris tantum pignus corvus tractas *(sc. sacerdos)* et non cygnus (cinus *var. l.*). *al.* **γ** *meton. de collyrio:* PAUL. AEGIN. cur. 99 talia . . . sunt colliria libanium et cignos (*3,22, 21* ὁ κύκνος) et pilaria appellata et aster et similia. *ibid. iterum. cf.* cycnarium. **b** *de sidere:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,215 inde lira et niveus tardantem Cephea cignus impulit. GERB. (?) astrolab. 17 p. 137,4 in cygno. p. 137,11. **2** *per confusionem i. q. ciconia – Storch:* GLOSS. III 714,23 St.-S. cignus storhe.

cyconia *v.* 1. ciconia. **cyculus** *v.* cyclus.

[cycraunius *v.* cychramus.**]**

cycuris *v.* curculio.**]** **cycuta** *v.* 1. cicuta.

cydaris *v.* cidaris.

***cydeus** (cid-), -a, -um. (*cf.* cydonius) **1** *adi. i. q. cydonius, cotoneus – Quitten- (loci spectant ad Verg. ecl. 2,51):* GLOSS. II 723,10 St.-S. mala cidea genus pome, quod teutonici dicunt quodana seve persici. 724,7 mala cydea i. cottana. *ibid. al.* **2** *subst.:* **a** *neutr. i. q. malum cydoneum – Quitte:* GLOSS. III 720,28 St.-S. cideum vel coctana quidene. IV 199,14 cideum quitina. **b** *fem. vel masc. i. q. arbor cydonia – Quittenbaum:* GLOSS. III 720,27 St.-S. cideus quidenbom. IV 199,13 cideus quitinboum.

***cydon(i)arius** (gudun-, coto-), -i *f. vel m. arbor cydonia – Quittenbaum:* CAPIT. reg. Franc. 32,70 de arboribus volumus, quod habent pomarios diversi generis, . . . cotoniarios, avellanarios. 128,29 de arboribus: . . . nucarios, morarios, cotoniarios (*sim.* 128,38). FORMA mon. Sangall. p. 14[a] ficus, guduniarius, persicus. Ps. AVIC. anim. 7,2 p. 408 fecit *natura* pomarium pomis, cotonarium cotoneis; et natura pomi et cotonarii non fecit carnem pomorum et cotoneorum propter necessitatem carnis, sed *eqs.*

***cydoni(a)tum** (cito-, -nat-), -i *n. (?m.: l.47.48)* (κυδωνίτης) *vinum suco malorum cydoniorum mixtum – Quittenwein:* ANTIDOT. Bamb. 51[capit.] citonati confectio hec est: *eqs.* 52[capit.] item aliud citonatum. ANTIDOT. Glasg. p. 134, 5 confectio citoniti, qui facit ad dilectacionem sthomaci. p. 149,11 citoniatum, qui facit epaticis, stomaticis et ad nausia sthomachi.

***cydonicus** (kyto-, kito-, hito-, cito-, cico-), -a, -um. *nom. sg. n.* -on: *l.54.55.* **1** *adi. i. q. cydonius, cotoneus – Quitten-:* ALBERT. M. veget. 6,90 est . . . huius *(cydonii)* arboris genus duplex; quaedam . . . vocantur pira coctana vel cit-a (cic-a, citonia, siconia *var. l.*) *eqs.* **2** *subst. neutr. i. q. malum cydoneum – Quitte:* GLOSS. III 474,20 St.-S. hit-on chutina. 474,41 kit-on chutina. IV 148,3 kyt-on kurino.

***cydoninus** (cid-, cotan-), -a, -um. *ex malis cydoniis confectus – aus Quitten hergestellt:* PAUL. AEGIN. cur. 189 p. 112,9 oportet . . . , sive oleum sit . . . sive cataplasma, continere aliquid stipticorum, velut . . . nardinum ungentum aut milinum aut ci-um (*3,37,1* Κυδώνιον [κυδώνινον *Ha*]) simul cocta. THADD. FLORENT. cons. 127,224 ungatur stomachos ex o l e o cota-o vel masticino (THEOD. CERV. chirurg. 3,22 p. 166[C]).

cydonius (cid-, ced-, cito-, ceto-, cyt(i)o-, -neus *sim.*) *et* **cotoneus** (codo-, -n(i)us) *vel* ***coctanus** (quot-, cet-, cut-, cot(t)-, cocca-, -tinus *sim.*), -a, -um. (κυδώνιος) *form. gen. sg.* -is: *p.2183,17.*

1 *adi. i. q.* κυδώνιος – *Quitten-:* RECEPT. Lauresh. 5,31 p. 384 super haec *(sc. calamos)* conponis m e l a cidonia et cooperies diebus aliquis (ANTIDOT. Glasg. p. 149,16 m. cotonia. *al.*). ANTIDOT. Sangall. p. 97,16 conficitur *oleum melinum* . . . de m a l i s citonis sic: *eqs.* (PAUL. AEGIN. cur. 107 p. 66,3 m. cidoniis. ALPHITA II p. 108,9 mala citonia, coccana. *saepe*).

[Wellhausen]

COMPOS. Voss. I 4 ad quidinum colorem tingendum. *al. v. et p. 2182,52.* **2** *subst.:* **a** *neutr. (fem.: l. 14) i. q.* μῆλον κυδώνιον, χρυσόμηλον – *Quitte (Cydonia vulgaris Persoon; cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 1289):* AETHICUS p. 165,11 sucum ... cetoniorum. RECEPT. Lauresh. 1,9 cedoniorum ÷ x. 2,62 cytionia (cytionea *var. l.*). PAUL. AEGIN. cur. 237 p. 174,13 cidoniorum (codoniorum *B; 3,62,2* Κυδωνίων) cataplasmata. ECBASIS capt. 179 cydonia. 1025 quectonia. WILH. HIRS. const. 1,10 pro signo cotani. DIAETA Theod. 450 cidonea. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 379^{B} cotoneis contusis. TRACT. de aegr. cur. p. 314,7 cum siropo coctinorum. THADD. FLORENT. cons. 5,42 sicut pira, cotona, nespula. WALTH. AGIL. med. 44 p. 154,51 olei cythoniorum ana libr. semis. GLOSS. III 386,61 St.-S. cottane quidden. *persaepe. ?per confusionem c.* *citronus: PETR. MUSAND. summ. p. 267,13 cum succo citonii. BERNH. PROV. comm. 10,2 p. 317,1 semen citonis. *v. et p. 654,26.* **b** *fem. vel masc. i. q.* μηλέα κυδωνία – *Quittenbaum:* SUMM. Heinr. A 4,104 cotanus (cottanus, cetanus *var. l.*) vel cidonia (cydonia *var. l.*) kutinbŏm, quitenbŏm. HILDEG. phys. 3,4 quittenbaum (quotanus *ed. pr.*) plus frigida est. ALBERT. M. veget. 6,89 coctanus ... sive citonius (ciconius, cottanus *var. l.*) arbor est apud nos ... nota. GLOSS. III 56,53 St.-S. cutanus chuttenbaim. IV 356,24 cutino chute. *al. cf.* *cydeus.

***cydonomeli** (cinodomel) *subst.* (κυδωνόμελι) *mel suco malorum cydoniorum mixtum – Quittenhonig:* ALPHITA II p. 109,15 malomeli, que multi cinodomel dicunt, virtutem habent similem inomelli in omnibus.

[cyduta *v.* 1. cicuta.**]** **cyffus** *v.* scyphus.

***cyfre** *v.* *cifra. **cyfus** *v.* scyphus.

cygneus, cygnus *v.* cycn-. **cygonia** *v.* 1. ciconia.

cyliacus *v.* coeliacus. **cyliarchus** *v.* chiliarchus.

cylias *v.* chilias. **cyliasis** *v.* coeliasis.

*?****cylicion** (cil-) *subst.* (κυλίκιον) *caccabus – Tiegel:* COMPOS. Luc. δ 19 crisos catarios [s]aname<mi>gminos meta ydrosargiros etchete <e>s cili<ci>on (cinion *cod.*).

cylicium *v.* cilicium.

cylindroides, -is. (κυλινδροειδής) *formam cylindri exhibens – zylinderförmig:* ALBERT. M. nat. bon. 188 tres umbrarum species ... distinguuntur, scilicet -s, calathoides et conoides; ... umbra generata dicitur -s, eo quod ... distenditur per aequales lineas. 189 p. 77,45 caro deitatis lumen recipiens umbram, quae -s dicebatur, super nos proiecit.

cylindrus *vel* **-um** (kil-, c(h)il-, c(h)el-), -i *m. vel n. form. nom. sg.* -der: *l. 62.* κύλινδρος – *Zylinder:* **1** *in univ.:* ALDH. ad Acirc. 121 p. 167,13 neutralia: macellum, metallum, ci-um. TRACT. de fist. org. p. 13 cuprum ... complicatur ferro ... in modum chi-i bene rotundo. **2** *c. colore quodam:* **a** *phalanga, scutula – (Transport-)Rolle, Walze:* RICHER. REM. hist. 3,106 chi-is suppositis, quibus facilius motum acciperet, machina hostibus ... nullo laeso appulsa est. **b** *lapis volubilis (ad agrum coaequandum aptus) – (zur Glättung des Ackers dienender) Walzstein, Ackerwalze:* NOTKER. BALB. Gall. 1^{i},3 non aratro, non ce-o, non honos est horreo. SUMM. Heinr. C p. 238 -um id est welleblech. GLOSS. II 688,1 St.-S. -o wellistain vel welliboum. III 447,33 chi-us vel tophus duchestein. *ibid. al. in imag.:* PETR. PIS. carm. 40,3 (MGPoet. I p. 73) plurima, quae procerum tribuit *Petrus* purganda ci-o, ... sunt forsan non bene dicta. LIBRI Karol. 3,9 p. 373,17 quae omnia *(sc. syllogismorum conclusiones)* ... culta sunt, utpote quae sophistico poliuntur ci-o. **c** *flagellum, festuca – Flegel, Schlegel:* GLOSS. III 681,38 St.-S. ki-der slegil. *cf.* *celendra.

cylipsidra *v.* clepsydra.

cylix (cul-), -icis *m.* (κύλιξ) **1** *calix, scyphus – Becher, Kelch:* WALAHFR. exord. 25 p. 503,29 calix dicitur a Greco, quod est -x. ALBERT. M. metaph. 5,6,8 p. 289,33 si dicamus, quod '-x' (*p. 1024^{a},24* κύλιξ) sive arca 'perforetur' in fundo. **2** *?patera (usum speculi concavi praebens) – ?(als Hohlspiegel dienende) Schale:* AETHICUS p. 127,7 Meopari ... confectionem *(sc. colymbarum)* ... a parte solis speculo electrino et vitrio valde lucidissimo spissoque connectentes acerrimo cu-e ponunt.

cylyoliticus *v.* coeliolyticus.

cyma (sima, chima, cim(m)a, cyna), -ae *f.* (κῦμα) *?form. nom. sg.* -as: *l. 7.* **1** *germen, surculus, pullulatio – Schößling, Sproß, (junger) Trieb:* **a** *in univ.:* ANTIDOT. Lond. p. 20,14 recipit: ... cime r u b i sucus ana semis uncia (ROGER. SALERN. chirurg. 3,215. TRACT. de chirurg. 315. *al.*). RECEPT. Sangall. I 15 abrotano cimas cum aqua ... bibatur. 68 sime bulbi ... colligis. ALFAN. premn. phys. 23,11 p. 144 ramis ... et cimis (*PG 40,696^{A}* ἀκρέμοσιν) venae *(sc. assimilantur).* DIAETA Theod. 168 cima (cyma *var. l.*) eius *(rapae)* ... diuretica est. MATTH. PLATEAR. gloss. p. 387^{H} cimmae et cortices *(sc. ebuli)* competunt medicinae. TRACT. de aegr. cur. p. 104,42 accipe ... cunas *(leg.* cimas; *cf. H. Antony, MittellatJb. 16. 1981. p. 317)* rute. *saepe.* **b** *summitas, extrema pars – Spitze, oberster Teil:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,7 hedulus ut ... depulsus ab ubere matris gaudebam summas herbarum vellere cimas. GLOSS. III 554,25 St.-S. cyna wepen. V 29,25 cimas uuipphilun. **c** *gemma, oculus – Knospe, 'Auge':* GLOSS. III 497,19 St.-S. cime chime cugelin (*leg.* ougelin). **2** *per confusionem i. q. cuminum – Kümmel:* GLOSS. IV 183,68 St.-S. -a cymium chumich.

***cymarum** (cim-, -ax), -i *n. (?*-a, -ae *f.: l. 26)* (cyma) *gemma – Knospe:* GLOSS. III 527,18 St.-S. cimax *(cf. notam ed.)* holunder knoth. 538,56 ci-um rubi hagendornernoph. 539,14 ci-um sambuci holundernknoph. *fort. huc spectat:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 387^{H} cunare (*leg.* ci-e) ebuli ... dissolvunt, attrahunt et purgant phlegma.

